This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08248654 3

Stritter

Bill

MEMORIAE

POPVLORVM, OLIM AD DANVBIVM, PONTVM EVXINVM, PALVDEM MAEOTIDEM, CAVCASVM, MARE CASPIVM, ET INDE MAGIS AD SEPTEMTRIONES INCOLENTIVM,

E

SCRIPTORIBVS HISTORIAE BYZANTINAE

ERVTAE ET DIGESTAE

A

IOANNE GOTTHILF STRITTERO,

GYMNASII ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE CONRECTORE.

TOMVS IV.

LAZICA, AVASGICA, MISIMIANICA, APSILICA, TZANICA, SVANICA, MESCHICA, ZICCHICA, IBERICA, ALANICA; IVTHVNGICA, CARPICA, VARNICA, CHAMAVICA, VARANGICA, NEMITZICA, DACICA, PANNONICA, SARMATICA, SCYTHICA, MASSAGETICA, ET GENEALOGIAS GENTIVM COMPLECTENS.

ACCEDIT INDEX DVPLEX TOTIVS OPERIS.

PETROPOLI,

IMPENSIS ACADEMIAE SCIENTIARVM

MDCCLXXIX.

ASTOR LIBRARY NEW-YORK

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1898.

PRAEFATIO.

NVNC tandem, poſt longum octo circiter annorum, ex quo Primus Memoriarum Tomus apparuit, ſpatium, *Quartum* hunc eumque vltimum emitto. Longiorem moram aliis potius cauſſis, quas hic enumerare nihil attinet, quam meae tarditati, ſi quis, quantum primis quatuor annis praeſtiterim, e Praefatione primo volumini praemiſſa recordari voluerit, imputandam eſſe, ſibi facile perſuaderi patietur.

De opere ipſo quae vniuerſe dicenda erant, in illa Praefatione dixi, ita vt de *Tertio* tantum et *Quarto* Tomo, nam de Primo et Secundo nihil habeo dicere, pauca quaedam Lectores monendi eſſe videantur.

TERTIVS quidem Tomus primo loco *Turcica* ſeu Memorias Turcorum habet. In quibus ſi a prima illa lege, qua omnia, quae de populo quodam Scriptores Byzantini memoriae prodiderunt, exhibenda erant, diſceſſiſſe videar; cum memorias illius gentis non vltra initia imperii Oſmanici perduxerim: me ab aequis Lectoribus, cum hiſtoriam Turcorum recentiorum ſeu Oſmanicorum a conſilio meo longius abeſſe, ea vero, quae omiſi, omnia e Chalcocon-

dyla et Duca ſine multo labore peti poſſe reputauerint, facile veniam impetraturum eſſe, confido. in primis cum Tomus Tertius, ſi illa etiam addere voluiſſem, ad immenſam fere molem excreſcere debuiſſet. Interim tamen ipſa imperii Oſmanici initia dedi: id quod Lectoribus non ingratum fore arbitror. In reliquis autem, quae Tomus Tertius continet, omnibus leges, in dicta Praefatione expoſitas, maxima, qua fieri potuit, diligentia ſum ſecutus.

Tomus QVARTVS primum populos inter Caſpium et Euxinum mare habitantes, *Lazos* puta, *Auasgos*, *Miſimianos*, *Apſilios*, *Tzanos*, *Suanos*, *Meſchos*, *Zicchos*, *Iberes*, *Alanos*, deinde alios quosdam Populos Boreales, de quibus rarior eſt apud Scriptores Byzantinos memoria, *Iuthungos* nimirum, *Carpos*, *Varnos*, *Chamauos*, *Varangos*, *Nemitzos*, *Dacos*, *Pannonios*, *Sarmatas*, *Scythas* et *Maſſagetas*, tandem *Genealogias Gentium*, *Indicem* denique *duplicem*, *Hiſtoricum* alterum, alterum *Geographicum*, continet.

De pluribus iſtorum populorum non niſi pauca nobis Scriptores Byzantini memorant. In quibus, id quod Tomo Secundo et Tertio quoque in nonnullis vſu venit, ſummariis omiſſis, Indicem paragraphorum praemittere et Scriptores, e quibus illarum gentium memoriae deſumtae ſunt, indicare ſatis habui. In *Lazicis* capite XII. de imperatoribus Trapezuntinis quaedam addenda videbantur, cuius rei rationem pag. 162. not. *y*. breuiter expoſui. *Varangicis* quod totam B. Reiskii de Acolutho et Varangis commentationem ad-

addidi, in eo peritis et ſtudioſis harum rerum Lectoribus quin gratum fecerim, nullus dubito. Caeterum ſi quis in Varangicis de populo Varagico in hiſtoria ſeptemtrionali celebratiſſimo ſe certa quaedam et plane noua inuenturum ſperat, multum fallitur. nihil enim fere continent, quam quae Scriptores Byzantini de Varangis, vt corporis imperatorum Conſtantinopolitanorum cuſtodibus, tradunt. hic quidem ſummarium praemiſi, vt Lector, quid in Varangicis exſpectare poſſit, quid fruſtra quaerat, vno quaſi intuitu perſpiciat. Varangica vero, quaecunque tandem illa fuerint, in Memoriis, quae hiſtoriam Ruſſicam illuſtrare debent, plane omittere, piaculum fuiſſet. *Nemitzica* etſi forte multo adhuc magis abeſſe poterant; tamen cum non adeo multa ſint, et cum Varangicis quodammodo coniuncta, ea quoque viſum eſt addere. Vt vero ad id, quod in hac re fortaſſe aliquis, iure neſcio, an iniuria, poſſit reprehendere, vniuerſe reſpondeam; me in ea eſſe haereſi fateor, quae, collectanea eiusmodi hiſtorica copia quam defectu peccare, ſatius arbitratur. *Scythica*, *Sarmatica* et *Maſſagetica* partim antiquiora, partim incerta de populis borealibus continent. In quibus fieri poteſt, vt, qui me cernunt acutius, non pauca inueniant, quae ad populos alio et ſuo nomine notos ſint referenda. Iidem tamen, niſi iniquiores eſſe voluerint, me, quae quem ad populum referrem neſciebam, huc contuliſſe, non, credo, improbabunt. Ego certe ignorantiae hic ſuſpectus, quam erroris

auctor eſſe malui. In *Genealogiis Gentium* quae leguntur, licet maximam partem minus huc pertinere videri poſſint: tamen neque hic me hiſtoriae vniuerſae ſtudioſis gratum feciſſe diffido.

Haec de Memoriis ipſis adhuc monuiſſe cum ſufficere videatur: vt de DVPLICI totius operis INDICE pauca dicam, ſupereſt. In *Indice* quidem *Hiſtorico*, quae in toto opere, vel textu potius illius, narrantur, praecipua, niſi forte imprudente me aliquid excidit, quam fieri potuit breuiter attigi; e Summariis vero et Notis, niſi quae ipſa Scriptorum Byzantinorum loca continent, aliquid eo conferendum non putaui. Ita etiam quae de populo aliquo ſub peculiari eius nomine in Memoriis leguntur, ſub hoc nomine in Indice, cum in Summariis iam in breuitatem contracta reperiantur, denuo adferre, ſuperuacaneum videbatur; ſed loca tantum, vbi in Memoriis occurrant, indicaui, et primo quidem claſſica, in quibus ſedes materiae eſt, et deinde reliqua ſimul omnia, quibus repetuntur. Quae vero difficilius quaeruntur, ea in Indice dedi omnia, et plura fortaſſe, quam ſeueriori alicui cenſori opus videri poterat. Nam non ea ſolum, quae propiora ſunt conſilio meo, hoc eſt, vel hiſtoriam populorum ſeptemtrionalium, vel migrationes gentium illuſtrant; ſed ea quoque, quae vel nexus gratia afferuntur, in Indicem recepi. Caeterum ea non promiſcue, ſecundum Tomorum et Paginarum, ſed Temporis potius ordinem collocaui; vt, qui e. c. quae de Theſſalonica,

nica, de Germanis, de Gallis in Memoriis narrantur, voluerit, non tantum omnia iſta, ſed ordine quoque chronologico digeſta, inueniat. In quo me, niſi quis forte reprehendendi ſtudio longius abripiatur, non ingratum ſuſcepiſſe laborem, arbitror.

In *Indice Geographico* non ſolum vrbium, locorum caet. attuli nomina; ſed, quantum quidem licuit, ſitum etiam eorum definire conatus ſum. Qua in re ſeuerum quorumdam iudicium me effugiturum, vix audeo ſperare. Si enim incerta multa et parum accurata Lectores offendent: aequiores harum rerum iudices praecipuam quidem culpae partem in Geographicorum monumentorum, medii praeſertim, quod dicitur, aeui penuriam, aliquam tamen etiam in me transferent; iniquiorum autem iudicio omnis procul dubio culpa mihi vni tribuetur. quam vel ſolus hac mercede ſuſtinere paratus ſum, ſi iſti, quae deſunt, addere, quae vero peccata erunt, emendare voluerint.

Libri, quos in Indice Geographico contexendo mihi licuit conſulere, ſunt praeter Corpus Scriptorum Hiſtoriae Byzantinae ipſum, Claud. Ptolemaei Geographia, Antonini Auguſti Itinerarium, Stephani Byzantini (liber) de Vrbibus et Populis, Peutingeriana Tabula Itineraria, Ortelii Synonymia Geographica, Cluuerii Introductio in vniuerſam Geographiam, Cellarii Notitiae Orbis Antiqui et alii nonnulli cum veterum, tum recentiorum Geographorum libri. in his inprimis Virorum Clariſſimorum D. Buſchin-

ſchingii Geographia Noua, Abbatis Fortis, Chandleri, Ludeckii caet. Itineraria.

Multa vero ſunt vrbium et locorum, quorum Scriptores Byzantini meminerunt, nomina, quae neque apud Stephanum Byzantinum, neque apud alios auctores inuenire potui. vt de accurata ſitus locorum deſcriptione, quam apud medii aeui ſcriptores plerumque fruſtra quaeras, nihil dicam. Singulis nominibus vnum, *primum* plerumque, et ſi erat, *claſſicum locum*, interdum etiam, ſi res poſtulare videbatur, plura addidi. Omnia qui volet, indicem Hiſtoricum adeat neceſſe eſt. Neque *nota* adeo *nomina* plane omittenda, ſed breuiter attingenda putaui: vel ideo etiam, quod non raro ſolet accidere, vt idem nomen aliis quoque et ſitu diuerſiſſimis locis, et vbi minime exſpectes, tribuatur. quotusquisque, v. c. Athenas in Lazica, Adrianopolin in Lycaonia quaerat? *Graeca nomina*, vbi opus eſſe videbatur, addidi. Cum longe plurima vrbium et regionum nomina veteris vel medii ſint aeui, eorum etiam temporum *deſcriptiones* retinere viſum eſt: inprimis cum veteres cum recentioribus ſine errandi periculo conferre non adeo facile ſit. nomina tamen recentiora, vbi quidem de iis certus eſſe arbitrabar, adſcripſi. Saepe me ſitum locorum, ab idoneis auctoritatibus prorſus deſtitutum, ex ſola *coniectura*, e ſerie narrationis facta, definire auſum eſſe, fateor. Fieri ſane poterat, vt hinc errores orirentur, ſi confidenter et minus circumſpecte egiſſem, a quo tamen vitio

me

me longius abeſſe, Lectores, Indice inſpecto, niſi me fallunt omnia, intelligent. Plures denique cum ſint *eiusdem nominis vrbes*, ſitu diuerſiſſimae, vbi neque e narrationis ſerie aliquid diuinare licuit; hic me incertum plane fluctuare debuiſſe, apparet. idque tunc diſertis etiam verbis declaraui. Facile tamen dederim, alios, quibus maior eſt harum rerum prudentia, vbi ego incertus eram, certi aliquid definire poſſe. Et haec fere ſunt, quae Lectores de duplici etiam Indice monendi videbantur.

Priores Memoriarum Tomos benigno virorum doctiſſimorum iudicio ornatos eſſe, non ſine grati animi ſenſu recordor, et laborem vniuerſe multis non diſplicuiſſe, ſi verum fateri debeo, laetabar. Ne vero, cum liber reliquis omnibus probari videretur, nimis exſultarem gaudio, in Bibliotheca Lemgouienſi cenſor, neſcio quis, prouidere, credo, voluit. Qui ita in alia omnia diſceſſit, vt totum opus multi quidem laboris, non magni vero vſus eſſe, ſatis ſeuere pronunciaret. Mirabar, fateor, qui fieri potuerit, vt vnus ille, quod caeteros omnes, quamquam caput rei eſſet, latuiſſet, ſolus videret. Et haec, niſi fallor, acerrimae huius ſententiae ratio fuit, quod interpretationem latinam, non vero ipſa Graeca, dederim. Cenſori iſti ſi, quae de hac re in Praefatione Tomi Primi, vt mihi quidem videtur, ingenue dixi, nondum ſatisfaciunt, neque libro inſpecto et cum Graecis comparato, ſe, iniquius paulo iudicaſſe, ſentiat: ego certe is non ſum, qui Virum de ſua de-

ducere ſententia multum laborem; ad quam Lectores pauciſſimos, vel nullos potius, qui rem intelligunt, acceſſuros eſſe, prope certus ſum.

Quod reliquum eſt, vt labor meus, qualiscunque fuerit, vſum, quem mihi in eo ſuſcipiendo propoſui, et iam praeſtitiſſe ſcio, porro praeſtet, opto. Et cur non praeſtet, cum, neminem qui in hiſtoria v. c. Gothorum concinnanda verſari velit, quae de illa gente in hiſce Memoriis collecta iam et diſpoſita legere et in rem ſuam poſſit conuertere, per totum Scriptorum Hiſtoriae Byzantinae corpus diſperſa denuo operoſe colligere et diſponere, facile in animum inducturum eſſe, credibile ſit? Attamen ſi quis circumſpecte velit agere, a me collecta vt cum auctorum vno vel altero, ſi ad manum ſunt, conferat, ipſe ſuaſerim. Ita enim de fide et diligentia, quam in excerpendo adhibuerim, certus, non minus tuto hiſce Memoriis, quam auctoribus ipſis, e quibus deſumtae ſunt, vtetur. Aſtute vero ſi agat, et cum meis riuulis hortos ſuos rigarit, e fontibus ipſis, quos forte ne oculis quidem vſurpauit, hauſiſſe videri velit, vix vanitatis ſuſpicionem effugiet. Scrib. Petropoli d. XXIV. Iulii A. MDCCLXXIX.

LAZICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE LAZIS.

Lazorum Nomen et Genus.

LAZOS eosdem eſſe, qui olim *Colchi* vocabantur, Procopius, Agathias et alii vno ore confirmant. Vnde a Scriptoribus Byzantinis nunc hoc, nunc illo nomine promiſcue inſigniuntur. Aegyptiorum coloniam et illius exercitus, qui Seſoſtri duce totam Aſiam ſubiugaſſe fertur, reliquias eſſe, Agathias, Diodorum Siculum et alios veterum hiſtoricorum ſecutus, refert.

Lazicae Situs.

APVD Armenios, proxime Tzanicae fines, ortus *Boas* fluuius vbi Caucaſi et Iberiae limitem attigit, mutato nomine *Phaſis* appellatur, et occidentem verſus longiſſime procurrens, in extremum Ponti Euxini angulum erumpit. Ab vtraque huius fluminis ripa Lazica ſita eſt, qua cis, qua trans fluuium confragoſa. Et dextra quidem regionem ad Iberiae fines vsque pertinentem Lazi incolebant. Vrbes ibi nobiliſſimae fuerunt *Archaeopolis*, *Sebaſtopolis*, *Rhodopolis* et *Muchireſis*, ager Lazicae feliciſſimus, verſus Iberiam ſitus, vbi *Cutatiſium* (*Cotiaeon* olim) et *Vchimerium*, vt in ipſis Iberiae finibus *Scanda* et *Sarapanis* caſtella memoran-

morantur. A ſiniſtro vero Phaſidis Lazica non longius quam vnius diei itinere patet. Et in hac parte ad Pontum Euxinum vrbs *Petra* a Iuſtiniano I. condita eſt, cum reliqua regio fere omnis cultu vacaret et a Romanis incoleretur. Fluuii praeterea memorantur *Rheon*, qui Muchireſin rigat, *Docnus*, (qui, vbi in Phaſidem exoneratur, inſulam efficit, cum vbi fluuii iſti orientem verſus propius coëunt, Romani foſſam duxerint) *Chobus*, *Catharus*, qui non procul *Onoguri* fluit, *Neocnus*, non longo interuallo a *Phaſide*, Lazicae oppido, ad oſtium eiusdem nominis fluuii ſito, ſeiunctus, et *Marſyas*.

Gentes Lazis, olim certe, ſubiecti fuere *Miſimiani*, *Apſilii*, et *Abaſgi*, ipſis a ſeptemtrionibus finitimi.

Lazorum Hiſtoria.

LAZI bello Mithridatico circa a. ante C. N. 65. a Pompeio M. debellati, Romanis primum cogniti ſunt; eorumque reges Pompeii, Romam reducis, triumphum ornarunt. Ab eo vero tempore ad imperium Seueri vsque nullus Scriptorum Byzantinorum de hac gente mentionem facit. Et hoc demum imperatore circa a. C. 196. Lazica Romanorum ditionis facta eſſe memoratur. Diocletiano imperante a. C. 284-304. Chriſcon Boſporanus, Ori filius, cum magno Sarmatarum exercitu Romanos bello adortus, Lazicam inuaſit; et inde ad Halyn vsque penetrauit; ſed, a Romanis et Cherſonitis, eorum ſociis pacem facere coactus, domum remeauit.

Leone I Conſtantinopoli imperante cum Suanis bellum habuere Lazi, quo hos quidem Romani, illos vero Perſae auxiliis iuuerunt. Orta deinde a. C. 457-461. Lazos inter et Romanos diſcordia, bellum aliquamdiu pari ab vtraque parte fortuna geſtum eſt; donec Lazorum rex GVBAZES ſe regno, quod vna cum filio adminiſtrabat, abdicauit. Romani enim ex antiquis Lazorum legibus, duos ſimul apud ipſos rerum potiri fas non eſſe, contendebant.

Iuſtino I. imperatore legatus a Cauade Perſarum rege miſſus primum Romanis de Lazica mouit controuerſiam, quippe qui eam, Perſis, legitimis dominis, praeter fas ereptam, iniuſte tenerent. Sub idem fere tempus a. C. 522. TZATHIVS, ZAMNAXIS,

ZIS, Lazorum regis, filius, poſt patris obitum Conſtantinopolin venit, ibique ſacris Chriſtianorum initiatus et Lazorum rex declaratus eſt. Ducta deinde vxore Valeriana, Romani cuiusdam patricii nepte, honore donisque ab imperatore affectus, in Lazicam rediit. Cum vero ad id vsque tempus Perſarum reges eos, qui Lazis imperarent, conſtituendi ius habuiſſent: Cauades de iis, quae Conſtantinopoli facta erant, queſtum legatos ad imperatorem miſit. quae tunc a Iuſtino neglecta magnarum deinde inimicitiarum ac diuturnorum Perſas inter et Romanos bellorum cauſſa atque origo fuerunt. ab eo quoque tempore milites Romanos per Lazicam in praeſidiis collocatos legimus.

Sub ipſum imperii Iuſtiniani I. exordium a. C. 528. Cauades Tzathium et Lazos, ob ea, quae diximus, bello adortus eſt. Cum vero Iuſtinianus Lazis auxilia ſubmitteret; Perſae cladem acceperant. caſtella tamen aliquot in Lazica occuparunt Perſae, quae pace demum a. C. 532. cum Choſroë, Cauadis filio ac ſucceſſore, facta Iuſtinianus recepit. Paucis annis poſt a. C. 539 cum praefecti Romani, Petra vrbe condita, Lazos nouis vectigalibus onerarent, et bona eorum impune diriperent: GVBAZES rex cum gente vniuerſa ad Perſas defecit. qui, exercitu in Lazicam ducto, Petram expugnarunt. Pace a. C. 545. reſtituta, ita Romanos inter et Perſas conuenit, vt vtrique caſtella in Lazica occupata retinerent.

Haec vero quies non admodum diuturna fuit. Choſroës enim cum ſitum Lazicae commodiſſimum videret, partim vt inde in terras Romanorum ipſe irrumperet, partim per eandem Hunnos, Caucaſi accolas, immitteret, partim denique Iberes facilius contineret, cum, ad quos tuto confugerent, habituri non eſſent: terram hanc ſibi plane ſubiicere, eoque conſilio gentem vniuerſam alio deportare, et regem Gubazem tollere decreuit. De quibus per nobilem Lazum, Barſanſen nomine, occulto certior factus Gubazes, miſſis ſtatim ad Iuſtinianum legatis, quem in locum res ſuae adductae eſſent ſignificauit, praeteritorum veniam rogauit, ſeque, ſi ab ipſo auxiliis iuuaretur, cum gente ſua ad Romanos tranſiturum promiſit. His facile annuens Iuſtinianus, exercitum Dagiſthaeo duce miſit, qui ſe Gubazi adiungens bellum

contra Perſas ſuſcepit. Quo cum Romani, ducum ſuorum culpa, ſaepius rem male geſſiſſent: Gubazes de ducum ignauia apud Iuſtinianum queſtus eſt. Hac re tantum Martini ducis et Ruſtici quaeſtoris, cum quibus ipſi iam antea non bene conuenerat, odium collegit, vt ab iis, proditionis apud Iuſtinianum quamquam temere accuſatus, in colloquio, ad quod eum doloſe inuitauerant, a. C. 554. occideretur. Parum abfuit, quin Lazi, regis ſui caedem indigniſſime ferentes, rurſus ad Perſas deficerent, ſed qui in hac gente ſaniora agitabant conſilia, rem tandem eo deduxerunt, vt ad Iuſtinianum legati mitterentur, qui, ne indigniſſimum facinus inultum fineret, poenas de percuſſoribus ſumeret, ſibique TZATHEN, iuniorem Gubazis fratrem, regem daret, rogarent. Quibus ex eorum ſententia confectis Iuſtinianus gentem in officio continuit. Haec dum ita geruntur, bellum Romanos inter et Perſas flagrabat, quod tandem, pace hac lege, vt Perſae Romanis Lazica cederent, facta, a. C. 562. compoſitum eſt. Lazica iam potiti Romani, de Suania quoque, quippe quae Lazicae pars eſſet, ſibi reſtituenda ſaepius, quamquam fruſtra, cum Perſis egerunt.

Lazi deinde Romanis ſub Mauricio et Heraclio imperatoribus militarunt. Leontio Conſtantinopoli imperante, a. C. 695. Lazica Sergii patricii proditione in poteſtatem Saracenorum venit. Iuſtinianus Rhinotmetus eam a. C. 703. bello petiit; ſed hic conatus ob aduentum Saracenorum irritus fuit.

Quo tempore Conſtantinopolis a Latinis capta eſt, Alexius e gente Comnenorum ortus, Trapezunte nouum conſtituit a. C. 1204 imperium. Et qui ibi imperabant, Lazorum et Colchidis reges paſſim a Scriptoribus Byzantinis appellantur. Michael Palaeologus vnum ex illis Ioannem ſibi a. C. 1281. filia ſua ei in matrimonium data, affinitate iunxit. Alius, Alexius nomine, a. C. 1306. cum Genuenſibus, qui ſolita vectigalia pendere recuſabant, bellum geſſit. Baiazithes et Amurathes eos armis adorti ſunt, quorum poſterior imperatorem Ioannem tributarium habuit. Muhammedes II. tandem a. C. 1461. Trapezunte, imperatore Dauide deditionem faciente, et tota ſimul Lazica potitus eſt.

Reges

Reges Lazicae proprie dictae, et viri inter Lazos illuſtres.

GOBAZES (Γωβαζης) Lazorum rex, a. C. 457-461.

ZAMNAXES (Ζαμναξης) rex, ante a. C. 522. cuius filius

TZATHIUS (Τζαθιος) rex, a. C. 522. religionem Chriſtianam amplectitur, eius vxor, *Valeriana*, Onini patricii neptis.

OPSITES (Οψιτης) rex, cuius vxor Theodora.

GUBAZES (Γυβαζης) rex, a. C. 539-554. a ducibus Romanis occiditur, cuius frater

TZATHES (Τζαθης) rex, a. C. 555 ſeqq.

Barſanſes (Βαρσανσης) Gubazi Choſrois de ipſo tollendo conſilium aperit a. C. 545-549.

Phubelius (Φυβελιος) Perſas ex inſidiis caedit, circa a. C. 545-549.

Terdetes (Τερδετης), Tzibilum Apſiliae caſtellum, Perſis prodit a. C. 550.

Theophobius (Θεοφοβιος) Vchimerium caſtellum Perſis prodit a. C. 551.

Aeetes (Αιητης) in concilio Lazorum, poſt Gubazis caedem habitum, ad Perſas tranſeundum cenſet a. C. 554.

Phartazes (Φαρταζης), in eodem concilio, de caede Gubazis ad Iuſtinianum referendum cenſet.

Phaeſantes (Φαρσαντης) exercitus Romani contra Miſimianos miſſi dux, a. C. 556.

Scriptores de Lazis.

DE rebus Lazicis memoriae prodiderunt Priſcus, Procopius, Agathias, Menander, Theophanes Byzantius, Theophylactus Simocatta, Auctor Chronici Paſchalis, Georgius Syncellus; Theophanes Iſaacius, Anaſtaſius Bibliothecarius, Conſtantinus Porphyrogenneta, Cedrenus, Zonaras, Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Michael Ducas, Codinus et Chalcocondylas.

De antiquitate gentis et Lazorum origine ab Aegyptiis deducenda quaedam refert Agathias. Alexandrum M. ad Phaſidem vſque penetraſſe, Cedrenus ait. Occaſione belli Mithridatici Zonaras et Cedrenus Lazorum meminerunt; quorum poſterior, Seuerum imperatorem Lazicam ſubegiſſe, auctor eſt. Boſporani principis in Lazicam tempore Diocletiani Aug expeditionem

Con-

Conſtantinus Porph. attingit. Sub Leone I. res Lazorum paulo vberius a Priſco enarrantur. De rebus eorum imp. Iuſtino I. geſtis Procopius Auctor Chronici Paſchalis, Theophanes, Anaſtaſius, Cedrenus et Zonaras, fuſiſſime tamen Auctor Chron. Paſch. et Procopius memoriae prodiderunt.

Tempore Iuſtiniani I. frequentiſſima eſt Lazorum memoria. Et res quidem ab a. C. 527. vsque ad a. C. 553. geſtas Procopius, reliqua Agathias, copioſiſſime vterque, enarrauit. Nonnulla etiam Theophanes, Cedrenus, Auctor Chronici Paſchalis et Menander habent.

Res ſub Iuſtino II. geſtas Menander et Theophanes Byzantius, ſub Mauricio Theophylactus, Theophanes Iſaacius et Anaſtaſius perſequuntur. Sub Heraclio, Leontio et Iuſtiniano rhinotmeto eorum Theophanes, Anaſtaſius et Zonaras (hic ſemel tantum ſub Iuſtiniano) meminerunt.

De metropolita et epiſcopis Lazicae pauciſſima quaedam habet Conſtantinus Porphyrogenneta, quae ex eo Codinus repetit.

Res impp. Theodoro Laſcari I., Ioanne Duca, Michaele Palaeologo eiusque filio Andronico in Lazica geſtas Nicephorus Gregoras et Pachymeres breuiter attingunt. Bella a Baiazithe, Amurathe et Muhammede II. ab a. C. 1385. vsque ad a. 1461. illata Lazis et alia quaedam hoc temporis ſpatio geſta Michaël Ducas et Chalcocondylas ab obliuionis iniuria vindicarunt.

INDEX

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Antiquiſſima Lazorum memoria, de origine gentis; bella cum Romanis et reliquae eorum res geſtae, ſub Gobaze inprimis, Zamnaxi et Tzathio regibus, vsque ad gentem ad ſacra Chriſtianorum traductam; ab anno ante C. N. 65. vsque ad a. poſt C. N. 527.*

§. 1. *Lazi et Colchi genere iidem, Aegyptiorum colonia, tempore Seſoſtris eo deducta.*

§. 2. *Pompeius M. tempore belli Mithridatici Colchidem inuadit.*

§. 3. *Romam rediens Colchorum cet. reges victos ſecum abducit, de Colchis triumphat.*

§. 4. *Colchorum ſedes.*

§. 5. *Seuerus Aug. Lazicam ſubigit.*

§. 6. *Criſcon Boſporanus, adiunctis ſibi Sarmatis Lazicam infeſtat, Cherſonitae, a Diocletiano Aug. concitati, Boſporo capta, eum pacem amplecti cogunt.*

§. 7. *Gobazes Lazorum rex Suanis oppida quaedam eripit, hinc ab his et Perſis bello petitus, Leonem I. auxilia rogat; eadem impetrata remittit, reuocat.*

§. 8. *Romani cum Lazis bellum gerunt, abeunt; bellum reparant.*

§. 9. *Gobazes, e voluntate Leonis regnum filio cedit; Byzantium profectus pacem impetrat.*

§. 10. *Gobazes quomodo CPli. exceptus ſit.*

§. 11. *Cabadis legatus, Lazicam Perſis vi ereptam a Romanis teneri queſtus, de pace nihil impetrat.*

§. 12. *Tzathius, Laz. rex, CPli ad ſacra Chriſtianorum tranſit, rex ab imp. Iuſtino ſalutatus, vxorem Romanam ducit; ornatus eius regius deſcribitur.*

§. 13. *Cabades de hac re queſtum legatos CPlin mittit; hinc Romanos inter et Perſas inimicitiae oriuntur.*

§. 14. *Gurgenes Iberorum rex, defectione a Perſis facta, his reſiſtendo impar, in Lazicam fugit.*

§. 15. *Duo caſtella in Lazicae et Iberiae limite ſita, Lazis amotis, Romanis praeſidiis firmat, eadem a Romanis ob commeatus difficultatem deſerta Perſae occupant.*

CAPVT II. *Bellum Tzathio a Perſis, quod ſe Romanis adiunxerit, illatum; pax; Lazorum ad Perſas defectio; Petra a Perſis expugnata; ab a. C.* 528-545.

§. 16. *Tzathius a Perſis bello petitus a Iuſtiniano I. auxiliis iuuatur.*

§. 17. *Choſroës Perſ. rex Romanis tandem Lazica cedit.*

§. 18. *Lazorum regi ducem a Romanis praepoſitum Armenii in oratione ad Choſroëm dicunt.*

§. 19. *Choſroës a Lazis aduocatus, exercitum in Lazicam ducit; antiquus Lazicae ſtatus, commercium, praefecti Romani imprimis Ioannes Tzibus in Lazos iniurii, eos ad defectionem impellunt; Petra a Iuſtiniano condita.*

§. 20. *Legatorum Lazicorum ad Choſroëm oratio, qua cauſas defectionis exponunt.*

§. 21. *Choſroës Lazorum deditione laetus, expeditionem adornat.*

§. 22. *Choſroi venienti obuius Gubazes regiam et totam Lazicam dedit.*

§. 23. *Perſae Petram oppugnatum praemiſſi, a Romanis ex improuiſo erumpentibus clade afficiuntur.*

§. 24. *Choſroës vniuerſum exercitum vrbi admouet, Ioannes, praeſidio Romano praefectus cadit.*

§. 25. *Perſae cuniculum agunt, et parte muri euerſa, vrbem capiunt.*

§. 26.

§. 26. *Beliſario in Perſidem irrumpente, Choſroës, relicto Petrae praeſidio, in Perſidem remeat.*

§. 27. *Legati ad Choſroëm de pace miſſi, vt Lazicae caſtella reſtituat, poſtulant.*

CAPVT III. *Choſrois de Lazis alio deportandis et Perſarum colonia in Lazicam deducenda ac rege tollendo conſilium; Lazorum ad Romanos defectio; Petra ab his fruſtra oppugnata; Perſarum clades, diſceſſus; ab a. C. 545-549.*

§. 28. *Commoda Perſis e Lazicae poſſeſſione ſperanda: Choſroës de Lazis, ob ſuſpectam gentis fidem, deportandis, Perſis in Lazica collocandis et Gubaze tollendo conſilium capit.*

§. 29. *Choſroës materiem nauibus aedificandis idoneam et Phabrizum cum copiis iu Lazicam mittit; materies ictu fulminis deflagrat, Gubazes inſidiis cognitis, ad defectionem ſpectat.*

§. 30. *Gubazes praeteritorum veniam et auxilia contra Perſas rogatum legatos Cplin. mittit; Gubazes auxiliis impetratis Petram obſidet.*

§. 31. *Situs Lazicae deſcribitur.*

§. 32. *Gubazes extrema Lazicae petit, fauces cuſtoditurus, Dagiſthaeo et Romanis ad Petram relictis. Alani et Sabiri Romanorum ſocii.*

§. 33. *Dagiſthaeus fauces praeſidiis occupare negligit, cum vniuerſo exercitu Petram obſidet.*

§. 34. *Romanis iam iam per muri ruinam ingreſſuris, praeſidio Perſ. praefectus, deditionem doloſe pollicitus, ne Rom. miles vrbem ingrederetur, effecit.*

§. 35. *Mermeroës Perſa per fauces ingreſſus, Petrae ſubſidio venit, Romani obſidionem ſoluunt.*

§. 36. *Mermeroës Petrae praeſidio relicto, diſcedit; in itinere a Romanis laceſſitur.*

§. 37. *Gubazes fauces ſedulo cuſtodit; praecipua Lazicae pars Phaſide et caſtellis ad eum exſtructis ſatis munita.*

§. 38. *Iuſtinianus Gubazi, Lazis et Sabiris ſtipendia mittit, et exercitum.*

§. 39. *Mermeroës Petra commeatibus affatim inſtructa in Perſidem reducit exercitum, ſolis V. M. relictis.*

§. 40. 41. *Romani et Lazi, Gubazis conſilio, Perſas relictos noctu adorti caedunt, paucis fuga elapſis.*

CAPVT IV. *Geographia Lazicae vberior; Perſarum in Lazicam, Choriane duce ſuſcepta, expeditio, parum felix; a. C.* 550.

§. 42. *Chorianes cum numeroſo Perſarum exercitu et Alanorum auxiliis in Lazicam irrumpit, ad Hippin fluuium caſtra ponit.*

§. 43. *Situs Lazicae vberius deſcribitur.*

§. 44. *Perſae imperium Lazicae hoc praecipue quaerebant conſilio, vt Byzantium facilius poſſent inuadere.*

§. 45. *Romani et Lazi deliberatione habita, Chorianem adoriri ſtatuunt; Lazi a Romanis ſeiuncti pugnare volunt.*

§. 46. *Gubazes ſuos ad fortiter pugnandum hortatur.*

§. 47. *Aciei Lazicae et Romanae diſpoſitio; Chorianes viris mille praemiſſis, cum reliquis ipſe ſequitur.*

§. 48. *Lazorum equitatus in Perſas incidens, ſtatim terga vertit ſeque Romanis admiſcet; vtrique exercitus ſe inuicem leuibus tantum proeliis laceſſunt.*

§. 49. *Proelio commiſſo, cadit Chorianes, Perſae victi caſtris etiam exuuntur, Petra copiis et annona inſtructa diſcedunt.*

CAP. V.

CAPVT V. *Iterata Perſarum in Lazicam expeditio; Tzibilum caſtellum a Perſis proditione captum, a Romanis receptum; Petra a Romanis expugnata; Archaeopolis a Perſis fruſtra oppugnata; a C. 550.*

§. 50. *Dagiſthaeus, a Lazis proditionis accuſatus, imperatoris iuſſu in cuſtodiam datur, Beſſas cum imperio in Lazicam mittitur.*

§. 51. *Nabedes Perſa in Lazicam ingreſſus, nulla re geſta diſcedit.*

§. 52. *Tzibilum Apſiliae caſtellum, Terdetae proditione Perſae occupant; Perſis occiſis Apſilii recipiunt et Romanis dedunt.*

§. 53-55. *Beſſas Petram, ope Sabirorum, expugnat.*

§. 56. *Triplex aquaeductus a Perſis antea mira arte factus deprehenditur.*

§. 57. *Beſſas captiuos Byzantium mittit, Petrae muros diruit.*

§. 58. *Mermeroës Perſa, cognito, Petram a Romanis captam, exercitum Archaeopolin ducit.*

§. 59. *Sociorum Sabirorum maximam partem dimittit; Rom. exercitus in plures partes diſtractus.*

§. 60. *Beſſas poſt Petram captam, hoſtium ſecurus, pecuniae colligendae vnice intentus.*

§. 61. *Mermeroës Scandam et Sarapanin, caſtella in finibus Iberiae, a Lazis antea exciſa, reficit, et praeſidio munitis, vlterius pergit.*

§. 62. *Hoſtes ad Phaſidis oſtia caſtra habentes petit; iis profligatis Archaeopolin oppugnaturus.*

§. 63. *Romani, cognito Perſarum aduentu, fugiunt, Mermeroës Archaeopolin mouet; ſitus vrbis, oppugnationis initium.*

§. 64. *Romani eruptione facta Perſas, magna clade affectos, obſidionem ſoluere cogunt.*

§. 65. *Mermeroës cum exercitu Muchireſin petit; Cutatiſium inſtaurat, Romanos et Lazos a caſtello Vohimerio, Suania et Scymnia prouinciis intercludit.*

CAPVT VI. *Rerum Lazicarum ſtatus, quo tempore quinquennales cum Perſis induciae renouatae ſunt; Vchimerium proditione a Mermeroë, Perſarum duce, captum; reliqua Mermerois vsque ad eius obitum geſta; ab a. C. 551-553.*

§. 66. *De induciis quinquennalibus Perſas inter et Romanos conuenit; controuerſia de Lazica remanente.*

§. 67. *Gubazes Romanorum ſtudioſus, Lazi, a Romanis male habiti, ad Perſas inclinant.*

§. 68. *Perſae Vchimerium caſtellum proditione capiunt, commoda ipſis inde ſperanda.*

§. 69. *Mermeroës Romanos et Lazos ad Phaſidis oſtia caſtrametatos petit, hi re cognita fugiunt; Gubazes cum ſuis in montibus aegre vitam ſuſtentat.*

§. 70. *Mermeroës Lazorum multos ad ſe allicit, Gubazis fidem fruſtra tentat.*

§. 71. *Recentibus copiis auctus e Muchiriſide mouet, caſtellis aliquot fruſtra oppugnatis eodem reuertitur.*

§. 72. *Mermeroës modum, quo anguſtias ad Telephin, a Romanis diligentiſſime cuſtoditas, tranſeat, quaerit.*

§. 73. *Mermeroës morbum ac deinde mortem ſimulans, Romanos in faucibus cuſtodiendis ſegniores facit.*

§. 74. *Mermeroës ex improuiſo propugnaculo appropinquans, cuſtodibus pulſis, eo potitur; reliquus exercitus ad Ollaria acie inſtructa obſiſtere ſtatuit.*

§. 75. *Romani per agros diſperſi a Perſis profligati, caſtra etiam terrore complent; vniuerſus exercitus magno tumultu fugit ad Inſulam vsque.*

§. 76. *Paraſanga, quid? Inſulae ſitus munitiſſimus.*

§. 77. *Mermeroës omnibus optime conſtitutis, in Muchiriſin redit; morbo correptus, aegreque in Iberiae vrbem Megiſta delatus, moritur.*

CAP. VII.

CAPVT VII. *Caedes Gubazis regis a ducibus Romanorum perpetrata; Romanorum ad Onugurin clades; Lazorum de eo, quid agendum ſit, deliberatio; legatio ad Iuſtinianum Aug.; Tzathes ab imperatore rex appellatus; a. C. 554, 555.*

§. 78. *Choſroës Nachoragan copiis in Lazica agentibus praeſicit.*

§. 79. *Gubazes in Beſſam, Martinum et Ruſticum nouiſſimae Romanorum cladis culpam transfert; Iuſtinianus Beſſam exauctorat.*

§. 80. *Martinus et Ruſticus implacabile in Gubazen odium concipiunt, quod in dies magis exaſperatur.*

§. 81. *Martinus et Ruſticus per Ioannem Gubazen proditionis apud Iuſtinianum reum agunt, mandatum Iuſtiniani.*

§. 82. *Cognito Iuſtiniani mandato, Gubazen arceſſendum curant.*

§. 83. *Gubazes venit, inter colloquendum a coniuratis occiditur.*

§. 84. *Lazi, ſeceſſione facta, a bello abſtinent.*

§. 85. *Generaliora quaedam de Lazorum gente.*

§. 86. *Rom. duces expeditionem aduerſus Onugurin parant; vnde Onuguris dicta.*

§. 87. *Perſa captiuus conſilia popularium aperit; diuerſae ducum Rom. de bello adminiſtrando ſententiae.*

§. 88. *Romani cum omnibus fere copiis Onugurin oppugnant.*

§. 89. *Tria Perſarum millia e Muchiriſide aduentantes a Romanis ex improuiſo oppreſſi vincuntur.*

§. 90. *Romani a Perſis, e fuga reuerſis, profligati, vniuerſum Rom. exercitum in fugae ſocietatem trahunt.*

§. 91. *Exercitus in hiberna diſtribuitur; Lazi de rebus ſuis deliberaturi ad Caucaſum conueniunt.*

§. 92. *Aeetes, nobilis Lazus, ad Perſas tranſeundum cenſet.*

§. 93. *Multitudini haec ſententia probatur.*

§. 94

§. 94. *Phartazes ſuam proponit ſententiam, rem ad Iuſtinianum Aug. deferendam, eumque rogandum, vt in caedis auctores animaduertat.*

§. 95. *Lazi in eius eunt ſententiam; legati CPlin. mittuntur, qui et parricidarum poenam et nouum regem, Tzathen puta, poſcerent.*

§. 96. *Iuſtinianus Athanaſium de caede quaeſtionem habiturum in Lazicam mittit; is ſtatim Ruſticum in cuſtodiam dari iubet; Ioannes e fuga retrahitur.*

§. 97. *Nachoragan in Muchireſin venit, Romani quoque ſe ad bellum parant.*

§. 98. *Tzathes rex, regio indutus habitu in Lazicam venit, mira laetitia a Lazis excipitur.*

CAPVT VIII. *Belli Miſimianici origo; colloquium Nachoragan inter et Martinum, Perſam illum, hunc Romanum, de pace habitum, irritum; Perſarum ad Phaſidem vrbem clades; a. C. 555.*

§. 99. *Miſimiani, Lazis ſubiecti, Soterichum, legatum Rom. ab eo male habiti, occidunt.*

§. 100. *Nachoragan exercitum ad Inſulam ducit; Perſarum manus ad Archaeopolin a Sabiris, Romanorum ſociis, caeſa.*

§. 101. *Nachoragan Martinum ad colloquium inuitat; foederis conditiones proponit Perſa, Romanis turpes.*

§. 102. *Duces ambo re infecta diſcedunt; Nachoragan Phaſidem vrbem oppugnare ſtatuit; eius ſitus.*

§. 103. *Nachoragan cum exercitu Phaſidem fluuium transgreſſus, vrbem ei cognominem petit; Romani ſcaphis conſcenſis eum anteuertere nituntur, fruſtra.*

§. 104. *Romani parte copiarum in inſula relicta, per continentem Phaſidem vrbem tenent, eamque diligentiſſime muniunt.*

§. 105. *Perſae obſeſſos velitando et iaculando prouocant, pars Romanorum iniuſſu ducis eruptionem facit, re nulla geſta in vrbem repellitur.*

§. 106.

§. 106. Perſae foſſa multo labore oppleta, ſe ad oppugnandam vrbem accingunt.

§. 107. Nuncius, a Rom. duce ſubornatus, a Iuſtiniano fictitias adfert litteras, quibus exercitum vrbi ſubſidio mitti ſignificatur.

§. 108. Rumore hoc ad Perſas delato, Nachoragan partem copiarum ad Neocnum fluuium mittit; vana ducis Perſarum ſuperbia.

§. 109. Vrbs a Perſis ſtrenue oppugnatur, a Romanis pari virtute defenditur.

§. 110 Iuſtinus ante Perſarum aduentum cum Rom. manu ad templum quoddam emiſſus, rediens Perſas ſibi obuios fundit.

§. 111. 112. Romani eruptionem faciunt, Perſae vndique pulſi, magna clade accepta aegre ad caſtra ſua euadunt.

§. 113. Romanis Perſarum machinas incendentibus, Perſarum calones et baiuli e ſilua, tanquam vrbe capta, accurrentes ad vnum omnes a Romanis trucidantur.

§. 114. Romani ingenti praeda potiuntur.

§. 115. Nachoragan Muchireſidem verſus mouet, reliquis etiam copiis a Neocno fluuio eo reuerſis, maiore equitatus parte ibi relicta, in Iberiam abit.

CAPVT IX. *Quaeſtio de caede Gubazis habita, poena regicidarum; quies in Lazica reſtituta; a. C. 555.*

§. 116. Quaeſtionis de caede Gubazis inſtituendae ſolemnes apparatus.

§. 117. Reis productis accuſatores litteras Iuſtiniani ante caedem regis ad eos datas recitari poſtulant, recitantur.

§. 118. Accuſatoris oratio, qua Gubazem proditione vacaſſe, et caedem iniuſte perpetratam oſtendit.

§. 119. Lazi, reos non ſtatim ad ſupplicium rapi indignantes, pacantur.

§. 120. Oratio reorum, qua Gubazem, vt proditorem, iure caeſum, euincere nituntur.

§. 121. Iudex Athanaſius cauſa bis cognita, Ruſticum eius-

que fratrem Ioannem capite plectendos decernit, de Martino duce, caedis participe, ad Iuſtinianum refert.

§. 122 *Sumto de Ruſtico et Ioanne ſupplicio, Lazi pacantur, et exercitus in hiberna deducitur.*

CAPVT X. *Reliquae res, imp. Iuſtiniano, in Lazica geſtae, vsque ad pacem Romanos inter et Perſas conciliatam; Lazica Romanis reſtituta; ab a. C. 556-562.*

§. 123. *Miſimiani poſt Soterichi caedem* (vide §. 99.) *a Romanis et Lazis ad Perſas deficiunt.*

§. 124. *Romani in Miſimianos mouent, Pharſantes Lazus vnus e ducibus Romanis.*

§. 125. *Elminzur, Hunnus, a Rom. duce Rhodopolin, Lazicae vrbem, miſſus, eam capit.*

§. 126. *Perſae Cotaeſium et Iberiam verſus hiematum abeunt; Martinus Rom. dux, morbo correptus, belli Miſimianici cura aliis relicta, in Lazicam reditum parat.*

§. 127. *Iuſtinus, Germani filius, Martino praefectura ſubmoto, copiis Rom. in Lazica praeficitur.*

§. 128. *Ioannes quidam Afer Lazis auaritia ſua moleſtus.*

§. 129. *Perſae et Romani in Lazica nihil mouent; Nachoragan ob rem ad Phaſidem infeliciter geſtam ſupplicio afficitur.*

§. 130. *Pace Perſas inter et Romanos per Zich, Choſrois legatum, conciliata, vtrique a bello abſtinent, caſtellaque in Lazica occupata retinent.*

§. 131. *Petrus ad Choſroëm legatus pacem in L. annos componit; Perſae Romanis Lazica cedunt.*

§. 132. *Petrus, vt Perſae Romanis etiam Suaniam, quae Lazicae pars ſit, reſtituant, poſtulat, fruſtra.*

CAPVT XI. *Lazica ſub Iuſtino Iuniore, Mauricio, Heraclio, Iuſtiniano Rhinotmeto et Conſtantino Porph. ab a. C. 565-959.*

§. 133. *Ioannes ad Choſroëm legatus miſſus, de Suania nihil impetrat.*

§. 134. Lazi Romanorum in bello contra Perſas ſocii.
§. 135. Quo tempore Perſae a Romanis ad Martyropolin victi ſunt, Lazica quiete fruebatur.
§. 136. Varames Perſa Suaniam depraedatur, nemine impediente, Lazica quippe praetore deſtituta.
§. 137. Varames bellum in Lazicam mouet, Mauricius eo mittit exercitum, qui inde Albaniam petit.
§. 138. Heraclium in Perſidem irruere parantem Lazi et Abaſgi ſocii deſerunt.
§. 139. Heraclius, vt Perſarum exercitui occurreret, in Lazicam mouet.
§. 140. Sergius Lazicae et Barnucii patricius contra Leontium rebellat.
§. 141. Iuſtinianus rhinotm. Leonem ad Alanos mittit, vt eos in Abaſgos, Lazos et Iberos concitaret.
§. 142. Armeni et Romani Archaeopolin obſidentes, Saracenorum aduentu territi Phaſidem abeunt.
§. 143. Lazicae metropolita et epiſcopi.

CAPVT XII. Lazicae a capta inde a Latinis Conſtantinopoli vsque ad Trapezuntem a Muhammede II. captam ſtatus; ab a. C. 1204-1461.

§. 144. Poſt vrbem captam Alexius Commenus Lazica potitur.
§. 145. Chalau. Scyth. dux ad Lazicam vsque et Iberiam excurrit.
§. 146. Quidam aerarii cuſtos, Ioannis Ducae iram timens, ad Lazos fugit.
§. 147. Michael Pal. Ioannem Lazorum principem regni inſignia deponere iubet, fruſtra.
§. 148. Imperator legatos mittit, qui ei nuptias Eudociae, filiae imperatoris offerrent, et, vt CPlin veniret, perſuaderent; legati re infecta redeunt.
§. 149. Saepius legatis miſſis, et promiſſis iureiurando firmatis, tandem Lazo, vt in affinitatem conſentiret, perſuadet.

§. 150. *Ioannes CP:in profectus, regiis depoſitis inſignibus, benigne excipitur, et filiam Auguſti in matrimonium ducit.*

§. 151. *Ioanne mortuo, in Lazorum principatu eius filius Alexius ſuccedit; Eudocia CPlin. venit; Andronicus tutor Alexii.*

§. 152. *Andronicus Alexio Laz. principi Chumni, Canicleí praefecti, filiam deſpondere cogitat, licet iam vxorem habenti, nobilis cuiusdam Iberi filiam.*

§. 153. *Eudocia in Lazicam reuerſa, ſpes iſtius coniugii plane euaneſcit.*

§. 154 156. *Genuenſes ſolita Alexio pendere vectigalia renuentes et diſceſſum parantes armis adoritur Alexius; Genuenſes pacem amplectuntur.*

§. 157. *Genuenſes ab imperatore fruſtra contra Catelanos ſollicitati, ad Lazos nauigant.*

§. 158. *Tzapnidae, Colchidem incolentes a Sultano Baiazithe domiti.*

§. 159. *Karaiulucus prouinciis Perſoturcorum imperat, Lazis ac Perſis vicinus, et gener Alexii Trapezuntini.*

§. 160. *Sult. Amurathes Colchidem vaſtat.*

§. 161. *Muhammedes II. Colchidem vaſtat.*

§. 162. *Trapezunticum imperium Muhammedi tributarium.*

§. 163 165. *Muhammedes Trapezunte, dedente Dauide Comneno, et vniuerſa Lazica potitur.*

LAZI-

LAZICORVM

CAPVT I.

Antiquiſſima Lazorum memoria, de origine gentis; bella cum Romanis, et reliquae eorum res geſtae, ſub Gobaze inprimis, Zammaxi et Tzathio regibus, vsque ad gentem ad ſacra Chriſtianorum traductam; ab anno ante C. N. 65. vsque ad a. poſt C. N. 527.

§. 1.

Lazi olim *Colchi* dicebantur a), et, hos illos eſſe b), conſtat, neque de hoc quisquam dubitauerit, qui Phaſidem c) et 1

1. AGATHIAS p. 55. Qui ad bellum Lazicum, Perſas inter et Romanos tempore Iuſtiniani I. geſtum, enarrandum accedens, haec de antiquitate gentis praemittit. Vide infra §. 72.

a) οἱ Λαζοὶ Κολχοι τὸ παλαιὸν ὠνομαζοντο.

b) In eadem fuit ſententia Procopius, cfr. infra §. 43.

c) Ad Phaſidem, Lazicae fluuium, Alexandrum M. perueniſſe Cedrenus Tom. I. p. 152. refert. Id. p. 84. Marſyae fluuii e Colchide venientis meminit.

Caucaſum et diuturnam eorum circa haec loca habitationem conſiderarit. Dicuntur vero Colchi Aegyptiorum eſſe colonia. Aiunt enim, multo tempore ante heroum, qui Iaſonem comitabantur, aduentum, imo ante Aſſyriorum imperium, ante etiam Nini et Semiramidis tempora, Seſoſtrim quemdam Aegyptium regem ingenti indigenarum exercitu coacto, cum vniuerſam Aſiam inuaſiſſet, ac ſubiugaſſet, eo etiam loci veniſſe, et aliquam exercitus ſui partem ibi reliquiſſe, atque inde Colchorum gentem deductam. quod ipſum et Diodorus Siculus et alii complures veterum hiſtoricorum teſtantur d).

§. 2.

ante C. N. a. 65.

2 [POMPEIVS, bellum cum Mithridate gerens, Iberes debellauit.] Inde Colchidem inuaſit, et contra Albanos, qui defecerant, per aſperam et aridam viam — rediens [contendit.]

§. 3.

ante C. N. a. 59.

3 POMPEIVS prouincia [Iudaea] Scauro commendata, Romanisque legionibus loco tutando relictis duabus, per Ciliciam iter agit, celebremque ducturus triumphum Romam contendit. Victos autem reges ſecum ducebat Pharnacem, Mithridatis filium, — Colchorum, id eſt Lazorum, reges, principes Iberorum viginti, Ariſtobulum denique Iudaeorum regem. —

§. 4.

4 [GENTES, de quibus Pompeius Romae triumphauit,] fuerunt Pontus, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Media, Colchi, Iberes, Albani, Syria, Cilicia, Meſopotamia, Phoenicia, Palaeſtina, Iudaea, Arabia.

§. 5.

d) Quae hic ſequuntur, vide infra §. 72. not.

2. ZONARAS T. I. p. 477, 478. Inter gentes a Pompeio victas etiam *Chalcidis* meminit Syncellus p. 297. vbi forte *Colchis* intelligenda eſt.

3. GEORGIVS SYNCELLVS pag. 299.

4. ZONARAS T. I. p. 479.

§. 5.

VLTRA Cappadoces ad dextram habitant Armenii, Iberes, 5
et Berrani, et Scythae, et Colchi, et Boſporiani, qui vero di-
cuntur Salli et Sanitae ad Pontum vsque protenduntur e).

§. 6.

Imp. DIOCLETIANO.

a. C. 284 — 304. f)

Imp. DIOCLETIANO.

IMPERANTE Romae Diocletiano, apud Cherſonitas vero 6
principe ac proteuonte Themiſto, Themiſti Sauromatae filio,
Criſcon, Boſporianus Ori filius, collecta Sarmatarum ad Maeoticam paludem habitantium manu aduerſus Romanos arma mouit, cumque ad Lazorum terram perueniſſet, bello infeſtatis incolis, ad Halyn vsque flumen progreſſus eſt. Diocletianus vero vbi reſciuit, Lazicam Ponticamque vaſtari, exercitum contra Sarmatas miſit, duce Conſtante, tribuno. [Cherſonitae in eos ab imperatore concitati, cum Boſporum cepiſſent; g)] Sauromatus [vt ſua reciperet] omnes captiuos vel inuitus dimiſit. Quos cum accepiſſet Conſtans, duobus Cherſonitarum legatis apud ſe retentis, caeteros ad Sauromatum miſit; isque ad illorum aduentum e Lazorum regione quosdam vna cum ſuis deſtinauit, quibus Boſporus familiaeque traderentur. h).

Sub
Maximiano et reliquis imperatoribus vsque ad Marcianum nulla fit Lazorum mentio.

§. 7.

Imp. LEONE I.

a. C. 457 - 461. i)

Imp. LEONE I.

MAXIMA intercedente Romanis et Lazis cum Suanorum
gente controuerſia, cum Suani promte ad pugnam ineundam 7
ad primum ſignum concurrerent, Perſas quoque cupido belligerandi

5. CHRONICON PASCHALE p. 34.

e) Vide *Tzanica* §. 13.

6. CONSTANTINVS de Adm. Imperio p. 144-146.

f) Sunt anni imperii Diocletiani.

g) Locum integrum vide in *Sarmaticis* §. 6 - 13.

h) Reliqua vide in *Sarmaticis* §. 12. ſeqq.

7. PRISCVS in Excerptis de Legatt. p. 46.

i) Anni ab initio imperii Leonis, vsque ad a. v. imperii eiusdem. Vide infra §. 10. not. y.

a. C. 457-461.

Imp. randi inceſſit propter oppida, quae Lazi Suanis eripuerant k).
LEONE I. Itaque Lazus ad Romanum imperatorem legationem miſit l), ſibi auxilia mitti m) poſtulans ex militibus, qui Armeniae oram Romanis ſubiectam tuebantur, vt quia proximi erant, praeſto eſſent, ne, dum longinqua auxilia exſpectant, periculum incurrant, aut fruſtra ſumtibus atterantur, ſi forte accidat, dimicationis tempus produci, ſicut iam ante euenerat. Miſſa enim cum Heraclio valida auxiliariorum manu, Perſis et Iberis, quibuscum illi bellum, alio bello aduerſus alias gentes occupatis, cum grauis illi et moleſta eſſet commeatuum praeſtatio, auxilia remiſerat n). Sed rurſus in eum Parthis redeuntibus, Romanos reuocauit. Legati vero retulerunt, Romanos miſſuros ad eos auxilia et ducem.

§. 8.

8 ROMANI in Colchidem profecti, bello aduerſus Lazos decertant, nec multo poſt Romanorum exercitus ad ſua rediit.

Cum autem imperator denuo bellum repetere praepararet, conſilium habuit o), an eadem via inſiſtens, an per Armeniam Perſarum ditioni confinem, inde prius a Parthorum monarcha accepta, bellum inferret. Etenim cum Colchidis ora eſſet importuoſa, neque loca vadoſa praeternauigare poſſet, mare ſibi vndequaque infeſtum exiſtimabat.

§. 9.

k) καὶ σφοδρα ἐς την τȣ σηματος των Σȣανων συνισαμενων μαχην, καὶ Περσων δε ἐθελοντων ἀυτῳ πολεμειν δια τα Φρȣρια, ἁπερ των Σȣανων ἀφῃρηντο. Cantoclarus in Notis ad Priscum, p. 194. „Difficilis locus, et, cuius ſenſum niſi diuinando aſſequi poſſis. *Laziorum Sauromatum gentis*, qui habitant in receſſu paludis Maeotidis, meminit Herodotus in Thalia: forte *Lazi*. Etenim Colchis non multum inde abeſt. — Colchidem in duas partes diuidi, Stephanus auctor eſt, in *Mengreliam*, quae mare attingit et *Laziam*, quae inferius habitatur.

l) Gr. tantum πρεσβειαν ἐςαλλεν

m) Hic additur in Gr. παρα βασιλεως.

n) Της γαρ συν Ἡρακλειῳ ἀπεσαλμενης βοηθειας γαι [leg. κατα] Περσων και Ιβηρων, των ἀυτῳ ἐπαγοντων τον πολεμον προς ἑτερων ἐθνων τοτε ἀπασχοληθεντων μαχῃ, την συμμαχιαν ἀπεπεμψεν, αχαλλων ἐπι τῃ των τροφων χορηγια.

8. Ll. p. 73, 74.

o) Και οἱ ἀμφι τα βασιλεια παρεσκευαζοντο, βουλευομενοι.

p) Κατα γαρ θαλατταν ἀπορος αὐτοις ἠν ἐκ μιςετο τας δυςχωριας παραπλειν, ἀλιμενȣ της Κολχȣ τυγχανȣσης.

§. 9.

GOBAZES q) quoque legatos miſit ad Parthos et ad imperatorem Romanorum. Et Parthorum quidem monarcha, quia bellum illi erat cum Hunnis, quos Cidaritas vocabant, Lazos ad ſe confugientes reiecit r): — Romani reſponderunt s), ſe a bello ceſſaturos, ſi regnum aut ipſe deponeret, aut a filio reciperet. Nec enim fas eſſe, ſecundum antiquam regionis legem, duos ſimul dominari. Itaque oportere aut ipſum Gobazem, aut eius filium, regnare in Colchide, atque ita bellum ſolueretur. 9

Legatos Euphemius introduxit. Is magiſtri officiorum dignitatem adeptus, prudentia et eloquentia clarus, ſub Marciano imperatore in reip. adminiſtratione floruit, multosque praeclaros viros imperatori conſiliis adhibuit t), hic quoque Priſcum, ſcriptorem huius hiſtoriae, in partem curarum imperii vocauit. Gobazes v) igitur, ſibi delata optione, regni inſignia depoſuit, et elegit, cedere filio regnum. Et ad imperatorem miſit, quandoquidem vni ſolum iam pareret Colchidis regio, non illi amplius vsque eo ſuccenſeret, vt etiam arma inferret. Imperator vero iuſſit Gobazem in Romanorum regionem transgredi, vt eorum, quae ſibi facienda ſtatuiſſet, rationem redderet. Ille autem profectio-

q) Γωβαζης, Lazorum rex, vt ex inferioribus patet.

9. Id. p. 41. haec prioribus ſtatim ſubiungenda eſſe, res ipſa docet, et monet Valeſius in Notis ad Priſcum p. 209.

r) *Gobazes* (Γωβαζης, ita et infra) *legatos miſit ad Romanos, quibus Romani reſp.* cet.

s) In Gr. additur, τοις παρα Γωβαζȣ ϛαλεισι πρεσβεσιν.

t) Και τηδε λυθηναι τον πολεμον, Ευφημιος εισηγησατο, την τȣ μαγιϛρȣ διεπων αρχην. ὃς ἐπι συνεσει και λογων ἀρετη δοξαν ἔχων, Μαρκιανȣ τȣ βασιλεως την των πραγματων ἐλαχεν ἐπιτροπην. Και πλειϛων των ξυβȣλευθεντων ἐκεινῳ καθηγητης ἐγενετο. Haec ita vertit Valeſius: *Vt autem alter tantum, aut Gubazes, aut filius eius apud Colchos regnaret* [eoque pacto *bellum componeretur* omiſit Valeſ.], *Euphemius, magiſter officiorum, conſilium dederat. qui et prudentia et eloquentia praeſtans cuncta adminiſtrabat, ac multorum praeclare factorum et conſultorum auctor Marciano Auguſto fuit* cet.

v) Γωβαζης hic ſemel per σ ſcriptum.

Imp. LEONE I.

a. C. 457-461.

fectionem minime abnuit. At Dionyſius, fide prius accepta ab eo, qui pridem in Colchidem dirimendarum cum Gobaza controuerſiarum gratia miſſus erat, ſe nihil, quod perfici non poſſet, promiſiſſe, legatione functus eſt x), et de rebus, quae in contentione erant, conuenerunt.

§. 10.

a. C. 461. y)

10 POST incendium ciuitatis, quod accidit ſub Leone, Gobazes venit Conſtantinopolin cum Dionyſio, ſtola Perſica indutus et Medorum in morem ſatellitibus ſtipatus. Hunc imperator excepit, et primum quidem, rei nouitate commotus, auerſatus eſt. Deinde ad aequitatem delapſus, et eum comiter amplexum dimiſit. Chriſtianorum enim ſymbola oſtentans, blanda oratione eum demulſit, et ſermonum illecebris cepit z).

Sub
Leone II. Zenone, Baſiliſco et Anaſtaſio I. a)
nulla ſit Lazorum mentio.

§. 11.

x) Διονυσιος [f. leg. Διονυσιον] δε, τον ἐς την Κολχιδα παλαι διαπεμφθεντα, της τε αὐτε Γωβαζε διαφορας ἑνεκα πιστιν δωσοντα ᾐτησεν, ὡς οὐδεν αντιπεσον. διο δη ἐς την Κολχιδα Διονυσιος ἐστελλετο.

10. Id. p. 43, 44.

y) Incendium, cuius Priſcus meminit, Baſiliſco et Hermenerico coſſ. a. 464. contigiſſe e Marcellini Chronico monet Valeſius p. 209. idem vero a. v. imperii Leonis indict. 15. d. 2. Septembr. CP. contigiſſe refert Theophanes p. 96.

z) Ὁν οἱ ἀμφι τα βασιλεια δεξαμενοι, προτερον μεν τε νεωτερισμε κατεμεμψατο [f. leg. κατεμεμψαντο], ἐπειτα δε φιλοφρονησαμενοι ἀπεπεμψαν. εἷλε γαρ αὐτες τη τε θωπεια των λογων, και τα των Χριστιανων ἐπιφερομενος συμβολα.

a) Sub hoc imperatore haec habet Suidas in Eclogis hiſt. de rebus Byz. p. 33. *Sub hoc etiam* [Anaſtaſio] *graues afflictiones ab illis, qui Lazici vocabantur excitatae Libycas vrbes inuaſerunt.* Quos in Libya narret Lazicos Suidas, me neſcire, fateor.

§. 11.

Imp. IVSTINO I.

Imp. IVSTINO I.

a. C. 520, 521. *b)*

ab oratoribus [a Cabade, Perſarum rege, de pace et filio Choſroë a Iuſtino adoptando Conſtantinopolin miſſis] — cum alia multa de rebus inter ipſos controuerſis dicta ſunt, tum illud ſubiecit Seoſes [oratorum vnus], Colchidem, vulgo hodie Lazicam, a Romanis teneri, iniqua vi Perſis ereptam, legitimis iam olim dominis. Excanduere, his auditis, Romani, indignum rati, de Lazica etiam a Perſis moueri litem. — 11

Ad Cabadem poſtea Mebodes Seoſem detulit, quod, inducta ex compoſito, praeter domini ſui mandatum, mentione de Lazica, pacem diſturbaſſet.

§. 12.

a. 5. imp. Iuſtini *d)*

a. C. 52?. *c)*

a) OLYMPIADIS CCCXXV. anno IV. indict. XV. Symmacho et Boëthio coſſ. — TZATHIVS, ZAMNAXIS, Lazorum regis, filius, 12

a) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Anno quinto imp. Iuſtini, Cabadis viceſimo octauo — Tzathus* (Τζαθος) *Lazorum rex, regni Perſarum deſertor factus, Cabade regnante atque adeo ipſum* (τον Τζαθον, habet etiam Anaſt. nomen) *amante, vt in Lazorum regnum eum extuliſſet, ad Iuſtinum Byzantium veniens, Chriſtianum fieri et ab eo Lazorum regem renunciari rogauit imperatorem. Hunc imperator benigne acceptum baptiſmi lumine illuſtrauit, et filium declarauit. Romanam vero duxit vxorem, Nomi-patricii-neptem, nomine Val. — creatus rex.* (*Rom. — rex* deſunt apud Anaſt.) *Diſceſſit ille redimitus corona — candida ornatus, cui ſuperius tabula ex auro fuit adſuta, in quo Iuſtini imperatoris imago coloribus acu ductis depicta erat — cohoneſtatus, domum reuerſus eſt.* (*cui-reuerſus eſt* deſunt apud Anaſt.). CEDRE-

11. PROCOPIVS de B. P. p. 32.

b) Hoc anno, a. III. imperii Iuſtini Cabadem de filio Choſroë a Iuſtino Aug. adoptando CPlin legatos miſiſſe, refert Theophanes pag. 143.

12. CHRONICON PASCHALE p. 332, 333. Theophan. p. 144. Anaſt. p. 57. Cedren. T. I. p. 364. Zonar. T. II. p. 59.

c) Annus orae Chron. Paſch. adſcriptus.

d) Hunc annum habent Theophanes, Anaſt. et Cedrenus, non vero Symeon Logoth., vt Cangius ad h. l. monet.

Imp. a. G. 522.

IVSTINO I. filius e), ſimulac obiit pater Zamnaxes, confeſtim profectus eſt Conſtantinopolin ad religioſiſſimum imperatorem Iuſtinum, ſeque ei totum commendauit, illum deprecatus, vti ſe Lazorum regem ab ipſo Romanorum imperatore creatum ac Chriſtianum effectum renunciaret, ne, ex more a Perſarum rege inauguratus, veluti ſubditus et ab illo rex dictus, ſacrificia facere aliosque omnes Perſarum cultus exſequi cogeretur. Erat autem ea tempeſtate Perſarum rex Cauades: et apud Perſas ea inualuerat conſuetudo, vt, Lazorum rege defuncto, ab rege Perſarum, qui tum rerum potiebatur, alius, qui ex Lazorum gente eſſet, rex iis daretur.

Suſceptus itaque ab imperatore Iuſtino Tzathius, ac Chriſtianus effectus, vxorem duxit Valerianam, feminam Romanam, Onini f) patricii et ex-curapalatii g) neptem: quam ſecum in regionem ſuam abduxit, cum antea creatus fuiſſet et coronatus, Lazorum rex ab imperatore Iuſtino: geſtans diadema h) Romanorum et chlamydem candidam holoſericam i), habens etiam loco purpurae tabulam auream regiam k), in cuius medio effi-

NVS, ZONARAS: *Anno quinto* [imperii Iuſtini] *Tzathus* Laz. rex (βασιλεὺς. Zon. ἀρχηγὸς) cum a Perſico regno defeciſſet, Byzantium venit (Zon. *et ad Iuſtinum ſe contulit*) *petiitque Chriſtianus fieri et a Iuſtino Lazorum rex ſalutari. Iuſtinus id laeto animo fecit, eumque filium ſuum appellauit, nobilemque Romanam vxorem dedit, quam ille laetus in ſuam regionem abduxit, multis donis affectus* (Zon. *et pro imperatoris filio baptizatus et rex Laz. ſalutatus, ducta vxore ſenatoris cuiusdam filia, in ſuam prouinciam rediit*).

e) Τζαθιος ὁ υἱος Ζαμναξε, τε Λαζων βασιλεως. Cangius in Notis ad h. l. Ita hic et infra Cod. Vatic. et editio Scaligeri. Perperam Rader. Ζαμναξε.

f) Ὀνινε Theophanes in Edit. Ὁμε, Cod. Vatic. vero Νομε, in quo etiam pro Οὐαλεριανην legitur Οὐαλεριαν. Vid. Var. lect. Theoph. p. 52.. Secundum Cangium vero ad h. l. Οὐελαριαν. quod operarum error eſſe videtur. Oninum in Chronico MS. Symeonis Logoth. Ρωμον vocari, Cangius monet.

g) Τε ἀπο Κεροπαλατων.

h) ϛεφανον.

i) χλαμυδην ἀσπρον ὁλοσηρικον. Theophan χλανυδα βασιλικην ἀσπρην.

k) ἀντι πορφυρε χρυσουν βασιλικην ταυλιν. Theoph. tantum ἐχουσαν ταυλιν χρυσην.

a. C. 522. *Imp.* IVSTINO I.

ſcta erat imaguncula caerulea pectoralis imperatoris Iuſtini, et tunicam albam reticulatam opere aureo plumario regio, habentem ſimiliter eiusdem Iuſtini imperatoris imaginem l). ipſius vero cothurni m), iuxta gentis ſuae ritum, ruſſei erant coloris, more ſcilicet Perſico margaritis diſtincti et exornati; quemadmodum etiam illius zona vnionibus interſtinguebatur. Multis porro donis ab imperatore Iuſtino cohoneſtatus eſt, ac vxor eius Valeriana, vt quae plane coacta, vel certe impulſa, nupſerat, in aliena regna profectura.

§. 13.

β) Coades n) vero, *) ſeu Cauades o), Perſarum rex, rei geſtae certior factus, imperatori Iuſtino haec per legatum nunciauit: „ Cum amicitia paxque inter nos hactenus tractata ſit ac

firma-

β) THEOPH. ANAST.: *De his Cabades, Perſ. rex certior factus, — moliris; hominesque Perſarum ſupra hominum memoriam omnem dominio ſubditos tibi recipis „. Imperator in aduerſum ſcribit: „ Nullum — liceret, et ad Deum omnium rerum conditorem acceſſum haberet, rogauit. Illum itaque baptiſmo luſtratum in propriam ſibi regionem ſubinde remiſimus: Ab eo tempore — intercesſere.* CEDREN. ZON.: *Cabades autem — moliris, et Perſarum imperio ſubiectos tibi adſciſcis. — Chriſtianus fieret, verumque Deum agnoſceret —.* reliqua vt Theophanes. ZONARAS: *Quae res diſſidii inter Perſas et Romanos denuo cauſa exſtitit, quod Romanorum imperator illorum ſubditos ad ſe pelliceret.*

l) ἐν ᾧ ὑπῆρχεν ἐν μέσῳ φηθάριν ἀληθινὸν μικρὸν τοῦ βασιλικοῦ χαρακτῆρος Ἰουστίνου, καὶ στιχάριν ἄσπρον παραγαύδιν, καὶ αὐτὸ ἔχον χρυσᾶ πλουμία βασιλικά, ὡσαύτως φέροντα τὸν χαρακτῆρα τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἰουστίνου. Theoph. ἐν ᾧ ἐκ κεντητοῦ ἐγκεχάρακτο ἡ εἰκὼν τοῦ βασιλέως Ἰουστίνου, καὶ στιχάριν ἄσπρον ἔχον πλουμία χρυσᾶ καὶ εἰκόνα τοῦ βασιλέως. Agathias p. 90. ornatum regum Lazicorum ſimili modo deſcribit. vide infra ʃ. 98.

m) τὰ τζαγγία.

n) Κωάδης, ſupra Καυάδης, apud Theoph. Καβάδης, Cedr. Καβάδης. Zon. Κουάδης.

*) Addit haec interpres.

o) εἰρήνης μεταξὺ ἡμῶν λαλουμένης καὶ γινομένης. Theoph. αὐστης.

Imp. a. C. 522.

IVSTINO I. firmata, hoſtilia tamen moliris. En Lazorum regem, mihi ſubditum ipſemet inaugurasti, cum ſub Romanorum provincia nunquam, ſed ab omni hominum memoria ſub Perſarum dominatione extiterit„. Ad haec Iuſtinus imperator reſpondit: „Neminem ex iis, qui regno tuo ſubiecti ſunt, vel excepimus, vel acciuimus; ſed cum quidam, Tzathius nomine, in terras noſtras veniſſet, pedibus noſtris aduolutus, enixe nos deprecatus eſt, vti ab impura quadam et pagana religione, impiisque ſacris, et malorum daemonum praeſtigiis expiaretur, ac Chriſtum profiteri ſibi liceret, aeterni ac coeleſtis Dei et conditoris vniuerſi virtutem et maieſtatem obteſtatus, hunc, ad meliorem religionem tranſire volentem, vt verum Deum agnoſceret, impedire non decebat. Vnde Chriſtianis ſacris initiatum coeleſtibusque myſteriis dignatum, in ſuam regionem remiſimus„.

Hinc inimicitiae deinceps inter Romanos et Perſas interceſſere.

§. 14.

a. C. 521 - 527.

IBERVM p) Aſianorum ſedes portas Caſpias contingunt a
13 Septentrione, ſiniſtra Lazicam ab occaſu q). — [Gurgenes eorum rex, defectione a Perſis facta, cum in fidem Iuſtini conceſſiſſet; hic miſit] in Lazicam Petrum ducem cum Hunnis aliquot, vt ſociis armis pro virili iuuaret Gurgenem. — Gurgenes vero animaduertens, ſibi vires tenuiores eſſe, quam vt poſſet Perſarum impetum ſuſtinere —, cum Ibera omni nobilitate — fugit in Lazicam. — Deinde Byzantium conceſſerunt Iberes.

§. 15.

Petrum reuocauit imperator, et, Lazis limites ſuos tueri praeſidio recuſantibus, Irenaeum ducem cum copiis miſit. Primum

13. PROCOPIVS de B. P. p. 33, 34.

p) His praemittit Procopius: *Continuo poſt* [irritam legationem, cuius ſupra §. 11. facta eſt mentio] *cum maxime vellet Cabades in fines Romanorum irrumpere, minime potuit, ſuborto hoc impedimento. Iberum Aſianorum* cet. vt ita haec noſtra ad a. C. 521. circiter referenda eſſent, ſed Procopius p. 35. aliquanto poſt fato functum Iuſtinum ait.

q) Locum integrum vide in *Ibericis* §. 11. 12.

murum in Lazicam ex Iberia aditum inſident caſtella duo, quorum cuſtodiae intenderant ab aeuo indigenae, quamuis ſumma inopia confliĉtarentur. Nam nec frumentum ibi, nec vinum, neque aliud quidquam ad victum mitiorem ac commodum prouenit, immo vero neque aliunde, niſi per baiulos importari viarum anguſtiae patiuntur. Panico, quod illic progignitur, aſſueti Lazi, eo vitam tolerare poterant. Amotis inde his ſtationariis, iuſſit Auguſtus caſtella a Romanis militibus cuſtodiri: quibus initio quidem Lazi, aegre licet, portabant; ſed poſtea detrectarunt eiusmodi miniſterium. Quamobrem caſtella deſeruerunt Romani; Perſae nullo negotio [ea] occuparunt. Et haec quidem acta in Lazica.

CAPVT II.

CAPVT II.

Bellum Tzathio a Perſis, quod ſe Romanis adiunxiſſet, illatum, pax; Lazorum ad Perſas defectio; Petra a Perſis expugnata; ab a. C. 528-545.

Imp. IVSTINIANO I.

a. M. 6020. a. C. 520. a. 1. imper. Iuſtiniani.

§. 16.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 528.

14 *a*) OLYMPIADIS CCCXXVII. anno primo, indict. VI. Iuſtiniano Auguſto III. ſolo coſ. — Perſae Tzathio *a*), Lazorum regi, bellum intulere, quod Romanis ſe adiunxiſſet. Tzathius autem ad imperatorem Iuſtinianum legatum miſit, petens ab eo ſibi auxilium ex Romanis ſubmitti. Miſitque idem Iuſtinianus imperator exercitum et tres magiſtros militum, Beliſarium,

a) THEOPHANES: *Eodem etiam anno* [vid. marg.] *Perſarum rex Tzathum Lazicum, quod in Romanorum partes tranſiiſſet, bello laceſſiuit. Porro Iuſtinianus imperator militares copias in eius auxilium et magiſtr. — Cyricum et Petrum miſit, qui inito proelio inferiores euaſerunt. Quare indignatus — inuidia certam prodidiſſent victoriam. Ipſis reuocatis, Petrum notarium mil. magiſtr. — cecidit.* CEDRENVS: *Eod. a.* [*a. M. 6021. a. C. 527.*] *— Tzathum, quod — miſit, qui cum in bello gerendo mutua inuidia transuerſi agerentur a Perſis victi ſunt. Hoc aegre ferens Iuſtinianus, reuocatis illis, Petr. not.* — reliqua vt Theophanes.

14. CHRONICON PASCHALE pag. 995. Theophan. p. 148, 149. Cedr. T. I. p. 366, 367.

a) Τζαθιῳ, Theoph. Τζαθῳ, ſed ibi Cod. Pal. Τζαθεῳ. Vid. Lect. Var. Text. Theoph. p. 525.

a. C. 528.

Imp. IVSTINIANO I.

ſarium, Cerycum b) et Irenaeum, Pentadiae filium c): commiſſoque proelio, multi ex Romanorum copiis cecidere. Indignatus vero contra duces Iuſtinianus imperator, quod ex inuidia ſeſe mutuo prodidiſſent, et alter alterius conſilia regi detuliſſet, iis exauctoratis, Petrum, magiſtrum militum et ex-notario imperatoris d), miſit, qui, iis remotis, ſumtaque copiarum praefectura, vna cum Lazis Perſas aggreſſus, multos ex iis cecidit e).

§. 17.

b) **Κηρυκον.** Theoph. et Cedr. **Κυρικον.** Cod. Peyrez. et Barbar. **Κηρυκον.** Vid. Lect. Var. Textus Theoph. p. 525.

c) *Ειρηναιον τον Πενταδιας.* Illum forte, quem a Iuſtino in Lazicam, illius fines aduerſus Perſas tuiturum, miſſum eſſe, Procopius dixit. vide ſupra *§. 15.* Irenaei *τȣ Πενταδιας* meminit rurſum auctor Chron. Paſch. p. 336. a. III. Iuſtiniani.

d) *τον απο Νοταριων τȣ βασιλεως.* Fuit enim primitus hic Petrus Iuſtini *γραμματευς*, vt ait Procopius. lib. II. [c. XV.] de Bello Perſ. [non *Gotth.* vt in Notis Cangii eſt], vbi eius fortunam et in Lazica geſta attingit.

e) Cangius in Notis in Chron. Paſch. p. 592. Belli Lazici meminit Procopius Lib. I. Perſic. c. VII. [potius c. XII. p. 34. vide ſupra *§. 15.*] quo loco ſcribit, Lazis milites [leg. *limites*] ſuos aduerſus Perſas tueri renuentibus, Irenaeum eo cum copiis a Iuſtino miſſum, cum Iberes ab ipſis Perſis bello petiti, eorumque impetus ſuſtinere minus idonei, in Lazicam ſeſe recepiſſent. Quod quidem ſub exitum imperii Iuſtini refert [p. 35.], proinde poſt inaugurationem Tzathi Laz. regis, anno IV. vel V. imperii Iuſtini factam [vid. *§. 12.*] Tzatho ſucceſſit Gubazes, quem Romanae femnae filium fuiſſe ait idem Procopius L. IV. Gotth. c. IX. [p. 586. vid. infra *§. 51.*], Tzathi ſc. et Valerianae, cuius ſupra ſcriptor meminit. Hunc Agathias L. II. p. 56. vt et Lazos omnes Iuſtiniano *κατηκοȣς οντας και ευνȣς, και τα ες Θεον ομογνωμονας* fuiſſe ait [vid. infra *§. 72.*]: quo quidem caeſo *Τζαθης* illius iunior frater Byzantium veniens, *την τε πατρωαν αρχην και τα ταυτης παρασημα προς των βασιλεως Ρωμαιων, ήπερ εκ παλαιȣ νενομιςαι*, accepit. Proinde Tzathus, cuius hic mentio fit, prior ille debet intelligi, quem in regem Laz. inaugurauit Iuſtinus, cui Gubaſes F. ſucceſſit. —

Imp. IVSTINIANO I.

§. 17.

a. C. 532.

a. 6. imp. Iuſtiniani *f*)

15 [CABADE, Perſarum rege, defuncto, legati Romanorum eius ſucceſſorem Choſroëm ad fluuium Tigrin adierunt, multisque erga eum] blanditiis vſi ſunt, quae legatos Romanos minime decebant. Hac arte cicuratus et delinitus Choſroës, pacem perpetuam ſpopondit —: Lazicae tamen caſtella negauit ſe redditurum; quamuis aequum eſſe diceret, ſe a Romanis Pharangium et Bolum caſtellum recipere. — Omnia probarunt, rataque habuerunt legati, praeterquam vnum: quod nempe ad Lazicae caſtella attineret, negarunt, ea ſe remittere prius poſſe, quam ſuper his Auguſti mentem accepiſſent. Ad id placuit Rufinum, [vnum e legatis] mitti Byzantium, eiusque reditum collegas opperiri. — Poſteaquam Byzantium Rufinus peruenit, conditiones, quibus Choſroës finem bello imponere volebat, propoſuit imperatori: qui tum illis aſſenſus, pacem componi iuſſit. — [Legatis Niſibin, vt pacem ſancirent, profectis,] interuenerunt tali rerum articulo litterae Iuſtiniani, ſuo in Lazicae caſtella iure deceſſiſſe, iam poenitentis, et oratoribus diſerte mandantis, ne Perſis ea concederent: id vero Choſroëm a ſtudio pacis auertit. — [Hermogene iterum ad Choſroëm legato miſſo, pax tandem perpetua compoſita eſt, et] Perſae Romanis Lazicae caſtella tradiderunt.

§. 18.

a. C. 539.

a. 13. imp. Iuſtiniani.

16 [ARMENII defectionem meditantes, ad Choſroëm legatos mittunt. qui in oratione ad eum habita inter alia] Quae indignitas eſt [inquiunt] naturae rerum contraria nec verbis facile explicabilis, ducem Romanum praepoſuit [Iuſtinianus] miſerorum Lazorum regi. — Si vis diſcere, qualem ſe ſuis praebeat clientibus

15. PROCOPIVS de B. P. p. 64-66.

f) Hoc anno pacem factam ait Procop. de B. P. p. 65. Vide et p. 86. in Epitome libri I. de bello Perſ. vbi haec leguntur: *Conſtituta pactaque pax illa perpetua* [Perſas inter et Romanos], *imperante ſextum iam annum Iuſtiniano. Per eam Romani pecunias, Pharangium et Bolum arcem Perſis reddiderunt, et hi viciſſim Romanis in Lazorum finibus oppida.*

16. Id. ibid. p. 93, 94.

tibus Iuſtinianus; vicinum in nobis Laziſque infelicibus exemplum habes *g*).

§. 19.

a. C. 539-545. *h*)

BELISARIVS [ex Italia reuocatus, et ad bellum Perſicum miſſus] cum ſuis ibat magnis itineribus, anteuertere Choſroi maturans, priusquam denuo in Romanorum fines irrumperet. 17

β) Interea Choſroës exercitum in Colchidem duxit *i*), Lazorum impulſu ac ſuaſione, iſtam ob cauſam. Principio Lazi Colchidem incolebant, Romanis quidem ſubditi: immunes tamen neque aliud exhibentes obſequium, niſi quod, rege mortuo, Romanus imperator principatus inſignia deſignato ſucceſſori mittebat: qui ſubditorum armis fines ſuos, ne e contermino Caucaſo Hunni hoſtes per Lazicam in prouincias Romanas erumperent, diligenter cuſtodiebat; idque ſine ſtipendiis, ſine auxiliis Romanorum: quorum nec ipſi erant in bellicis expeditionibus ſocii. Mari commercium cum Romanis, qui Pontum incolunt, exercebant. Nam quia nec ſal, nec frumentum neque alia ad victum commoda illis ſuppetunt, coria, pelles, mancipia rebus ſibi neceſſariis permutabant.

β) THEOPHANES: *Anno XXVII. imperii Iuſtiniani — Lazi a Romanis deficientes, ob Ioannis eorum praefecti auaritiam, atque iniuſtitiam, ad Perſas transfugere, ſed iterum intra eundem annum ad Romanorum partes rediere; et expulſis Perſis Romani caſtrum Petram cepere.*

g) Legatione Armeniorum expoſita, pergit: *Erat autumnus, agebatque annum imperii XIII. Iuſtinianus.*

17. PROCOPIVS de B. P. p. 123-126. Theoph. p. 194.

h) Beliſarius a. quinto Belli Goth. ex Italia reuocatus eſt, teſte Procopio de B. G. p. 464. a. XXIII. vero imperii Iuſtiniani, ſeu anno IV. induciarum, quas Romani cum Perſis [a. XIX. imperii eiusdem imperatoris] in quinque annos fecerant, exeunte, Perſae rurſus e Lazica diſcedere ſunt coacti, Vid. Procop. de B. P. p. 170. coll. p. 160.

i) Horum iam meminit Procopius de B. P. p. 67. *Poſt tandem Choſroës cum magno exercitu in Colchidem irrupit: quam ego expeditionem proximo libro complector.* — et paulo inferius, *ſub reditum e Colchide, Chanarangi ſcribit.*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 539-545.

Poſtea vero quam Gurgeni Iberiae regi ea, quae in ſuperiore libro retuli, contigerunt; verſari in Lazica coepere Romani milites. qui quidem his barbaris oneri erant, ſed maxime dux Petrus, homo in obuium quemque facile iniurioſus k). — Deinde Iuſtinianus Auguſtus cum alios duces miſit in Lazicam, tum Ioannem cognomento Tzibum, hominem obſcuro atque ignobili loco natum et ducis munus hac vna commendatione adeptum, quod ſupra mortales omnes inſignite improbus nullam non calleret iniuſtae pecuniae viam. Hic Romanorum Lazorumque res labefactauit prorſus ac miſcuit. Idem Iuſtinianum Aug. perpulit, vt in Lazica maritimam vrbem, cui nomen inditum Petrae, conderet: vnde tanquam ex arce imminens, Lazorum fortunas agebat ferebatque. Inſtitoribus enim nec ſal, nec caeteras merces, quae Lazis neceſſariae videbantur, in Colchidem aduchere, neque aliis inde emere per illum licebat. Sed Petrae inſtituto, vt vocant, monopolio, ipſe propola ac totius negotiationis curator erat, mercans omnia, ac poſtmodum non ſolito, ſed quanto poterat, pretio diuendens Colchis. Id vero grauiſſime ferebant barbari, quod Romanus miles nouo more apud ipſos commoraretur.

§ 20.

Quae cum illi diutius tolerare non poſſent, in Choſrois et Perſarum fidem conferre ſe decreuerunt. Sine mora, Romanis inſciis, legatos, qui rem tranſigant, mittunt, his mandatis inſtructos, vt, cum a Choſroë fidem acceperint, nunquam ipſum Romanis Lazos traditurum inuitos, patriam repetant ſuccincti Perſarum exercitu.

Igitur vbi illi peruenerunt in Perſidem, clam ad Choſroëm introducti, his fere verbis diſſeruerunt: „Si quos vnquam ſuorum quodammodo deſertores et alienis plane hominibus deditione indecora addictos benigna ſors libentiſſimos ad priſtinos amicos reduxit; tales, rex maxime, eſſe Lazos exiſtima. Certe Colchi ſuperio-

k) Hic omiſſa ad haec fere redeunt. Petrus erat Arzanene oriundus, poſt Amidam captam, a Iuſtino in ſeruitutem abſtractus, ei ſcribae loco fuit, donec ab eodem imperii iam potito dux (ςϱατηγος) creatus eſt.

perioribus ſaeculis, cum eſſent Perſarum ſocii, vt in eos beneficia contulere plurima, ſic ab iisdem viciſſim accepere: quorum et nos multa conſignata litteris monumenta habemus; multa item etiamnum in tua regia aſſeruantur. Dein tamen maiores noſtri, ſeu a vobis deſpecti, ſeu cauſa inducti alia quapiam (neque enim nobis adeo explorata res eſſe poteſt), cum Romanis foedus percuſſerunt. Nos autem iam cum rege Lazicae Perſarum poteſtati atque arbitrio nos regionemque noſtram permittimus, et vos rogamus, vt hac in cauſa noſtra excutienda rationem ſequamini. Si nulla a Romanis violati iniuria, ſed per malitiam ad vos transfugimus, ſupplices hinc quamprimum repellite, hac ſuſpicione incenſi, vobis quoque Colchos aliquando infidos fore. Ex illo enim, quo ſoluta eſt amicitia, modo, qualis futura ſit, quae cum aliis iungitur, apparet. Sin autem verbo tenus Romanorum amici, re ipſa mancipia, et fida tamen, ab iis indigniſſime ſumus habiti, quibus vt tyrannis ſeruimus; nos, ſocios quondam veſtros, accipite, et quibus amicis antea vtebamini, nunc ſeruos habetote. Tyrannidem ſic a vicinis in nos exortam odio proſequimini, vt poſtulat aequitas, quam Perſae ex more et inſtituto patrio tueri ſolent. Nec vero, ſi quis nihil iniuſte faciat, continuo is iuſtus fuerit, niſi idem ab aliis affectos iniuria ſoleat vindicare, cum poteſt. Iam res petit, vt pauca de multis, quae in nos committere auſi ſunt Romani deteſtabiles, delibemus. Regi quidem noſtro, relicta principatus vmbra, omnem agendi poteſtatem eripuerunt, vt famuli vicem ſubeat rex, ducem timens ſibi imperantem. Nobis vero impoſiti ſunt ſtationarii magno numero milites; non quo hoſtilem vim a noſtra regione prohibeant; (quandoquidem, ſi Romanos ipſos excipias, nemo nos finitimorum infeſtat) verum vt, nobis tanquam in cuſtodia clauſis, facultates ipſi noſtras poſſideant. Quas vt compendioſiori via auferrent; vide, rex, quid de annona cogitarint. Quae apud ſe habent ſuperuacanea, obtrudunt Lazis, atque emere inuitos cogunt: quicquid autem fert Lazica ad ipſorum vſum accommodatiſſimum, id ſibi venundari, in ſpeciem ſcilicet, a nobis volunt, vtrarumque mercium indicatione eorum, qui nobis praeſunt, conſtituta arbitrio. Itaque annona pariter atque auro nos exhauriunt, ſub honeſto quidem commercii nomine, ſed reuera per vim quantam

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 539 - 545.

maximam poſſunt, dux, qui nobis imperat, propola eſt, ac ſui muneris poteſtatem ad id conuertit, vt inopiae noſtrae quandam veluti mercaturam faciat. Atque haec noſtrae defectionis cauſa cum vera ſit, a ſe ſtantem habet aequitatem. Iam quot commoda ad vos peruentura ſint, ſi Lazorum preces admiſeritis, paucis indicabimus. Primum imperio Perſicō regnum adiicietis antiquiſſimum, et maiorem inde ditionis amplitudinem obtinebitis. Tum per noſtram regionem in partem et communionem venietis Romani maris: vbi ſi naues aedificabis, o rex; facilis tibi ad Byzantinum vsque palatium curſus erit: nullus enim interiectus eſt obex. Huc accedit, quod liberum vobis erit confines barbaros ad Romanum imperium populandum quotannis laxare. ſiquidem ſcitis, ipſis Lazicam, Caucaſiis montibus obiectam, munimenti inſtar fuiſſe hactenus. Quare haud ſani eſſe conſilii credimus, poſtulata repudiare, vbi aequitas ducem, vtilitas comitem ſeſe offert,,.

Hactenus legati.

§. 21.

Quorum oratione oblectatus Choſroës, pollicetur, laturum ſe Lazis opem. Tum ex legatis quaerit, poſſitne cum magnis copiis in Colchidem penetrare? audiſſe ſe multos qui dicerent, difficiles admodum vel expedito viro habere aditus illam regionem, quippe abruptiſſimam ac per longiſſimos tractus denſis opacisque ſiluis veſtitam. Ii vero, facilem omnibus Perſarum copiis fore viam, affirmarunt, ſi eſſent, qui exciderent arbores, atque in praecipitia et confragoſa loca immitterent: ſe duces futuros itineris, et Perſis nauaturos praeuiam illam operam, promiſerunt. Hac ſententia erectus Choſroës magnum exercitum colligit, ornatque expeditionem, tecto Perſis conſilio, praeterquam iis, quos in conſcientiam arcanorum aſciuerat: ac legatis iniungens, ne cui propoſitum aperiant, fingit, ſe Iberiam, componendarum ibi rerum gratia, petere; cum rumorem ſparſiſſet in vulgus, Hunnos illis in oris regnum Perſicum inuaſiſſe.

§. 22.

18 VBI Choſroës et Medorum exercitus, Iberia tranſita legatis ducibus fines Lazicae attigerunt; nemine moram inferente ex-

ciden-

18. PROCOP. de B. P. p. 128-130.

cidentibus arbores, quarum denſitate maxima et proceritate opacabantur locorum illorum praecipitia, et agminibus aditus praecludebatur, in derupta et auia eas proruebant, facilemque ſternebant viam [i]. Iamque in mediam Colchidem, poëticis de Medea et Iaſone commentis celebrem, peruenerant, cum adfuit GVBAZES, Lazorum rex [k], et Choſroëm, Cabadis filium, vti dominum adorauit, ſe et regiam totamque Lazicam ei dedens.

§. 23.

Eſt Petra vrbs maritima Colchidis ad littus Ponti Euxini, quam Iuſtinianus Aug., cum eſſet locus ignobilis, muro omnique apparatu muniit, ac ſplendidiſſime ornauit. Poſtquam, hic Romanum praeſidium cum Ioanne eſſe, audiuit Choſroës, cohortem et ducem Aniabedem [l] eo miſit, vt primo aditu vrbem caperent. Ioannes, eorum aduentu cognito, edixit, ne quis pedem efferret moenibus, nec ſe hoſti e pinnis proderet: milites omnes diſpoſuit ad portas armatos, et ſilentio continere ſe ita iuſſit, vt nec ſonum ederent, nec vocem vllam. Ergo muris admoti Perſae, cum hoſtile nihil cernerent, nihil audirent; Romanorum fuga vacuam relictam vrbem putarunt. Quare propius circumfuſi moenibus, eaque defenſoribus carere rati, ſcalas expediunt. Nullum adhuc neque oculis, neque auribus accipientes hoſtis indicium, de praeſenti rerum ſtatu certiorem faciunt per nuncios Choſroëm. Hic, miſſa copiarum parte maxima, vt muros vndique inuaderent, mandauit: cuidam etiam duci praecepit, portam ariete verberaret. Ipſe in tumulo, qui oppido proxime imminet, ſpectator ſedebat; cum ecce aperta repente porta improuiſi erumpunt Romani, factoque impetu, non paucos, et eos maxime, qui ad arietem collocati fuerant, caedunt: caeteri vix cum duce fuga ſe proripuerunt. Ira inflammatus Choſroës, Abeniamidem [m], quod a Ioanne

i) De hac re Procop. de B. G. p. 601. *Merito quis miretur laborioſam Perſarum induſtriam; qui viam ex Iberia ad Colchos — ita complanarint, vt elephantos etiam, quotquot volunt, ad bellum agant.*

k) Γȣβαζης ὁ Λαζων βασιλευς.

l) Ανιαβεδην. infra Αβενιαμιδης vocatur.

m) Αβενιαμιδην. ita et infra.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 539 - 545.

Ioanne propola ac plane imbelli homine aſtu bellico victus eſſet, ſuffixit cruci. Quidam, non Abeniamidem, ſed illum, qui arietantibus praeerat, ea poena affectum, tradunt.

§. 24.

Tum ſe Choſroës cum omni exercitu mouit, et proxime muros Petrae caſtra metatus, illam circumſedit. Poſtero die circumiens ipſe moenia explorauit, eaque haud adeo valida eſſe coniiciens, oppugnare conſtituit. Tum, accito vniuerſo exercitu, rem aggreditur, et cunctos in muri pinnas mittere ſagittas iubet. Interea Romani propugnatores machinis ac miſſilibus cuiusquemodi vtebantur. Atque initio quidem Perſae, quamuis creberrima tela iacerent, parum tamen Romanos laedebant; cum ab iis ipſi, quippe deſuper appetiti, grauiſſime laederentur. At deinde (nimirum Petra in poteſtatem Choſroïs neceſſario ventura erat) caſu quodam Ioannes, accepta in collo plaga, interiit: vnde caeteris Romanis obrepſit incuria rerum omnium. Iam nox ingruebat: quocirca barbari in caſtra ſe receperunt.

§. 25.

Poſtridie cuniculum ad murum hoc modo moliti ſunt [Perſae]. Vrbs Petra hinc a mari, inde a praeruptis ſcopulis, qui vndique eminent (vnde et nomen ipſi obtigit), inacceſſa, vnum admodum habet in plano aditum, eumque haud ita latum: vtrinque enim ingentes ac praecipites cautes impendent. Qui vrbem condiderunt, vt ne ea parte expugnari poſſent moenia, prouidentes, ab altera earum rupium, quae aditui imminent, muros longos ad alteram duxerunt: quibus in extremis binas turres non vſitato more aedificauerant; ſed hac ratione. Medium aedificii ſpatium non inane reliquerant: verum a ſolo in magnam altitudinem turres grandium ſaxorum compage ſolidas extulerant, vt nec ariete nec vlla alia machina quaſſarentur. Eiusmodi ſtructura erat murorum Petrae.

Perſae autem clam acto cuniculo in turrium alteram penetrarunt, et magna lapidum egeſta vi, eorum loco ligna ſuppoſuerunt, quibus paulo poſt ignem ſubiecere. Breui ſurſum prorumpens flamma dirupit lapidum robur, ac turrim totam concutiens dere-

a. C. 539-545. *Imp.* IVSTINIANO I.

derepente euertit: vix vt Romani, qui in illa erant, paratam fraudem tanto ante ſpatio deprehenderint, quantulum ſatis fuit, vt ruina minime inuoluerentur, et fuga elapſi muris vrbis ſeſe committerent. Iam hoſtibus in plano moenia oppugnantibus facultas erat vrbis capiendae impreſſione leuiſſima. Quo territi Romani, in colloquium venere cum barbaris, et, fide data a Choſroë, ſalua omnium capita ac fortunas fore, ſe vrbemque dediderunt. Ita Petram cepit Choſroës, et repertas Ioannis opes immenſas abſtulit; rebus caeteris cum ipſe, tum Perſae omnes omnino abſtinuere. Quin etiam Romani admiſcuere ſe Medorum copiis, ſua ſecum aſportantes.

§. 26.

AT Choſroës potitus vrbe Petra, ſimul vt ex nunciis didicit, Beliſarium irrupiſſe in Perſidem, editam ad Niſibin pugnam —; conſtituto Petrae praeſidio, cum reliquis copiis ac Romanis captiuis in Perſidem contendit. Atque ita quidem Choſroi proceſſit ipſius altera expeditio. 19

§. 27.

a. C. 545. *)

[QVARTA a Choſroë in Romanos fines expeditione ſuſcepta,] Conſtantianum ac Sergium legatos de pace — ad Choſroem Iuſtinianus Auguſtus miſit. [Qui ad Tigrin fluuium, qui ibi Seleuciam et Cteſiphontem vrbes dirimit] ad congreſſum inducti Choſrois, poſtularunt, vt, quae in Lazica occupauerat, Romanis reſtitueret, ac pacem cum ipſis ſanctiſſime firmaret. 20

CAP. III.

19. PROCOPIVS de B. P. p. 135.
20. Id. ibid. p. 159.
*) Theophanes p. 185. quartam Choſrois expeditionem ad a. XIV. imperii Iuſtiniani refert, Procopius vero de B. P. p. 160. inducias quinquennales Perſas inter et Romanos, de quibus hic ſermo eſt, a. XIX. imperii Iuſtiniani conueniſſe ait, Theophanes p. 185. haec habet: *Anno Mundi 6032, a. C. 532. a. 13. imperii Iuſtinianus — Bulgarorum captiuos in Armeniam et Lazicen miſit, et in militares numeros retulit.* Cfr. *Tom. II. P. II. Bulgarica §. 7.*

Imp: IVSTINIANO I.

CAPVT III.

Choſrois de Lazis alio deportandis et Perſarum colonia in Lazicam deducenda, ac rege tollendo conſilium; Lazorum ad Romanos defectio; Petra ab his fruſtra oppugnata; Perſarum clades, diſceſſus; ab a. C. 545-549.

§. 28.

a. C. 545 - 549.

21 Hoc erant loco res Saracenicae [Arethas, puta, alterum eorum principem bello ſuperarat] * * * * a) cum vellet Perſarum colonias in ea regione imponere, exactis omnibus indigenis: hos viros b) vtriusque illius conſilii adminiſtros legit. Et vero ſi Colchidem, quam ditioni ſuae adiecerat, firme poſſideret, lucrum inſperatum ac luculentum ipſi eſſe videbatur; id regno Perſico in multas partes fore commodum reputanti. Nam in poſterum ſub manu futuram Iberiam videbat; quando non haberent amplius Iberes, ad quos ſalui transfugerent c). — Addebat his

21. PROCOPIVS de B. P. p. 160, 161. vbi cum induciarum inter Perſas et Romanos pactarum a. XIX. imp. Iuſtiniani meminiſſet, pergit. *Haud multo poſt Arethas et Alamundarus, Saracenorum principes, bellum geſſerunt inter ſe* cet. Et his demum breuiter enarratis, noſtra ſubiungit.

a) Nicol. Alemannus in Lect. Var. p. 186. „Hic deſiit ſupplementum Codicis Vatic. lacunae [quae in Auguſtana editione a p. 156. media inde vsque ad mediam p. 160. fuerat] partem relinquens.„

b) τω ἀνδρέ τȣτω.

c) Cfr. *Iberica.* §. 15.

his, regnum Perſicum ab infeſtis incurſibus Hunnorum, qui Lazicam accolunt, tutum fore, eosque ſe, quando luberet, in Romanum imperium facilius immiſſurum; cum Lazica propugnaculum ſit aduerſus barbaros degentes in Caucaſo. Et, quod caput erat, Lazicae poſſeſſionem ad hoc Perſis opportuniſſimam futuram ſperabat, vt inde erumpentes, et in prouincias, quibus Pontus Euxinus praetexitur, nullo negotio excurrentes terra ac mari, Cappadocas, hisque contiguos Galatas ac Bithynos ſubigerent, atque impetu ſubito Byzantium caperent, nemine prohibente.

His de cauſis Choſroës Lazicam quidem ſub ditionem ſuam cupiebat ſubiungere: at fidere Lazis neutiquam poterat; vt qui, ab exceſſu Romanorum e Lazica, Perſarum dominatum moleſtiſſime ferrent. Nam, ſi qua gens alia, Perſae maxime cultu ſimplici aſperrimoque victu ſe ſuſtinent. Ii ſunt ipſorum mores, vt ad illos accedere, ea ſcita, vt illa tolerare nemo queat d). Apud Lazos inprimis differentia religionis ac vitae communis notabilius apparet; quoniam Lazi Chriſtiana inſtituta obſeruant omnium maxime; Perſae contrarium diuinitatis cultum ſectantur. Huc accedit, quod ſal in Lazica nusquam fit: immo nec triticum, nec vinum, neque vllae fruges proueniunt: ſed omnia a Romanis, qui oras maritimas obtinent, nauibus importata Lazi accipiunt, non pecunia illis repenſa, quibuscum contrahunt, ſed pellium, ſeruorum, et ſi cuius praeterea rei eſt ipſis affatim, permutatione facta. Quo, vt conſentaneum erat, excluſi commercio, ex dolore fremebant. Re Choſroës intellecta, nouis contra ſe conſiliis occurrere ſatagebat. Id vero ſecum agitanti optimum factu viſum eſt, ſublato quamprimum e medio Gubaze Lazorum rege, vniuerſam gentem transferre, et Perſarum aliarumque nationum coloniis regionem illam occupare.

d) καὶ τα ἐπιταγματα οὐδαμη ἀνεκτα.

e) προτερησαι ξυν τῳ ἀσφαλει, πριν τι ἐς αυτον νεωτεριζειν, ἐν σπουδῃ εἶχε.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 545 - 549.

§. 29.

22 IN Lazicam Choſroës ante omnia vim magnam materiae nauibus aedificandis idoneae conuectari iuſſit, vero conſilio, quod nemini aperuit, iſtud praetexens, eam ſe ad murales machinas Petrae conficiendas mittere. Deinde Perſarum, bello praeſtantium, ad trecentos delectu habito, illos, duce Phabrizo, — eodem deſtinat; cum huic mandaſſet, vt occultiſſime Gubazem e medio tolleret: ſibi caetera curae fore. In Lazicam deportata materies repentino ictu fulminis deflagrauit, atque in cinerem redacta eſt. Quo poſtquam Phabrizus cum trecentis peruenit, operam dedit, vt quae in Gubazem habebat a Choſroë mandata conficeret.

Barſanſes f), nobilis Colchus, Gubazem cum offendiſſet, in eius odium incurrerat, conſpectumque verebatur. Quo cognito, Phabrizus Barſanſi accito conſilium impertit, ex eoque aggrediendi facinoris rationem quaerit. Re in commune conſulta, in eam ſententiam itum eſt, vti Gubazem accerſeret Phabrizus Petram g), quaſi communicare cum eo vellet, quae rex Choſroës e re Lazorum eſſe iudicaret. Sed paratum dolum Barſanſes Gubazi clam indicauit. Quare Phabrizum adeo non conuenit Gubazes, vt aperte ad defectionem ſpectare coeperit.

Phabrizus caeteris Perſis praecepit, vt Petram diligentius cuſtodirent, ſeque ad obſidionem ferendam tutiſſime accingerent, re infecta cum trecentis remigrauit.

§. 30.

Gubazes, quem in locum ſuae res veniſſent, Iuſtiniano Auguſto ſignificauit, et ab eo veniam in praeteritum, validamque opem in praeſens petiuit Lazis, Medorum iugum excutere peroptantibus: quod pares per ſe ſoli non forent Perſicis viribus repellendis.

Hoc

22. PROCOP. de B. P. p. 163-166.

f) Βαρσάνσης.

g) Φαβριζον μεν ἐν Πετρᾳ τῃ πολει γενεσθαι, μεταπεμψασθαι δε Γεβαζην ἐνταυθα.

Hoc laetus nuncio Iuſtinianus Aug. Romanorum ſeptem millia, Dagiſthaeo duce, cum Tzanis mille ſuppetias Lazis afferre iubet. Hi caſtris ad Petrae moenia cum Lazis et Gubaze coniunctis obſidionem aggreſſi ſunt: quae diuturna admodum fuit, Perſico praeſidio e muris vrbem fortiſſime defenſante, vberique annona inſtructa. Quarum rerum nuncio turbatus Choſroës, eo magnas equitum peditumque copias miſit, duce illis praefecto Mermeroë. Quod vbi intellexit Gubazes, communicato cum Dagiſthaeo conſilio, 'ita, vt mox dicam, ſe geſſit [h].

§. 31.

Apud Armenios, Pharangii accolas, proxime Tzanicae fines, oritur fluuius Boas: qui dextra longiſſime procurrit a fonte modicus, et cuiuis facile ſuperabilis ad id loci, vbi ad dextram quidem eſt Iberiae limes; e regione vero extremus Caucaſus [i]. — Eo progreſſus hic fluuius, vbi et Caucaſus et Iberia terminantur, confluentium aquarum vi multum increſcit, et mutato Boae cum Phaſidis nomine, curſum proſequitur, nauigiorum patiens ad Pontum vsque Euxinum, in quem ſeſe exonerat [k]. Hic ab vtraque ripa eſt Lazica. Ac dextra quidem regionem totam, quam longiſſime ad Iberiae fines porrigitur, indigenae tenent. Ibi enim 'cis flumen [k] ſiti ſunt omnes Lazorum vici et antiqua oppida: inter quae eſt vrbs munitiſſima Archaeopolis. Hic etiam Sebaſtopolis, hic Pitiuntis caſtellum; Scanda autem et Sarapanis ad Iberiae confinia: omnium nobiliſſimae vrbes Rhodopolis ac Mochoreſis. Ab amnis laeua ad Lazicae limitem non eſt plus itineris, quam quod vno die viator expeditus conficiat. 'Plagam hanc cultu vacantem [l]) Romani Pontici

h) ἐποιει ταδε.

i) Quae hic ſequuntur: *Ibi cum aliae gentes* cet. vide in *Zicchicis* §. 1.

k) Procop. de Bell. Perſ. p. 176. — *in Aſiae parte obeunda a Chalcedone ad fl. Phaſin, qui in Pontum e Colchide defluit, quadraginta dies exiguntur.* Cfr. Id. de B. G. p. 577.

k) τȣ ποταμȣ ἐντος.

l) ἐρημον δε ξυμβαινει ἀνθρωπων την χωραν εἰναι.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 545 - 549.

accolunt. In huius autem Lazicae deſertae m) finibus aetate noſtra, Iuſtinianus Aug. vrbem Petram condidit: vbi Ioannes, cognomine Tzibus, inſtituto, vt ſupra dixi, monopolio, Lazis cauſſam praebuit defectionis. Ab vrbe Petra ad Auſtrum pergenti occurrunt ſtatim Romani imperii fines. Hic ſunt incolis frequentia loca Rhizaeum, Athenae [4] et alia quaedam vsque Trapezuntem n).

Porro Lazi, quando duxerunt Choſroëm, tranſito Boa flumine Petram iuerunt, habentes a dextra Phaſin: quo facto fingebant, ſe prouidere, ne multum temporis atque operae in traiectu Phaſidis ponere cogerentur: verum autem conſilium erat, ne ſedes resque ſuas Perſis monſtrarent. Quamquam vbique, qua eis, qua trans fluuium Phaſin confragoſa eſt Lazica. Vtrinque enim ita horrent immanes ſcopuli, vt ibi anguſtias longis anfractibus impeditas efficiant: cuiusmodi vias Romani, qui Graecam affectant linguam, cliſuras vocant. At quoniam incuſtodita tum erat Lazica, facile Perſae, Lazorum ductu, Petram attigerunt.

§. 32.

Iam vero Gubazes, vbi de Perſarum aduentu cognouit, Dagiſthaeo praeſcripſit, vt e ſuis mitteret, qui fauces, quae trans Phaſin ſunt, validiſſime tuerentur, nec tamen abſiſteret obſidione, donec Petram eiusque praeſidium Perſicum expugnaſſet. Ipſe cum omnibus Colchorum copiis extremam Lazicae oram petiit, vt in cuſtodiam anguſtiarum pro virili parte incumberet. Idem paulo ante Alanos et Sabiros in belli ſocietatem induxerat. Hi, pacta mercede ter centum pondo auri, ſpoponderant, ſe non modo Colchidem ab hoſtili iniuria tutam ſeruaturos cum Lazis, ſed Iberiam etiam ita nudaturos incolis, vt nunquam in poſterum inde Perſae poſſent erumpere. Eam ſummam Gubazes ipſis ab imperatore promiſerat. Quare Iuſtinianum Aug. de pacto monitum rogauit, vt barbaris pecuniam mitteret, Lazisque attritis leuamenti aliquid impertiret. Sibi quoque de aerario ſoluenda annorum decem ſtipendia deberi dixit: quoniam, cum eſſet adſcri-

m) ἔνθα δὴ ἄνθρωποι οὐδαμῆ ᾤκηνται.

n) ἄλλα τε ἄττα Τραπεζουντίων.

ſcriptus in ſilentiariorum palatii numerum, nihil inde ad ſe rediiſſet, ex quo veniſſet in Colchidem Choſroës o). Poſtulatui quidem ſatisfacere, habebat in animo Iuſtinianus Aug.; ſed, quodam intercurrente negotio, pecuniam tempori non miſit.

Ita quidem ſe geſſit Gubazes.

§. 33.

Dagiſthaeus vero, vt adoleſcens erat belloque impar adminiſtrando Perſico, rem ex vſu praeſenti gerere neſciebat. Enimuero cum montium fauces maxima copiarum parte inſidere, quin ipſe etiam forte adeſſe praeſens debuiſſet, quaſi nihil niſi operis appendiculam tractaret p), centum ſolummodo milites eo deſtinauit: ipſe omnem exercitum Petrae obſidendae adhibens, quamuis exiguus eſſet hoſtium numerus, operam luſit. Initio quidem pauciores non erant quinque millibus; ſed a Romanis Laziſque oppugnatione diutina impetiti, ac virtutem edentes, quantam omnium, quos equidem nouimus, nemo oſtendit; multis caeſis, ad paucos oppido redacti fuerant. Hinc orta deſperatione, conſilii inopia nihil mouebant.

Romani anguſto in loco q) cuniculum egerunt ad murum, qui, vbi ſuffoſſus fuerat, ſtatim corruit. At domus, quae intus erat ſub moenibus, toti penitus ruinae ſubtenta, ac muri vicem obſeſſis praeſtans, eos nihilo minus tutabatur r). Quod Romanos adeo non turbauit, vt ſpe meliori compleuerit, probe ſcientes, ſi id ipſum alibi molirentur, ſe facillime capturos vrbem. Quapropter Dagiſthaeus, quo rem deduxiſſet, imperatori ſignificauit, ac, ſibi vt victoriae praemium pararetur, popoſcit, auſus ſcilicet indicare, quibus ſe fratremque ſuum ornari ab Auguſto muneribus aequum eſſet, Petram propediem recepturos. Caete-

rum,

o) A Petra itaque a Perſis capta [vide ſupra §. 25.] vsque ad eam a Romanis Dagiſthaeo duce oppugnatam decem anni elapſi eſſe videntur.

p) ὥσπερ τι πάρεργον διαχειρίζων.

q) ἐν χώρῳ ὀλίγῳ.

r) ἀλλὰ ξυνέβη τοῦτο δὴ τοῦ χώρου ἐντὸς οἴκημα εἶναι, οὐδὲν τοῦ περιβόλου διεστηκὸς, ὃ δὴ ἐξικνεῖτο ἐς τὸ πλάτος ἐφεξῆς ὅλον.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 545-549.

rum Perſae validas Romanorum Tzanorumque impreſſiones praeter opinionem ſuſtinebant, quamuis perquam pauci reſtarent.

Videntes Romani, fruſtra a ſe verberari moenia, denuo ſe ad cuniculos conuertunt. Quod opus eo promouerunt, vt non ſolo inſiderent fundamenta muri; ſed pars eorum magna ſuper inani ſtaret, iamiam, vt vero proximum videbatur, caſura. Ac ſi Dagiſthaeus ignem ſtatim ſubiicere voluiſſet: momento vrbs, mea quidem ſententia, in Romanorum poteſtatem veniſſet. Nunc autem auide, quid ſpei ſibi ab Auguſto offerretur, exſpectans, diemque ex die ducens, ac terens tempus, ceſſabat.

Haec in caſtris Romanorum.

§. 34.

23 At Mermeroës, Iberiae fines transgreſſus, porro cum exercitu vniuerſo pergebat, fluuium Phaſin a dextra habens. Nolebat enim per eas partes, quas Lazi incolunt, iter facere, ne quem obicem ibi offenderet, Petram ac praeſidium Perſicum ſeruare maturans. Iam certe pars muri, qui, vt dixi, in inani pendebat, repentina ruina erat collapſa, deque Romano exercitu viri quinquaginta, vltroneo impetu vrbem ingreſſi, Iuſtinianum Aug. victorem egregium proclamauerant, duce Armenio quodam adoleſcente, Thomae filio, cui nomen Ioanni, cognomen Guzi. Thomas is eſt, qui imperatoris iuſſu multis Lazicam munitionibus cinxit, et militibus ibi poſitis praefuit, vir habitus ab eo prudens. Ioannes a Perſis manum conferentibus ſauciatus, cum ſuis illico ſe recepit in caſtra; quoniam nemo vnus omnium e Romanorum exercitu ſuccurrebat. Praeſidio Petrae praefectus, Mirrhanes nomine, natione Perſa, vrbi timens, cum Perſas omnes in cuſtodiam diligentiſſime intendere iuſſiſſet, Dagiſthaeum adiit s), et adulatoria fraudulentaque oratione illi palpum obtruſit, breui ſe vrbem facile dediturum, pollicitans. Itaque effecit, vt ne ſubinde vrbem Romanus miles ingrederetur.

§. 35.

44. PROCOP. de B. P. p. 166-170.

s) ἀυτος δε παρα Δαγισθαιον ςαλεις.

§. 35.

Vbi vero Mermeroës ad montis fauces peruenit, occurrunt centeni illi cuſtodes Romani, ac repugnando fortiter, aditum tentantes prohibent. Pedem Perſae nusquam referunt; ſed cadentibus alii continuo atque alii ſuccedentes, totisque aditum viribus perrumpentes procedunt. Peremtis plus mille Perſis, fatiſcunt edenda caede Romani: tum a confluente multitudine per vim exacti, ſubducunt ſeſe, et, curſu verticibus montium occupatis, incolumes euadunt.

Quae ſimulac Dagiſthaeus accepit, nihil edicens exercitui, ſoluit obſidionem, et ad fluuium Phaſin contendit. Eum Romani omnes ſecuti ſunt, non ſumto ſpatio ad conuaſandum. Rem Perſae contemplati, portas pandunt, effuſique accedunt ad hoſtium tabernacula, vt caſtra diripiant. Accurrunt eo Tzani (neque enim Dagiſthaeum ſecuti fuerant) ac, facile verſis in fugam hoſtibus, non paucos occidunt. Fugientes Perſae committunt ſe vrbi. Tzani vero, Romana caſtra depraedati, recta Rhizaeum, hinc petierunt Athenas: vnde per Trapezuntios domum redierunt.

§. 36.

Tandem die nono a Dagiſthaei diſceſſu Mermeroës cum Medorum exercitu Petram attigit. Vbi e praeſidiariis Perſis reſiduos reperit graues vulneribus et cauſarios trecentos et quinquaginta, integros centum et quinquaginta ſolum; caeteri fato ceſſerant: quorum cadauera ſocii ſuperſtites non proiecerant extra moenia; ſed, ne hoſtem ad obſidionem vrgendam accenderent maxima ſuorum prodita clade, teterrimum odorem, quo perſocabantur, incredibili conſtantia pertulerant. Tum Romanos ridens Mermeroës, lugendam eſſe dixit ac deplorandam eorum rempublicam, quorum tanta eſſet infirmitas, vt Perſas omnino centum et quinquaginta, eosque moenibus ſpoliatos, nullo expugnare pacto valuiſſent. Ac muri ruinas omnes inſtaurare contendens, quoniam nec calx in praeſenti, nec quicquam aliud aedificationi idoneum ſuppeditabat, hoc inuento vſus eſt. Saccos li-

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 545–549.

neos, quibus Perſae cibaria in Colchidem comportauerant, ſabulo refertos, vbi facta labes erat, vice lapidum ita poſuit, vt ibi congeſti pro muro exſtiterint. Delectu habito, bellicoſiorum militum tria millia in vrbe reliquit cum breui anguſtaque annona, atque exſtruendis moenibus operam nauare ſedulam iuſſit: ipſe cum caeteris omnibus copiis retro diſceſſit.

Et quoniam, ſi eadem via reuerteretur, defuturi erant commeatus, quippe reliquerat Petrae quidquid rei cibariae exercitus attulerat, ex Iberia, iter aliud per montes, quos hominum domiciliis nitere audierat t), tenere conſtituit, vt populationibus victum ſibi parare poſſent. Qua in profectione *Phubelius* v), nobilis Lazus, Perſis, quietis cauſa ſubſidentibus, tetendit inſidias, Dagiſthaeum cum Romanis bis mille ducens. Hi, turma Perſarum, qui equos paſcebant, curſim ferro conciſa, et abreptis equis, continuo ſe receperunt. Inde Mermeroës cum exercitu Medorum abſceſſit.

§. 37.

Gubazes vero, audita Romanorum ad Petram et montis anguſtias vice, ne ob id quidem concidit animo, nec faucium, quas occupauerat, abiecit cuſtodiam, in hac ſummam ducens eſſe poſitam ſpei ſuae. Nam id probe tenebat, quamuis contingeret, vt praeualentes Perſae fauces tranſirent, deiectis per vim Romanis, et Petram attingerent; detrimenti inde nihil accepturam Lazicam, propterea quod illi Phaſin traiicere non poſſent, maxime cum cymbis carerent. Hic enim fluuius tam altus, quam qui maxime, latiſſime etiam patet, adeo rapidus, vt, poſtquam erupit in mare, diſcretus atque integer longiſſime procurrat, et hac nauigantibus aquam dulcem praebeat in medio pelago. Porro in ora Lazis citima amnem paſſim praetexunt munitiones, eo exſtructae, vt vel nauibus traiiciens hoſtis exſcenſu prohibeatur.

§. 38.

Tum temporis Iuſtinianus Aug. pactam Sabiris pecuniam et congiaria Gubazi Laziſque miſit. Nec ita pridem in Lazicam alterum

t) ἵνα δὴ ἀνθρώπους οἰκεῖν ἔμαθεν.

v) Φουβέλιος.

a. C. 545 - 549.

Imp. IVSTINIANO I.

agrum deſtinarat exercitum haud contemnendum, qui nondum eo peruenerat. Illi praeerat Rhecithangus, natione Thrax, vir prudentia ac bellica virtute egregius. Atque haec ita quidem habebant.

§. 39.

Mermeroës autem, poſtquam, vt dixi, ad montes euaſit, conuectis inde commeatibus Petram affatim inſtruere enitebatur. Neque enim ter mille praeſidiariis ſuffectura cibaria, quae ſecum ipſi detulerant, exiſtimabat. Sed, quoniam, quicquid occurrebat, vix ſatis erat alendo exercitui, qui non minus triginta conſtabat virorum millibus, eamque ob cauſam nihil, quod alicuius eſſet momenti, Petram mitti poterat; cogitanti ſecum viſum eſt ſatius eſſe, maiorem copiarum partem e Colchide demigrare, ac reſtare paucos, qui quam nacti eſſent annonam haud maligne cum Petrae praeſidio partirentur x). Itaque militum delecta quinque millia ibi reliquit, quibus, praeter tres alios duces, Phabrizum y) praepoſuit, ſupernacuum ratus, plures relinquere, cum hoſtes nusquam adeſſent. Ipſe cum reliquo exercitu vbi venit in Perſarmeniam, ſtatiua circa Dubios habuit.

§. 40.

Illa demum quina Perſarum millia cum ad extremam Lazicam acceſſiſſent, caſtris prope Phaſin poſitis, manipulatim circumcurſando, praedam faciebant. Gubazes, re intellecta, Dagiſthaeo mandat, vt ſuppetias eo veniat propere, oblata iam facultate peſſime accipiendi hoſtis. Ille dicto audiens, Romanas omnes copias promouit, qua parte Phaſis ad laeuam erat: donec locum attigit, cui reſpondebant Lazorum caſtra, in aduerſa ripa fluminis collocata. Ibi Phaſis vadum habebat: quod Romani iuxta ac Perſae locorum inſcii minime ſuſpicabantur. At horum periti apprime Lazi, fluuio confeſtim tranſito, ſe Romanis admiſcent.

 Perſae,

x) οἱ δη ἐμελλον των ἐπιτηδειων, οἱς ἀν εὐτυχοιεν, πολλα μεν ἐς το ἐν Πετρᾳ φυλακτηριον ἐσκομιζεϑαι, τοις δε ἀλλοις ἀυτοι διαρκως χρησϑαι.

y) Φαυριζον, in marg. Φαβριζον, vt ſupra §. 29.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 545 - 549.

Perſae, ne quis ad caſtra nocturnus ſubiret, lectiſſimos mille emiſerant: quo ex numero bini, qui praeuii exploratum ibant, in hoſtes nec opinato delapſi rem omnem indicarunt. Tum Romanis Laziſque in illos Perſas mille derepente inuectis, effugere nemo potuit; ſed, pleriſque caeſis, nonnullos Gubazes et Dagiſthaeus cepere viuos, e quibus de Medorum in exercitu numero, de viae longitudine, de rerum apud illos ſtatu facti ſunt certiores.

§. 41.

Ergo mouent [Romani ac Lazi] et cum exercitu vniuerſo in hoſtes tendunt, viam ita cum tempore commetientes, vt eos multa adhuc nocte inuaderent. Porro quatuordecim millia numero erant. Interea Perſae longiori ſomno indulgebant, nihil hoſtile ſuſpicantes. Nam et inſuperabilem eſſe fluuii tranſitum et commilitones ſuos mille, nemine obuiam facto, longiſſime proceſſiſſe putabant. Eos itaque ſummo mane Romani cum Lazis adorti de improuiſo, alios dormientes adhuc, alios modo quidem expergefactos, ſed nudos etiamnum iacentes in ſtratis offendunt. Quapropter nemine ad vim exercendam ſpectante, deprehenſi plurimi conciderunt: quidam, atque in his vnus e ducibus, venerunt viui in manus hoſtium: pauci beneficio tenebrarum incolumes elapſi ſunt. Caſtra Romani Lazique obtinent: et ſignis omnibus, armorum ac pecuniae magna vi, equorum mulorumque ingenti numero potiuntur. Dein longiſſime inſecuti fugaces, in Iberiam procul penetrarunt: vbi cum in alios quosdam Perſas incidiſſent, multos interemerunt. Ita demum Perſae e Lazica exceſſere.

Romani vero et Lazi cum caetera cibaria, tum copiam farinae maximam nacti, igni omnia corrupere, quae ex Iberia barbari conuectauerant, vt ea Petram inferrent. Quo ne amplius a Perſis commeatus importari poſſent, validum Lazorum praeſidium montis faucibus impoſuerunt: ipſi cum omni praeda et captiuis remigrarunt, *anno induciarum, quas Romani cum Perſis pepigerant, quarto exeunte; imperii tertium ac viceſimum agente Iuſtiniano Auguſto.*

CAP. IV.

Imp. IVSTINIANO I.

CAPVT IV.

Geographia Lazicae uberior, Perſarum in Lazicam Choriane duce ſuſcepta expeditio, parum felix; a. C. 550.

§. 42.

a. C. 550.

Libris — ſuperioribus a) traduntur acta ad annum quartum induciarum quinquennalium b), quas cum Perſis Romani pepigerant. Anno autem proxime conſecuto ingens Perſarum exercitus, Choriane duce, et ipſo Perſa, viro rei militaris peritiſſimo, irrupit in Colchidem cum Alanorum barbarorum, ſociam praebentium operam, magno numero. Hic exercitus cum in Lazicae regionem, quae Muchiriſis dicitur, perueniſſet, loco idoneo ſtatiua poſuit. Tractum illum Hippis alluit, amnis modicus, nec patiens nauium; ſed peditibus iuxta atque equitibus vadoſus: ad cuius dextram caſtra locarunt procul a ripa. 24

§. 43.

Verum, vt Lazicam gentesque omnes circumpoſitas lectores nouerint, nec de rebus ſibi obſcuris, pugnantibus cum umbra ſimiles, cogantur diſſerere, non alienam eſſe iudico deſcriptionem, qua ſitus gentium, quae ad Pontum Euxinum habitant, ſubiiciam oculis;

24. PROCOPIVS de Bello Goth. p. 966.

a) De bello Perſic. vide ibi p. 173.

b) Annum XXIII. imperii Iuſtiniani I. vid. §. 41. not.

Imp. IVSTINIANO I. — a. C. 550.

oculis; haud ignarus, prodita quidem haec ab antiquioribus fuiſſe; at non omnia, vt equidem ſentio, accurate tractarunt: cum eorum nonnulli Sanos, quos Tzanos vocamus hodie c), Lazis conterminos, vel eosdem cum Colchis eſſe dixerint; ita vt Lazorum appellatione donarint alios, qui iam etiam ea gaudent. At vtrumque falſum. Etenim Tzani a littore maris remotiſſimi et Armeniorum accolae mediterranei ſunt d). — Nec fieri poteſt, vt a Colchis Lazi diuerſi ſint: quandoquidem ad Phaſin fluuium ſedes habent, vno Colchorum vocabulo, quod et multis aliis nationibus accidit, cum Lazorum nomine iam mutato. Praeterea longinquitas temporis, ab eorum aetate elapſi, qui de illis ſcripſerunt, rerum nouitatem pro more iuuans, ex conſtitutis olim non pauca mouit, qua migrationibus gentium, qua principum nominumque ſucceſſionibus. —

25 Pontus [Euxinus], ſumto a Byzantio Chalcedoneque initio, ad Colchidem deſinit. — Rhizaeum a Trapezunte iter eſt bidui, ſecundum littus maris, Lazicam verſus. — [Ad Trapezuntini agri] dexteram eminent omnes Tzanicae montes, quos Armenia Romanis ſubdita excipit. Ex his montibus Tzanicis delabitur amnis Boas, perque frequentia nemora ac regionem tumuloſam errans, proxime Lazicam fertur, et in Pontum Euxinum influit, amiſſo Boae nomine, quo exuitur vicinus mari, aliudque vocabulum ex euentu conſequenti ſortitur. Illum enim deinceps indigenae *Acampſin* (hoc eſt, *carentem flexu*) ideo vocant; quia, vbi in mare deuolutus eſt, flecti nequit. Quippe eo impetu tamque violento agmine ſeſe exonerat, fluctus turbulentiſſimos porro agens, vt longiſſimo in mare procurſu traiectum ibi abrumpat. Quare qui in ea Ponti ora nauigant, ſiue recta petentes Lazicam, ſiue inde profecti, transmiſſu prohibentur: neque enim eiicientem ſe fluuium poſſunt flectere: ſed longo per pelagus illud ad medium fere Pontum circuitu, vltra fluminis oſtia prouehuntur. Hactenus de Boa fluuio.

Rhi-

c) Cfr. *Tzanica* §. 6. et ibi not. v.

d) Hic omiſſa vide in *Tzanicis* l. c.

25. Id. ibid. p. 567. 569.

a. C. 550.

Imp. IVSTINIANO I.

Rhizaeo ſubiuncti ſunt fines gentis, Romanos inter ac Lazos interiectae. Hic Athenae vicus eſt, ita dictus — [a domina quondam eius] nomine Athenaea, cuius ſepulcrum etiamnum ibidem exſtat. Poſt Athenas incolitur Archabis *e*) et vrbs antiqua Abſarus *f*), quae tridui fere Rhizaeo diſtat. Eam Abſyrtum *g*) dixere veteres — [ob] illic Medeae et Iaſonis fraude Abſyrtum interemtum. — Eos igitur merito miretur quiſpiam, qui, Colchos Trapezuntiis confines eſſe, aſſeuerant. Nam ſi ita ſe res haberet, Iaſon rapto cum Medea vellere, non in Graeciam patriamque fugiſſe, ſed ad Phaſin et penitus repoſitos barbaros rediiſſe videretur. Memoriae proditum eſt, Romana illic praeſidia ſub Traiano Aug. ad Lazos vsque et Sagidas ſtatiua habuiſſe. Iam huius regionis incolae nec Romano imperatori, nec regi Lazorum parent; ſolummodo, cum Chriſtiani ſint, ſacerdotes accipiunt a Lazorum epiſcopis. vtrisque iuncti foedere et amicitia, vltro citroque commeantium deductores fore ſe, promiſerunt: quod illos hac etiam aetate praeſtare conſtat. Miſſos enim ab altero principe ad alterum internuncios ſuis ipſi ſcaphis deuehunt deducuntque, neutri ad hanc diem vectigales. A parte eorum dextera montes admodum praerupti pendent, ac longe porrigitur ſolitudo, vltra quam habitant Perſarmenii, et, qui ditioni Romanae ſubſunt, Armenii, ad fines vsque Iberiae.

Ab vrbe Abſarunte ad vrbem Petram et Lazorum fines, vbi Pontus Euxinus deſinit, diei iter vnius eſt. Nactus ibi terminum Pontus, ſic oram ſinuat, vt curui huius littoris traiectus quingenta et quinquaginta pateat ſtadia. Huic praetenta plaga omnis eſt ac dicitur Lazica. Interiores ſunt Scymnia atque Suania, itaque a Lazorum dominatu pendent, vt incolae principibus quibusdam popularibus ſuis pareant. Vbi principum horum aliquis diem ſupremum obiit, Lazorum rex alterum ſubrogare et ipſis praeficere conſueuit.

Hinc

e) Ἀρχαβις.
f) Ἀψαρὰς.
g) Ἄψυρτον.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 550.

Hinc a latere, proxime Iberiam, Meſchi — in montibus habitant *b)* —. Inter hos montes meat fluuius Phaſis, natus e Caucaſo, ſeque in Pontum euoluit, lunatum eius littus medium ſecans. Vnde fluxit eorum opinio, qui illo continentem vtramque diuidunt, et partes quidem a laeua amnis poſitas Aſiam, eas vero, quae ſunt a dextera, Europam vocant. In parte, quae Europae attribuitur, habent Lazi ſua omnia domicilia, in altera nec oppidum vllum, nec praeſidium, nec vicus vllus eſt alicuius momenti; hic ſolum Petram Romani antea aedificauerant. In hac parte Lazicae, ſi indigenas audimus, vellus illud aſſeruabatur, cuius gratia conſtructam Argo fabulantur poëtae. At illi, meo quidem iudicio, falluntur. Neque enim Aeetem, credo, latuiſſet Iaſonis fuga, inde vellus cum Medea auferentis, niſi fluuius Phaſis regiam ac caeteras Colchorum domos, vbi id vellus erat repoſitum, ſecluſiſſet: quod et poëtae, qui haec deſcripſerunt, indicant. Profluens ita Phaſis, vt declaraui, in extremum Pontum Euxinum irrumpit.

In parte demum Aſiae, vbi littus in cornua lunae curuari incipit, ſita erat vrbs Petra: littus, quod e regione eſt in parte Europae, obtinent Apſilii, ſub Lazorum dominatu a multo iam tempore Chriſtiani, quemadmodum aliae nationes omnes, quarum modo mentionem feci. —

26 Trans Apſilios alterumque lunati receſſus caput oram habent maritimam Abaſgi, adusque Caucaſum pertinentes. Olim Lazorum ditione comprehendebantur, ſub geminis principibus popularibus ſuis *i)*. —

27 Ponti Euxini littus Zecchi inſederunt *k)*. — Ipſis vlterior eſt Sagidarum regio: cuius partem maritimam occuparant olim Romani, exſtructisque in littore caſtris geminis, Sebaſtopoli et Pytiunte, bidui procul diſſitis inuicem, ibi militare praeſidium ab initio conſtituerunt. — Quando Choſroës, Perſarum rex, a Lazis Petram deductus eſt, contendit eo mittere copias Perſicas, quae

h) Hic omiſſa vide in *Meſchicis.* §. 2.

26. Id. ibid. p. 571.

i) Reliqua vide in *Abaſgicis* §. 2, 3.

27. Id. ibid. p. 572.

k) Cfr. *Zicchica* §. 1.

quae caſtra caperent, et ſtationariis munirent. [At Romanis ante eorum aduentum diſcedentibus] Perſae — re infecta inde Petram reuerſi ſunt.

[Nonnulli] negant, deſignari facile poſſe, vnde Tanais vtramque continentem dirimere incipiat: ſi quis autem ſit amnis, cui conueniat eiusmodi munus diſcernendi partes orbis terrarum, eum certe eſſe Phaſin; cum e regione freti Gaditani labens, continentes interfluat. Quippe fretum, quod ex oceano prorumpit, et mare iſtud infundit, hinc inde continentibus his ambitur, et Phaſis prono ad extremum Pontum Euxinum curſu, exonerat ſe per medium littus, quod in lunae cornua ſinuatur, ita vt mari factam terrae diuiſionem manifeſte ille excipiat ac proſequatur. — Itaque Herodotus Halicarnaſſenſis in libro IV. Hiſtoriarum — [dicit] 'Aſiam Europamque Phaſi, amne Colchidis ſeparari [l]. Cum autem ſciret, quosdam hoc ipſum opinari de Tanai, ſententiam eorum ſubiecit. — Aeſchylus quoque Tragicus in Promethei ſoluti ipſo ſtatim exordio fluuium Phaſin Aſiae et Europae terminum vocat. - [Eorum demum ſententiam, a palude Maeotide oriri Pontum Euxinum, alii] refellentes, demonſtrant, mare, quod vnum eſt, totumque ab oceano infunditur, ad Lazicam vsque euadere, neque alibi poſtremum habere limitem, niſi quis forte, inquiunt, ex nominum diſſimilitudine diuerſitatem rerum arguat: quod nempe mare hinc deinceps Pontus vocetur. — 28 29

Tota demum Lazicae ora mare a progreſſu arcet, ipſius curſum reprimens, efficitque, vt ibi primum ac ſolum ſiſtat, a ſummo vtique rerum opifice illic poſitis ipſi finibus. — 30

§. 44.

Cuius rei cauſa Lazicam Choſroës in ditionem ſuam ſubiungere contenderit, iam ſupra dixi [m]: quid vero illum Perſasque 31

28. Id. ibid. p. 578.

l) την δε δη Ἀσιαν τε και Ευρωπην διοριζεσθαι τον Κολχον Φασιν.

29. Id. ibid. p. 579.

30. Id. ibid. p. 580.

31. PROCOPIVS de B. G. p. 584.

m) Vid. ſupra §. 28.

Imp. IVSTINIANO I. — a. C. 550.

que ad id mouerit, hic declarabo commode, quando lucem praefert enarratio, qua totam illam regionem paullo ante deſcripſi. — [Perſae] ſemper — ex finibus Romanorum exceſſerant multis ſuorum deſideratis. Quare in patriam reuerſi, clam Choſroi maledicebant, eumque gentis Perſicae exſtinctorem vocabant. Aliquando ex Lazica reduces, cum ibi dira perpeſſi eſſent, aperta conſpiratione ipſum crudeliter de medio tollere pararunt: feciſſentque, niſi ille praemonitus periculum auertiſſet, multis blanditiis optimates deliniens. Atque vt reprehenſionem eleuaret, ſtudium contulit ad Perſarum ditionem luculenta aliqua acceſſione augendam. — Quare animo arduorumque facinorum cupiditate
32 elatus, ſpem longius extendit. Etenim fama edoctus, vti barbari, qui a laeua Ponti Euxini paludem Maeotidem accolunt, imperium Romanum libere incurſent, ita Perſis liberum ac promtum fore dicebat, occupata ſemel Lazica, Byzantium ire recta, quoties vellent, non traiecto mari, vt facere ſolent caeterae gentes barbarae, quae in illis partibus habitant. Haec porro ſunt, quae Perſas ad Lazicam obtinendam inducunt: nunc vnde deflexit oratio, illuc redeat.

§. 45.

Ergo Chorianes et Medorum exercitus caſtra ad fluuium Hippin metati ſunt. Qua de re certiores facti Gubazes, Colchorum rex, ac Dagiſthaeus, exercitus Romani dux, collatis conſiliis, Romanorum Lazorumque copias in hoſtem ducunt. Vltra amnem Hippin progreſſi, caſtris ibi poſitis, cum re praeſenti deliberant, ſatiusne ſit preſſo pede hoſtem opperiri, eiusque impetum excipere, quam ipſum inuadere: vt Perſis exhibentes ſpeciem praeſentis animi, ac generoſum in petendis illis contemtum prae ſe ferentes, praelium laceſſant, itaque animos aduerſariorum conſternent n). Eorum, qui in hoſtes impellebant, vincente ſententia, ilicet cuncti aduerſum illos proficiſcuntur. Tum recuſare Lazi aciem cum Romanis vnam componere, cauſam hanc affe-

32. Id. ibid. p. 582-584.

n) της τε ξυμβολης αὐτοι ἄρξονται, και δηλωσαι των ἀνθισταμενων το φρονημα ἱκανοι ἐιεν.

a. C. 550. *Imp.* IVSTINIANO I.

afferentes, quod Martis aleam non ſubirent Romani pro patria ac ſumma ſibi neceſſitudine coniunctis; ipſi vero pro liberis, vxoribus ac focis dimicarent, ita vt conſpectum vererentur coniugum, ſi ab hoſte victi diſcederent. Qua neceſſitate factum iri putabant, vt fortis animus, quo carebant, adeſſet. Quocirca impatienter optabant, primi hoſtem ſeorſum aggredi, ne in re agenda a Romanis perturbarentur, haud pari ſecum ardore diſcrimen praelii adeuntibus.

§. 46.

'Hac Lazorum ferocia o) laetus Gubazes, illos, non procul a Romanis conuocatos, eiusmodi oratione hortatus eſt: „ Neſcio, viri, num apud vos verbis opus ſit ad excitandos animos comparatis. Nulla enim hortatione egere illos exiſtimo, quos animat accenditque rerum neceſſitas, qualis modo nobis incidit. Siquidem in hoc praelio de vxoribus, liberis, patria, vno verbo, de ſumma rerum agitur, cuius gratia Perſae nobis arma inferunt. At nemo omnium vnus eſt, qui bonorum ſuorum partem aliquam vi auferentibus cedat, tueri quae ad ipſum pertinent cogente natura. Nec vos latet, effraenem et impotentem eſſe cupiditatem Perſarum, vbi ſemel poteſtatem nacta eſt. Profecto, ſi nos iam debellabunt, haud contenti dominatione, vectigalia imponent, ac caetera in ſubditos exercebunt, ſat cognita; niſi quid forte eorum, quae in nos Choſroës non ita pridem ſuſcepit, obliti ſumus. 'Agite vero, ne verbis tenus ſe mihi prodat veſtra in adoriendis Perſis alacritas, neque ignauiae notam ſubeat Lazorum nomen p). Nec nobis graue ſit pugnare cum Medis, poſtquam multa cum illis praelia ſecunda fecimus. Abeſt enim a conſuetudine difficultas, ſublata iam laboris moleſtia, exercitatione et vſu. Eſt igitur, cur hoſtem ideo contemnatis, quia, ſaepe acie victus, vobis animo concedit. Nec vero redire ſolet 'animus, cum ſemel abſceſſit conſtrictus metu q). Eiusmodi cogitationibus ac ſpe bona pleni, hoſtem inuadite „.

o) ταυτα νεανιευσαμενων Λαζων.

p) ἀλλα μηδε ἀχρι τȣ λογȣ προϊετο μοι τα των Περσων πειρας, μηδε διαλιπετω το Λαζων ὀνομα.

q) φρονημα δȣλωθεν ἁπαξ.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 550.

§. 47.

Haec locutus Gubazes, Lazorum copias eduxit. Sic autem acies inſtructa erat, vt primi aduerſum hoſtes incederent Lazorum equites. Pone, longo interuallo, ſequebatur equitatus Romanus: cuius ductores erant Philegagus, natione Gepaes vir ſtrenuus, et Ioannes Armenius, bellicoſiſſimus, Thomae filius, cognomine Guzes, cuius mentionem feci in ſuperioribus libris r). Poſtremum locum occupabat Gubazes, Lazorum rex, Romanorumque dux Dagiſthaeus cum vtriusque gentis peditatu, eo conſilio, vt, ſi forte equites terga verterent, ad hunc facile ſe reciperent. Ita quidem Romani Lazique ſe ordinarunt.

Chorianes vero loricatos caeterisque armis egregie munitos viros mille, quos e ſuis delegerat, exploratum praemiſit, et cum reliquo exercitu ſubſecutus eſt, paucis ad caſtrorum cuſtodiam relictis.

§. 48.

At praeuius Lazorum equitatus promiſſa factis contrariis turpiter fallit, ſpem priſtinam damnans atque euertens re ſecus geſta. Nam cum in hoſtium praecurſores repente incidiſſet, eorum conſpectum non ſuſtinens, illico flexis equis incompoſite rediit, ac propere ſe Romanis admiſcuit, non dubitans ad eos perfugere, quibuscum antea iungere aciem recuſauerat. Poſtquam ad ſe inuicem acceſſerunt vtrique, principio neutra acies in pugnam coorta eſt, nec ſigna contulit, vtraque ſic alternante, vt modo cederet irruentibus aduerſariis, modo recedentibus inſtaret. In huiusmodi curſibus recurſibusque et reciprocis impreſſionibus multum temporis contritum eſt t). —

§. 49.

32 Iam vero et pedites, quibus Gubazes ac Dagiſthaeus erant ſuccincti, ad equitatum ſuum ſe admouent, et conſeruntur vtrinque

r) Vid. ſupra §. 34.

s) ἐπι των ἐργων διαβαλȣσα [ἡ ἱππος] τας προσθεν ἐλπιδας.

t) Sequuntur quaedam de Artabane Perſa, qui ad Romanos tranſiens, CXX. popularium ſuorum, qui in caſtello quodam Perſarmeniae in praeſidio erant, occidit.

32. Id. ibid. p. 585, 586.

a. C. 550. *Imp.* IVSTINIANO I.

que manus. Tum Philegagus et Ioannes, quoniam ſe impares impreſſioni iudicabant, praeſertim facto iam periculo Lazorum, deſilierunt ex equis, et Romanos Lazosque omnes perpulerunt, idem vt facerent. 'Altiſſima acie compoſiti v), obuerſique hoſti omnes pedibus ſtetere, intentis haſtis. Hic haerere barbari. Nam neque incurſibus agitare aduerſarios, vtpote pedites, neque eorum aciem turbare poterant, cum et haſtarum cuſpidibus et clypeorum crepitu exſternati equi ſeſe efferrent. Ad arcus demum cuncti reſpiciunt, ea ſpe, fore, vt ſagittarum ingenti numero hoſtem faciliime in fugam vertant. Denſo hinc inde telorum ingruente nimbo,' multi in vtraque acie cadunt. Crebriores quidem ſagittas miſſitabant Perſae et Alani, quam aduerſarii; ſed pleraeque ſcutis repellebantur. In hoc praelio Chorianes vulnus accepit, cuius auctor neſcitur.' nam veniens ex conferta multitudine ſagitta, ac ceruici viri infixa, ' eum illico peremit x).

Vnius caede diremto certamine, Romanis ceſſit victoria. Nam ſimul ex equo ille in terram pronus volutus eſt, caſtra barbari effuſo curſu repetierunt. Inſtare cum Lazis Romani et ſtragem edere, ſpe incenſi, fore, vt primo impetu caſtra hoſtium caperent. Verum Alanus quidam, forti animo et valenti corpore praeditus, ac peritiſſimus crebras impellendi ſagittas vtroque verſus, caſtrorum aditu, qui erat anguſtiſſimus, occupato, diu praeter opinionem inuadentibus reſtitit. Denique Ioannes, Thomae filius, proxime ſolus accedens, haſta derepente confecit hominem: itaque Romani et Lazi caſtris hoſtilibus potiti ſunt. Ibi caeſis barbaris quamplurimis, reliqui, prout cuique licuit, in patriam remigrarunt. Eum habuit exitum haec in Colchidem irruptio Perſarum: quorum alter etiam exercitus abſceſſit, cum Petrae praeſidium vberi annona caeterisque rebus omnibus firmaſſet.

 CAP. V.

v) ἐς φαλαγγα τε ὡς βαθυτατην ταξαμενοι.

x) ἐυθυωρον αυτον διεχρησατο.

Imp. IVSTINIANO I.

CAPVT V.

Iterata Perſarum in Lazicam expeditio, Tzibilum caſtellum a Perſis proditione captum, a Romanis receptum; Petra a Romanis expugnata; Archaeopolis a Perſis fruſtra oppugnata; a. C. 550.

§. 50.

a. C. 550.

34 INTERRA Lazi, qui Byzantium venerant, Dagiſthaei nomen de proditione et cum Medis conſenſione ad imperatorem detulerant, aſſeuerantes, illum, Perſarum ſuaſu, Petrae muros labe peruios noluiſſe inuadere, ſpatiumque hoſtibus dediſſe ruinas omnes muniendi, congeſtis lapidum vice culeis arena plenis. Dicebant, Dagiſthaeum, ſiue pecunia ad id inductum, ſiue negligentia, aggreſſionem reieciſſe in aliud tempus, et rei bene gerendae opportunitatem tunc omiſiſſe, quam poſtea recuperare non potuiſſet. Propterea imperator ipſum cuſtodia attineri iuſſit, et Beſſam, qui ex Italia non ita pridem redierat, ornatum magiſterio militiae per Armenias, miſit in Lazicam, vt agenti in illis partibus exercitui Romano praeeſſet. Eodem cum copiis iam miſſi fuerant Buzis frater Benilus, Odonachus, Babas natione Thrax et Vligagus Erulus.

§. 51.

34. PROCOPIVS de B. G. p. 586.

a. C. 550.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 51.

Lazicam ingreſſus Nabedes [Perſarum dux] cum exercitu, nihil, quod eſſet operae pretium, fecit: tantum inter Abaſgos, qui a Romanis Laziſque deſciuerant, verſatus cum ſuis copiis, accepit obſides ſexaginta filios procerum illius gentis. Tum quoque Nabedes Theodoram, vxorem *Opſitis* [a], qui Gubazis patruus Lazorumque rex fuerat, in Apſilia nactus, eam obiter ac praeter itineris inſtitutum captam, abduxit in Perſidem. Erat haec genere Romana mulier. Quippe iam inde olim Lazorum reges per legatos Byzantium miſſos affinitatem cum aliquibus ſenatoribus de ſententia imperatoris iungebant, atque hinc ducebant vxores. Certe Gubazes Romanae erat feminae filius [b]. —

§. 52.

IN Apſilia, iam Lazis ab aeuo ſubdita, caſtellum eſt mu- 35
nitiſſimum, quod indigenae Tzibilum vocant. T*erdetes* [c] autem, nobilis Lazus, et magiſtri, vt appellatur, dignitate inſignis in ſua gente, cum Gubazem, Lazorum regem, grauiter offendiſſet, Perſis clam pollicitus traditurum ſe caſtellum illud, aſſumto ad hoc Perſico agmine, in Apſiliam ſeſe contulit. Proxime caſtellum cum Lazorum comitatu anteiit, introque acceptus eſt. quippe Lazorum praefecto, de quo nulla erat ſuſpicio, praeſidiarii diffidere non poterant. Simul affuit Perſarum agmen, id Terdetes in caſtellum admiſit; eoque factum eſt, vt Medi non ſolum Lazica, ſed Apſilia etiam potiri ſe tunc exiſtimauerint. Lazos autem et Romanos Perſarum exercitus ad Petram ita diſtinuit, vt Apſiliae ferre opem neutri valuerint. Sed breui poſt caſtello praefectus Perſarum ducem, vxorem ſuam vi ſubita comprimere aggreſſum, cum comitibus noctu interfecit, et Apſilii a Colchis defecerunt [d]. Verum illuc a Gubaze cum Romanis mille miſſus Thomae filius, Ioannes, — Apſilios citra pugnam, multis videlicet blanditiis, ſubegit, et ad Lazorum obſequium reuocauit. —

§. 53.

a) Ὀφίτῃ ξυνοικησάσαν.

b) Quae his ſubiungit Procopius, vide in *Abaſgicis* §. 5. ſeqq.

35. Id. ibid. p. 589.

c) Τερδέτης.

d) Cfr. *Apſilica* §. 2.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 550.

§. 53.

[CVM, elapſo quinto induciarum anno, varia Perſas inter et
36 Romanos de pace agerentur:] Beſſas cum omnibus Romanorum copiis Petram obſidet. Ac moenia quidem Romani ſuffoderunt in ea parte, quae prius excauata a Dagiſthaeo, murus eo loci collapſus fuerat e): cur autem ibi cuniculum egerint, modo dicam. Qui primi hanc vrbem aedificarunt, murorum fundamenta fere omnia locarunt in rupe, alicubi aggeri ſuperpoſuerunt. Qua ſpectat vrbs occidentem, erat pars quaedam muri non admodum lata, ad cuius latera ſilex aſpera ferroque impenetrabilis fundamenta muri ſuſtinebat. Eam igitur partem vt Dagiſthaeus antea, ſic Beſſas modo ſubegit ligonibus, non ſinente eos vlterius progredi natura loci; ſed commetiente et idoneis terminis definiente cuniculi longitudinem. Cum autem Dagiſthaeus obſidionem ſoluiſſet, ruinas muri inſtaurare volentes Perſae, non priſtinum ſeruarunt ſtructurae modum; et hunc inierant: Spatio, quod inanitum fuerat, ' oppleto glarea f), craſſas trabes impoſuerant, ac dolatas optime et complanatas inter ſe ita vinxerant, vt latiſſima earum eſſet compages. Hac baſi pro fundamento poſita, murum apte ſuperſtruxerant. Id cum neſcirent Romani, ſe fundamenta ſuffodere exiſtimabant. E ſpatio, quod trabibus, quarum modo memini, ſuberat, egeſta magna terrae vi, murum quidem late quaſſarunt, ac repente eius pars ſuccidit; neutro tamen procubuit ruina, nec ſeries lapidum confuſa eſt; verum integra ad perpendiculum defluens, et, tanquam ex machina, in ſedem vacuam demiſſa, ſtetit, ſuumque locum tenuit, non iam aeque ac prius edita, ſed humilior. Itaque trabes, ſubtracto penitus ſolo, cui incumbebant, cum ſtructura omni ſibi impoſita, inibi ſubſederunt. Ac ne id quidem Romanis aſcenſum ad murum praebuit. Etenim Perſae, magno illuc numero antea ſecuti Mermeroëm, non mediocri acceſſione moenia extulerant. Romani, vbi conuulſam muri partem ſtare de integro viderunt, ignari quo ſe verterent, aeſtuabant. Nam nec ſubducere terram amplius poterant, cuniculo

36. PROCOP. de B. G. p. 591, 592.

e) Vide ſupra §. 33, 34.

f) καχληκος — ἐμπλησαμενοι.

p. C. 550. *Imp.* IVSTINIANO I.

culo ita obruto, nec vti ariete, cum in acclini murum oppugnarent; illa autem machina trahi nequiret, niſi in loco plano ac molliter iacenti.

§. 54.

[Sabiri, qui tum forte in Romanorum caſtris, a gente ſua legati miſſi, morabantur, arietes Romanis nouo quodam modo excitarunt. Quarùm machinarum g)] quamque ingreſſi milites Romani minimum quadraginta, ex fortiſſimis delecti, illas muro admouerunt. Ad machinae cuiusque latera ſtabant alii, loricis galeisque egregie muniti atque inſtructi contis, quorum cuſpides vncis ferreis praefixae erant, eo conſilio, vt cum arietis caput muro impactum, ſtructuram eius conuulſiſſet, lapides confuſos dimouere his contis ac proiicere poſſent. Ergo rem aggreſſis Romanis, iam murus crebris impreſſionibus quatiebatur, et qui hinc inde aſtabant machinis, lapides ſedibus ſuis emotos excutiebant contis, eratque opinio, vrbem continuo expugnatum iri. At Perſae iſtud excogitarunt. Turrim ligneam, iamdiu paratam moenibus impoſuerunt, ac viris complerunt pugnaciſſimis, qui pectoribus loricas, capitibus ac reliquo corpori tegmina induerant clauis ferreis horrida. 'Vaſcula ſulphure, bitumine et veneno, quod Medi naphtham, Graeci Medeae oleum vocant, plena h) atque igni concepto ardentia, in arietarias machinas mittebant: ſic vt cunctae tantum non conflagrauerint. Sed etiam qui illis, vt dixi, aſtabant, contis, quorum modo memini, depellentes ac repurgantes quae iacta fuerant, e machinis omnia confeſtim humi deuoluebant: quamquam haud diu labori huic ſuffecturos ſe et reſtituturos putabant. Nam quidquid ignis contingeret, niſi eodem puncto temporis excuteretur, id protinus abſumebat. Ita quidem haec agebantur. 37

§. 55.

37. Id. ibid. p. 593-598.

g) Cfr. *Tom. I. Hunnica §. 177. 178.*

h) ἀγγεια δε θειȣ τε και ἀσφαλτȣ ἐμπλησαμενοι, και φαρμακȣ, ὁπερ Μηδοι μεν ναφθαν καλȣσιν, Ελληνες δε Μηδειας ἐλαιον.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 550.

§. 55.

Beſſas vero ipſe loricatus, armatis omnibus copiis, ad muri partem collapſam ſcalas applicuit, et cum ſuos verbis eatenus animaſſet, vt hebeſcere non ſineret occaſionis vim, exhortationis reliquum impendit factis. Vir enim annis maior ſeptuaginta, ac plane iam exoletus, ſcalas primus aſcendit. ‘Perſis ibi et Romanis in pugnam coortis, Beſſas deiectus humi concidit. breui poſt rurſus aſcendit, eumque Romani omnes ſequuntur, ac facinora in hoſtes edunt viris fortibus digna’ *i*). Conterriti Perſae nonnihil petunt ſpatii ad conuaſandum, vt dedita vrbe diſcedant. ‘Beſſas cum doloſe haec fingi ſuſpicatus, inducias nullas vellet concedere, proelium redintegratur. Tunc Ioannes Guzes cum Armeniis in alia muri parte vno e cuſtodibus occiſo, Romanis aditum fecit; eodemque tempore multi Perſarum in turri quadam lignea conflagrarunt’. Sic demum Romani caeteri, qui ad muri labem pugnabant, cedentibus et ardorem remittentibus aduerſariis, moenia penetrarunt et Petra vi capta eſt.

Perſae quingenti ad vrbis arcem intento curſu, eiusque munitionibus occupatis, illic ſe tenuerunt. Reliquos Romani, quos congreſſu non ſuſtulerant, viuos omnes ceperunt, numero ſummum ſeptingentos et tringinta. Horum integros duodeuiginti inuenerunt, caeteri erant ſaucii. E Romanis multi, iique fortiſſimi, occubuerunt; inter quos fuit Ioannes, Thomae filius, qui, in hoſtes miris facinoribus editis, in capite a barbaro quodam vulneratus eſt lapide, dum vrbem ingrederetur. ‘Perſae vero, qui arcem occuparant, cum nullis conditionibus, vt deditionem facerent, adduci poſſent: Romani Beſſae iuſſu ignes arci iniecerunt. Creſcente licet flamma, Perſae’ nihilo minus in manus hoſtium venire recuſarunt, et mirante Romano exercitu omnes puncto temporis cum arce incendio deleti ſunt.

§. 56.

38 Tunc apparuit, quam cordi eſſet Lazica Choſroi, qui milites legiſſet omnium praeſtantiſſimos, et in Petrae praeſidio collocaſſet; ibique

i) Quae hic et infra fuſius narrat de Petra oppugnata et capta Procopius, excerpta dediſſe ſufficiet. 38. Id. ibid. p. 598-600.

a. C. 550. | *Imp.* IVSTINIANO I.

ibique tantam repoſuiſſet armorum vim, vt, cum in praedam Romanis ea ceſſiſſent, cuique militum virorum quinque armatura obtigerint: quamuis multa in arce conflagrarint. Praeterea magnus inuentus eſt frumenti numerus et carnium ſale conditarum caeteraeque rei cibariae copia, quae omnibus, quinquennio obſeſſis, ſuffeciſſet. Vinum ſibi non prouiderant Perſae, ſed tantum acetum et ſatis ſiliquae (ex qua vinum conficerent). Vbi aquam Romani in vrbe ex canali ſtructili manantem viderunt vehementi admiratione defixi haeſere, donec ars occultis canalibus adhibita patuit: quod quid rei ſit, modo dicam.

Quando Choſroës Petram a ſe expugnatam praeſidio muniit, pro certo habens, Romanos eam viribus omnibus obſeſſuros, ſtatimque admoturos manum intercidendo propere aquaeductui; haec excogitauit. Aquam, quae in vrbem inducebatur, tripertito diuiſit, ductaque foſſa altiſſima, canales conſtruxit tres: vnum quidem in ima foſſa: quem cum ad mediam vsque foſſam coeno lapidibusque texiſſet, ibidem alterum abdidit. Tertium vero iſti impoſuit ab humo exſtantem, ſubiectum oculis omnium; ita vt aquaeductus triplici concameratione diſtinctus occulte eſſet. Cuius rei inſcii Romani, obſidionis initio, rupto canali illo, qui apparebat, foſſam altius non ſubegerunt, ſed prius abeuntes incoepto, quam opus penitus deſtruxiſſent, ſibi perſuaſerunt, aqua iam carere obſeſſos, inerti incuria falſam illis offerente opinionem. Dum protrahitur obſidio, Romani, nonnullis hoſtium captis, ab ipſis reſciunt, obſeſſos ex aquaeductu haurire. Quamobrem locum aggreſſi fodere, ſuppoſitum canalem alterum offendunt, eoque inciſo, de hoſtibus actum exiſtimant, nullum a prioribus ad ſequentia documentum trahentes. Poſtea potiti vrbe, vt manantem, quemadmodum dixi, ex canali aquam viderunt, obſtupuerunt, ſuſpenſi ignoratione cauſae, quam a captiuis edocti, hoſtium in operibus moliendis diligentiam, ſuamque in ſuſcepto labore negligentiam, re iam peracta, cognouerunt.

§. 57.

Protinus Beſſas captiuos omnes ad imperatorem miſit, ac Petrae moenia diruit, ne Perſae negotium denuo faceſſerent. Aſ-

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 550.

ſenſus imperator, mirifice virtutem eius laudauit, et ſapientiam, quod muros funditus euertiſſet k). —

§. 58.

INTEREA veritus Mermeroës, ne quid mali longa dies af-
39 ferret Petrae Perſisque in ea vrbe relictis, mouerat cum omnibus copiis, eoque contendebat, anni tempeſtate, quae hiemi ſucceſſerat, inuitatus. At per id tempus plane cognitis, quae Petrae contigerant, inſtitutum iter abrupit, haud ignarus, trans fluuium Phaſin nullum eſſe locum, quem Lazi incolerent, niſi Petram. In reditu occupatis faucibus, quae ex Iberia in Colchidem ducunt, vbi Phaſis vadoſus eſt, huius vadum tranſiit, itemque fluuii, qui Rheon dicitur, et ipſe nauibus ibi impar ferendis.

Itaque cum eſſet a dextra Phaſidis, vniuerſum exercitum Archaeopolin duxit; quae vrbs primaria eſt ac maxima Lazicae. Equites erant omnes, paucis exceptis, eosque elephanti octo ſequebantur: quibus inuecti Perſae, tela inde, tanquam e turribus, in hoſtem ſuppoſitum miſſuri erant. Quare merito quis miretur laborioſam Perſarum induſtriam, qui viam ex Iberia ad Colchos, vbique deruptis ſaltibus et fruticoſis ſalebris implicitam, ſiluisque adeo denſis obtectam prius, vt viro expedito videretur inſuperabilis, ita complanarint, vt non modo equeſtres eorum copiae inde omnes facillime veniant, ſed elephantos etiam, quotquot volunt, ad bellum agant.

§. 59.

Ipſis [Perſis] etiam aderant ſocii ex Hunnis Sabiris ad duodecim millia. At timens Mermeroës, ne tot numero barbari detrectarent imperium, ac Perſarum exercitum ingenti malo afficerent, retentis quatuor eorum millibus, caeteros, luculento ſtipendio donatos, remiſit in patriam.

Conſtabat Romanus exercitus duodecim millibus: ſic tamen, vt non vnum in locum omnes coacti eſſent, ſed tria millia Archaeo-

k) Sequuntur de rebus a Beliſa contra Gothos parum ſtrenue geſtis, et Roma a Gothis capta.

59. PROCOP. de B. G. p. 603-605.

a. C. 550.

chaeopoli praeſidium agitarent, Odonacho et Baba ducibus, viris bello egregiis, reliqui cis oſtia fluuii Phaſidis ſtatiua haberent, eo conſilio, vt, ſi quo hoſtis iret infeſtus, ipſi inde mouerent caſtra, ac totis viribus ſuppetias ferrent. His Benilus et Vligagus imperabant, aderatque Varazes Perſarmenius, ex Italia recens, qui ſecum Tzanos octingentos ducebat.

§. 60.

Beſſas autem, ſtatim vt Petram cepit, dimiſſis laboribus bellicis, Pontum et Armenias obiens, in colligendis prouinciarum ſuarum vectigalibus operam poſuit: qua ſordida cupiditate rem Romanam iterum accidit. Nam ſi continuo poſt victoriam, de qua dixi, et Petrae expugnationem, ad Lazorum Iberorumque confinia ſe contuliſſet, ac muniſſet eorum anguſtias; non amplius, mea quidem ſententia, Perſarum exercitus in Lazicam penetraſſet. Iam vero hic magiſter militiae, dum in ea parte laborare negligit, propemodum manu ſua Lazicam hoſti tradidit, irae imperatoris admodum ſecurus. Solebat enim Iuſtinianus Auguſtus praefectorum peccatis multum indulgere: quo fiebat, vt ſaepius contra vitae inſtitutum et in remp. palam delinquerent.

§. 61.

Ad Iberiae fines habebant Lazi caſtella duo, Scandam et Sarapanin l); quae, in montium faucibus aſperis ac plane confragoſis ſita, difficillimos habebant aditus. Ea quondam Lazi cuſtodiebant labore multo, ob ſoli malignitatem, ex quo nihil voſcum naſcitur: verum homines eo cibaria comportant humeris. Belli huius initio Iuſtinianus Auguſtus, amotis inde praeſidiis Lazicis, Romana ſubſtituerat: quae poſtmodum, vrgente victus penuria, his caſtellis exceſſerunt; cum nec panico, cui minime aſſueuerant, vitam diutius tolerare poſſent, vt Colchi; nec iam Lazi cibariis omnibus per longa itinera ferendis ſufficerent. Eadem, a Perſis occupata, Romani facta pace receperant, reſtitutis viciſſim Bolo caſtello Pharangioque, vt in ſuperioribus libris plenius commemoraui m). Lazi igitur caſtellum vtrumque exciderunt, ne inde

l) Σκανδα τε και Σαραπανιν. m) Vide ſupra §. 17.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 550.

a Perſis oppugnarentur. Perſae vero eorum alterum, quod Scandam vocant, reaedificarunt occuparuntque praeſidio, ac Mermeroës Medorum exercitum vlterius duxit.

§. 62.

Rhodopolis vrbs in planitie ſita, primaque obuia irrumpentibus ex Iberia in Colchidem, aditu captuque valde facilis erat. Quamobrem Lazi illam ſolo nuper aequauerant, Perſarum aduentum veriti. Quo Perſae audito, recta Archaeopolin iter intenderunt. Mermeroës vero vbi accepit, caſtra hoſtes metatos eſſe ad fluuii Phaſidis oſtia, eo progredi conſtituit: quippe ſatius videbatur hos prius profligare itaque demum Archaeopolis obſidionem capeſſere; ne ipſi a tergo ſubeuntes Perſarum copiis detrimenti aliquid importarent.

Propter Archaeopolis moenia tranſiens, Romanos vrbis incolas ſalutauit cauillans, et iactanter denuncians, actutum eo ſe rediturum: velle ſe prius alloqui Romanos, qui ad fluuium Phaſin ſtatiua haberent. Tum illi ſuo reſponſo ire ipſum iubent quocunque volet: caeterum affirmant, nunquam ad ſe reuerſurum, ſi in Romanos illos inciderit.

§. 63.

De his certiores facti exercitus Romani duces, cohorruerunt, ſeque impares rati ſuſtinendae aggreſſorum impreſſioni, ſcaphis, quae praeſto erant, conſcenſis, fluuium Phaſin traiecere omnes, cum, quidquid annonae ſibi comparatae auehere poterant, impoſuiſſent in ſcaphas, caeteris in flumen proiectis, ne hoſtes illis gauderent. Quo cum omnes copias paulo poſt duxiſſet Mermeroës, atque hoſtium caſtra vidiſſet penitus vacua, rem inique tulit, ſecum dolens ac pendens animi. Subinde Romanorum caſtris flamma deletis, ira ardens rediit, et copias Archaeopolin duxit.

Sita eſt Archaeopolis in colle aſperrimo, eamque fluuius alluit, qui ex montibus vrbi imminentibus labitur. Eius portae inferiores ad collis radices ducunt, haud inacceſſae: via ſolum, qua ex campo ad eas itur, non plana eſt. Superiores portae exitus habent praecipites atque aditus difficillimos: quippe latiſſima fruteta obiacent. Et quoniam incolis nihil aquae, niſi fluuialis

a. C. 550. *Imp.* IVSTINIANO I.

uialis ſuppetit, vrbis conditores geminum murum ad flumen vsque exſtruxerunt, vt ex eo lympha ſine periculo hauriatur. Hanc partem totis oppugnare viribus decreuit Mermeroës: et conſilium vrgens haec egit.

Primo quidem Sabiris curam demandauit arietes fabricandi quam plurimos, 'iis ſimiles, quos antea iidem Romanis excitauerant. Sabiri dicto audientes ſtatim multos eiusmodi arietes moliti ſunt' n). Deinde vero Dolomitas ad vrbis latus praecipitiis impendens mittit, iubetque hoſtes totis ibi viribus fatigare. Barbari ſunt hi Dolomitae, et quamuis in Perſide habitent, nunquam tamen regi Perſarum fuere ſubditi. Cum enim montes abruptos penitusque inuios colant, ab omni vetuſtate ad hunc diem ſuis viuere legibus, nec niſi mercede conducti Perſis in hoſtes ipſorum militant. Omnes pedites merent: gladium quisque et ſcutum geſtat, ternaque in manibus iacula, nec minus expedite currunt in confragoſis et verticibus montium, quam in camporum aequore. Quamobrem Mermeroës oppugnandam his partem illam aſſignauit; ipſe cum reliquis copiis arietes et elephantos ad portas inferiores promouit.

Ergo Perſae et Sabiri, cum tela in muros tam crebra mitterent, vt ſagittarum nube coelum illic obducerent; Romanos eius partis propugnatores tantum non coëgerunt pinnas deſerere: Dolomitae vero ex aſpretis, quae ſunt extra moenia, iacula torquentes, oppoſitos ſibi hoſtes multo acrius infeſtabant. Peſſimo vbique loco atque in praecipiti erant res Romanorum extrema iam patientium.

§. 64.

Tunc Odonachus et Babas, ſiue oſtendendae virtutis propriae, ſiue militis probandi cauſa, ſeu diuino quodam inſtinctu, paucis ad pinnas relictis militibus, iuſſisque propugnatores inde propellere; maximam partem conuocauerunt, breuique hortatione — vſi —, recluſis portis, copias citato curſu educunt, paucis intus relictis iſtam ob cauſam. Pridie nobilis quidam Lazus, cui

n) Cfr. *Tom. I. Hunnica §. 180.* o) τὰς Δολομίτας. Agathias *Dilimnatos* vocat.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 550.

cui erat Archaeopoli domicilium, de prodenda patria egerat cum Mermeroë. Hic autem ipſi mandauerat, vnam hanc iniret a Perſis gratiam, vt, cum muros oppugnari coeptos videret, clam ignem inferret horreis, in quibus frumentum caeteraque annona aſſeruabatur. Quod quidem praeſcripſit, horum alterum putans effectum iri; aut vt Romani circa incendium ſolliciti occupatique, ſpatium Perſis darent ſuperandi muri, aut, Perſarum impreſſioni prohibendae intenti, curam horreorum deponerent, itaque frumento ac caeteris commeatibus igne corruptis, obſeſſam Archaeopolin breui tempore et nullo negotio in ſuam Perſae ditionem redigerent. Eo ſpectabant mandata, quae Lazo Mermeroës dedit, et recepit ille, ſe confecturum.

Simul igitur oppugnationem feruere vidit [Lazus, proditor], ignem furtim ſubdidit horreis. A Romanis deprehenſa repente flamma iam ſubuolante, illuc nonnulli cucurrere ſubſidio, et ignem late graſſantem difficillime reſtinxerunt: caeteri omnes effuderunt ſe in hoſtes, vt dictum eſt, factoque ſubito impetu, ac terrore vi improuiſa incuſſo, multos occiderunt nec reſiſtentes, neque arma audentes tollere. Etenim Perſae cum non ſperarent fore, vt hoſtes, quorum numerus admodum exiguus eſſet, erumperent, diſperſi incompoſitique ſe ad murum inuadendum parabant. Atque hi quidem arietarias machinas geſtantes humeris inermes et proinde ad pugnam imparati erant. Alii vero intentos arcus in manibus habentes, inſtantem pede collato hoſtem repellere nequibant. Itaque Romani nunc hos, nunc illos caedere et leto ſternere. Tum forte elephantorum vnus, accepto, vt nonnulli referunt, vulnere, vel ſponte efferatus, circumegit ſeſe, et cum maxima perturbatione retrectans, excuſſis ſeſſoribus, caeterorum ordines rupit. Ex eo barbari referre pedem, Romani impunius obuios quosque conficere. — Dum ſic miſcentur Medorum agmina, quicunque a tergo locati erant, animaduerſa antecedentium conturbatione, nec dum cognita ipſius cauſa, pauore conſternati incompoſitiſſime retrocedunt. Eodem modo territi, qui ex edito ſpectabant haec omnia Dolomitae, in pedes turpiter ſe coniecerunt. Effuſa iam palam fuga, ceciderunt barbarorum quatuor

40. Id. Ibid. p. 606. 607.

tuor millia, in quibus duces fuerunt tres. Romani ſigna Perſica cepere quatuor, et Byzantium protinus miſerunt imperatori. Ferunt, eorum equos ad viginti minimum millia periiſſe, non telis fixos, nec vulneratos ab hoſtibus; ſed quoniam ex quo in Lazicam labore grauiſſimo longinquae viae exhauſti peruenerant, minus pabuli, quam par erat, habuerant; hinc factum, vt eos fames imbecillitasque ſumma oppreſſerint.

§. 65.

Poſt conatum hunc irritum Mermeroës cum omnibus copiis Muchireſin p) petiit, adhuc Perſis in ditione ſua partem maximam Lazicae retinentibus, opera quamuis perdita ad Archaeopolin: vnde Muchireſis diei iter vnius abeſt, multos habens ac frequentes incolis vicos. Eſt hic ager feliciſſimus Colchidis: quippe vinum ac varia mitium genera fructuum progignit, quod nusquam alibi in Lazica videre eſt. Regionem hanc alluit fluuius Rheon: vbi Colchi veteres caſtellum condiderant, cuius partem maximam idcirco ipſorum poſteri diruerunt, quod, cum in campo planiſſimo ſitum eſſet, illud aditu captuque facile iudicarent. Cotiaium q) quondam voce Graeca caſtellum id appellabatur: nunc idem Lazi Cutaiſſum r) vocant, ignoratione linguae rectam nominis pronunciationem deprauantes. Ita quidem haec Arrianus memoriae prodidit: alii vero olim ibi fuiſſe memorant vrbem Cytaiam, Aeetae patriam, eoque factum, vt et hunc poëtae Cytaïenſem et Colchidem Cytaïdem denominauerint.

Ad locum hunc inſtaurandum modo animum appellens Mermeroës, cum ab operis materia eſſet imparatus, iamque hiems appeteret, quamprimum caſtelli ruinas omnes ligneis obſtruxit muniimentis, ſeque inibi tenuit.

Cuta-

p) Μυχειρησιν.
q) Κοτιαιον.
r) Κυταισιον.

a. C. 550.

Imp. IVSTINIANO I.

Cutatiſio proximum eſt Vchimerium [s]), caſtellum validiſſimum, in quo Lazi ſedulam agebant cuſtodiam cum exigua Romanorum militum manu. Itaque illic Mermeroës cum vniuerſo exercitu ſtatiua habebat, obtinens partem optimam Colchidis, atque hoſtes ſic intercludens, vt nec Vchimerium commeatus vllos inferre, neque in Suaniam Scymniamque, ditionis ſuae prouincias, ire poſſent. Quoties enim habent hoſtes Muchireſin, Lazis ac Romanis praecluſum eſt iter in ea loca.

Is erat in Lazica rei bellicae ſtatus.

s) Οὐχειμεριον.

CAP. VI.

Imp. IVSTINIANO I.

CAPVT VI.

Rerum Lazicarum ſtatus, quo tempore quinquennales cum Perſis induciae renouatae ſunt; Vcbimerium dolo a Mermeroë Perſarum duce captum, reliqua Mermerois vsque ad eius obitum geſta; ab a. C. 551-553.

§. 66.

a. C. 551.

a. 25. imp. Iuſtiniani I.

BYZANTII Choſrois legatus Iſdigunas ſermones de pace cum Iuſtiniano Auguſto diutiſſime contulit. Poſt multam diſceptationem tandem conuenit, vt induciis vtrumque regnum quinquennio gauderet, eoque interim ſpatio oratores vltro citroque liberi commeantes, controuerſiam, quae de Lazica eſſet ac Saracenis, componerent. — [Tunc etiam Iuſtinianus Berſathum, Perſam nobiliſſimum, diu Byzantii detentum, Iſdiguna petente dimiſit.] Etenim legatus hic affirmabat, inductum iri Choſroëm illius ſuaſu, vt Perſarum exercitum reuocaret ex Lazica. Annum vero viceſimum quintum a) imperii agebat Iuſtinianus Auguſtus, cum Romani et Perſae has inducias pepigerunt. — 41

Haec autem vulgo iactabantur, firmato iam Perſarum dominatu in Lazica, factam hanc eſſe pactionem, ne quis eos quinquennio interpellaret: ſed toto illo tempore optima quaeque Colchidis

41. PROCOPIVS de B. G. p. 607, 608.

a) Non *XV*. vt in textu lat. legitur.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 551.

chidis loca liberius atque otioſius incolerent: vnde poſtea a Romanis nullo vnquam modo eiici poſſent: quin etiam ipſis Byzantium aditu facile deinceps foret. Multos eiusmodi conſideratio torquebat diſtringebatque indignabundos. Fremebant etiam — iam ſpatio annorum vndecim et menſium ſex centenaria quadraginta ſex ſpecioſo induciarum obtentu 'accepiſſe Choſroëm', quamuis in Lazica vim exerceret, ac bellum gereret, vt dictum eſt. —

§. 67.

42 Cum ita Romani ac Perſae inter ſe inducias Byzantii pangerent, hic erat rerum ſtatus in Lazica. Gubazes quidem Lazorum rex Romanis ſtudebat, ex quo vitae ſuae inſidias a Choſroë paratas, vt in ſuperioribus libris narraui, detexerat. Caeterorum autem Lazorum bona pars a Romanis militibus male habita ac praeſertim exercitus ducibus offenſa, iamdiu inclinabat ad Perſas; non propenſa in eos voluntate, ſed eo animo, vt a Romano dominatu ſe vindicaret, praeſentibus malis futura praeoptans.

§. 68.

Theophobius, vir inter Lazos non obſcuro genere, cum [qui] Mermeroi in clandeſtino colloquio, Vchimerium caſtellum ſe traditurum promiſit. Quo ille ipſum impulit, ſpe magna eius animum efferens, affirmansque id eo facto conſecuturum, vt in intimis eſſet Choſrois, et Perſarum monumentis beneficii nomine adſcriberetur ad ſempiternam memoriam: vnde ipſi gloria, opes potentiaque ingens accederet. Elatus his Theophobius, multo acrius coepto inſtitit.

Tunc temporis nullum Romani ac Lazi commercium inter ſe habebant: at Perſa impuniſſime qualibet vagante, alii ad fluuium Phaſin, alii Archaeopoli, vel ſi quem praeterea occupauerant munitum regionis illius locum, latebant, ipſeque adeo Gubazes, Lazorum rex, tenebat ſeſe in verticibus montium. Quare nihil habuit negotii Theophobius in perſoluenda Mermeroi promiſſi fide. Cum ad caſtellum ſe contuliſſet, Lazis ac Romanis illic praeſidium agitantibus aſſeuerauit, Romanum omnem exercitum

42. Id. ibid. p. 610 - 613.

a. C. 551. Imp. IVSTINIANO I.

tum interiiſſe, regis Gubazis et Lazorum ipſum ſequentium res accifas iacere; a Perſis totum teneri Colchidem, nec ſperandum, fore, vt in Romanorum vel Gubazis poteſtatem rediret vnquam; rem hactenus geſſiſſe Mermeroëm ſeparate, ducentem ſecum ſeptuaginta amplius millia Perſarum bello praeſtantium barbarorumque Sabirorum ingentem numerum; iam ipſum quoque regem Choſroëm aduenisſe cum exercitu innumerabili, ſeque illis repente admiſcuiſſe, nec ſolum Colchicum tot copiis poſtmodum ſuffecturum.

Hoc prodigioſo mendacio Theophobius caſtelli cuſtodes in grauem metum ſummasque anguſtias coniecit; ſic vt ipſum obſecrauerint per Deum patrium, iam pro virili parte res ſuas loco optimo collocaret. Spopondit ille, fidem ſe publicam ipſis a Choſroë impetraturum, ſi modo Perſis caſtellum dederent: et ab iis probata conditione, inde continuo digreſſus, iterumque ad Mermerois admiſſus conſpectum, rem pandit ordine. Is omnium delectu habito, qui inter Perſas eminebant, illos cum ipſo Vchimerium miſit, vt fidem darent praeſidiariis, ſaluas cum vita fortunas fore, et caſtellum occuparent. Ita Perſae Vchimerio potiti, ſuam in Lazica ditionem firmiſſime ſtabilierunt: nec Lazicam tantum eo modo ſibi ſubdidere, ſed aditum etiam Romanis ac Lazorum regi praecluſerunt in Scymniam et Suaniam, regionemque omnem, quae a Muchiriſide ad Iberiam vsque pertinet. Porro hoſtem arcere nec Romani, nec Lazi poterant; cum ne digredi quidem e montibus, vel e munitis locis in eum erumpere auderent.

§. 69.

Mermeroës inſtante hieme muro ligneo Perſarumque bellatorum tribus minimum millibus Cutatiſium muniit, et idoneum reliquit praeſidium Vchimerii. Cumque aliud caſtellum (Sarapanin vocant), in extremis ſitum Lazicae finibus, inſtauraſſet, ibi conſedit. Deinde compertum habens, Romanos ac Lazos coire, et ad fluuii Phaſis oſtia habere caſtra, omnes eo copias duxit. Quod ſimulac Gubazes et Romani duces exercitus audierant, non exſpectato hoſtium aduentu, digreſſi ſunt, et, quo cuique licuit, euaſerunt.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 551.

Gubazes, curſu verticibus montium occupatis, cum liberis, vxore et maxime familiaribus, non modo inopiae, qua circumuentus erat, ſed tempeſtati etiam incommodiſſimae reſiſtebat, et ſpe venturi Byzantio auxilii ſubnixus, ac praeſentem leuans calamitatem humanorum caſuum comparatione, meliora ardentiſſime exſpectabat. Caeteri Lazi, regem Gubazem reueriti, haud minus conſtanter hiemem agebant in ſcopulis, aduerſi illic nihil ab hoſtibus ideo timentes, quoniam vim afferre volentibus, praeſertim hieme, hi montes inſuperabiles ſint ac penitus inacceſſi. verum enimuero fame, frigore aerumnisque omnibus vita in extremum adducebatur.

§. 70.

Tum Mermeroës in vicis Muchiriſidis domos multas exſtruxit libere, locisque illis omnibus prouiſa annona, ac per quosque transſugas b), circa montium iuga dimiſſos, data fide publica, ad ſe multos pellexit: quibus re cibaria defectis, proſpexit affatim, ac tanquam ſuis curam impendit. Pro ſuo in totam illam regionem imperio, libere compoſitis rebus caeteris, ad Gubazem in hanc ſententiam ſcripſit: „Potentia prudentiaque res duae ſunt, quae praeclare conſtituunt hominum vitam. Nam qui ſunt finitimis potentiores, ſuum ad arbitrium viuunt, et, quocunque volunt, ſemper adducunt opibus minoribus praeditos. Quos autem ſua tenuitas valentioribus obnoxios facit, ſapientia medentes imbecillitati, eos, qui rerum potiuntur, obſequio ſibi conciliant, nec vetat quidquam ipſos apud ſe viuere, blanda obſeruantia in integrum reſtitutos, vnde infirmitate deiecti ſunt. — At tu care Gubazes, ſi te bello Perſas victurum putas, rumpe moras, nec te quidquam teneat. Nos enim quacunque voles in parte Laziсae offendes ad impetum tuum excipiendum paratos, et ſolum, quod tenemus, aduerſa acie pro viribus tuentes: itaque facultas erit nobiſcum fortiter dimicandi. Verum, reſiſtere te non poſſe Perſarum viribus, ſatis ipſe intelligis. Quare alterum arripe, praeclare vir, et petractans celebre illud, *Noſce te ipſum*, Choſroëm adora ſubditus, et regem, victorem dominumque agnoſce. Prae-

b) τῶν αὐτομόλων τινας. *transſ. quosdam.*

a. C. 551. *Imp.* IVSTINIANO I.

Praeteritorum veniam pete, vt poſthac vitam traducas, aerumnis, quibus premeris, liberam. Ego vero, tibi regem Choſroëm placatum iri ac fidem daturum, recipio: et ducum inter Perſas praeſtantium liberos offero huius obſides conditionis, fore, vt vita ac regno tuo rebusque caeteris tuto ſemper fruare. Si neutrum vis, alio faceſſe, et Lazos, inconſiderantia tua miſeros, aliquando tandem reſpirare ſeque ab inſtantibus malis expedire ſine, neque ipſos calamitate hac perpetua attere, ſpe vana inductus mittendi a Romanis ſubſidii. Nam vt nondum, ſic nunquam tibi ſubuenire poterunt„.

His Mermerois litteris a ſententia minime dimotus Gubazes, in montium iugis magna tenebatur exſpectatione Romani auxilii, atque odio, quo Choſroëm proſequebatur, ſpem, quam poſuerat in Romanis, alebat. —

§. 71.

a. C. 552.

ACTA autem hieme, Iſdigunas reuerſus ad Choſroëm cum pecunia, pacta conuenta expoſuit. Ille, accepto auro, ſine mora confirmauit inducias: Lazica tamen decedere noluit; ſed eadem illa pecunia allectis Hunnorum Sabirorum numeroſis auxiliis, ea cum nonnullis Perſarum copiis Mermeroi extemplo miſit, mandauitque, vt pro viribus coepta vrgeret: elephantos etiam multos adiecit. 43

Mermeroës autem cum vniuerſo Perſarum Hunnorumque exercitu mouit ex Muchiriſide, et ſecum elephantos ducens, firmiora petiit Lazorum loca. Romani nusquam obuii, ad fluuii Phaſis oſtia, Martino duce, ſe continebant, ſitu loci valido optime muniti: vna aderat Gubazes, Lazorum rex. Porro hic Medorum exercitus, caſu quodam, nihil damni nec Romano nec Lazo cuiquam intulit. Ac primo quidem certior factus Mermeroës, Gubazis ſororem in quodam caſtello agere, illuc eo duxit animo, vt id machinis omnibus expugnaret. Verum fortiſſime repugnantibus praeſidiariis, eosque adiuuante loci natura, repulſi inde barbari infecta re abierunt. Deinde in Abaſgiam contendentibus Ro-

43. PROCOP. de B. G. p. 614.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 552.

mani, qui Tzibili praeſidium agitabant, ſeſe oppoſuerunt, occupato aditu, quem, vt ſupra dixi c), ſummae anguſtiae et praecipitia faciunt inſuperabilem. Quare non valens Mermeroës reſiſtentes depellere, retro egit exercitum, atque e veſtigio Archaeopolin ſeſe contulit, obſidionem illius meditans. At fruſtra tentatis moenibus, maturauit reditum. Romani abſcedentibus inſtantes hoſtibus, in anguſtiis cecidere non paucos; inter quos dux Sabirorum occubuit. Circa huius cadauer acriter dimicatum eſt: demum Perſae ſub ſerotinum crepuſculum, hoſte vi in fugam acto, Cutatiſium et Muchireſin repetiere.

§. 72.

a. C. 553.

44 MERMEROES autem, Perſarum dux, cum antea bis in Archaeopolin impetum feciſſet, repulſus eſt, aliaque nonnulla geſſit, quae quidem praetereo, quandoquidem Procopius rhetor abunde haec eo vsque conſcripſit. Tunc itaque rurſus (nam hinc ordienti

c) Vid. *Auaſgica* §. 7.

44. AGATHIAS p. 56-60. qui p. 55. cum de antiquitate gentis quaedam delibaſſet, quae §. 1. attuli, pergit: *Hi itaque ſiue Lazi, ſiue Colchi, ſiue Aegyptii, ſedibus ſuis migrantes, variis noſtra aetate bellis fuerunt laceſſiti, multaque proelia ob horum regionem ſunt commiſſa. Choſroës enim, Perſarum rex, cum iam multa valdeque opportuna illius regionis loca inuaſiſſet, atque occupaſſet, nequaquam ſibi quieſcendum duxit, ſed et reliqua in ſuam poteſtatem redigenda. Iuſtinianus vero, Romanorum imperator, Gubazem, Lazorum tunc temporis regem, et vniuerſam gentem ſubditam ſibi et beneuolam et communis religionis cultusque diuini nexu coniunctam deſerere, nec aequum nec iuſtum cenſebat; quin potius omnibus viribus hoſtes quam citiſſime profligare tentabat. Reputabat enim cum animo ſuo et verebatur, ne, ſi Perſae bello vincerent, nihil eis impedimento futurum eſſet, quominus per Euxinum Pontum citra vllum metum nauigantes interiora Romani imperii loca peruaderent. Quocirca maximum validiſſimumque exercitum ibi locauit, praeſtantiſſimosque duces ei praefecit. Beſſas enim et Martinus et Buſes ei praeerant, viri ſpectatiſſimi et frequentibus praeliis exercitatiſſimi. Miſſus vero eſt etiam Iuſtinus, Germani filius, admodum quidem ille adhuc iuuenis, ſed iam tum bellicarum rerum peritus. Mermeroës* cet. vid. §. 72.

a. C. 553.

Imp. IVSTINIANO I.

dienti mihi quae ſequuntur ſunt coaptanda) ad Muchiriſim et Cotaeſium propugnaculum peruenit, eo conſilio; vt, difficultate locorum, quae ſunt circa Telephin, praetergreſſa, ad Phaſidem fluuium pertingeret, Romaniſque inopinato ipſius aduentu perculſis, tentaret, ſi qua ratione caſtella aliquot in poteſtatem ſuam redigere poſſet: quod quidem ipſi aperte rectaque via procedenti atque irruenti difficillimum factu fuiſſet. Martinus enim praefectus cum ſuis copiis Telephin inſidens (eſt autem hoc validiſſimum munitiſſimumque propugnaculum) diligentiſſime aditus tuebatur; et eſt alioqui locus ipſe acceſſu difficillimus. Nam et praecipitia et praeruptae petrae in ſe mutuo vergentes anguſtiſſimam plane ſubiectam ei viam efficiunt, neque alia vlla ex parte cuiquam aditus patet. Circumiecti enim campi ſunt vehementer paluſtres et limoſi, quibus denſi ſaltus et nemora imminent, adeo vt vel vni alicui eique expedito difficilis ſit tranſitus, tantum abeſt armatis agminibus. Sed ne ſic quidem Romani vllum laborem praetermittentes, ſi quem vſpiam comperiſſent locum parum tutum, quique videretur tranſiri poſſe, eum ſudibus et ſaxis obſtruebant, aſſidueque operi erant intenti.

§. 73.

Ambigenti itaque hiſce in rebus Mermeroi plurimaque ſecum reputanti, haec cogitatio in mentem venit, quod ſi quacunque ratione praeſidium Romanorum ſoluere ſenſimque remouere poſſet, non omnino irritum ſibi tranſitus ſui conatum fore. Hoſtibus enim aſſidue loco inſidentibus, fieri non poterat, vt vtriusque voti ſui compos fieret. Illis vero remiſſioribus factis, cum id ſolum relinqueretur, vt locorum iniquitati mederetur, et difficilis tranſitus itinera peruia redderet; id ei non admodum impoſſibile factu videbatur. Sperabat enim, exciſa ſublataque vi manuum ſilua obſtantibusque petris excauatis f), ſe non difficulter tranſiturum. Quocirca, vt, quae animo conceperat, perfice-

d) εις Μυχειρισιν τε και Κοταισιν το Φρυριον.

e) Τηλεφιν.

f) και των πετρων ὁ, τι αντιξυν διακολαπτων και παραιρυμενος.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 553.

ſiceret, huiuſcemodi fraudem excogitauit. Simulauit, ſe repente morbo correptum graui pariter et incurabili. Decumbebat itaque ſummam aegritudinem prae ſe ferens, et fortunam ſuam lamentans. Rumor hic ſtatim vniuerſum exercitum eſt peruagatus, praefectum grauiſſime aegrotare, neque diu ſuperuicturum g). Porro rei ipſius veritas eos, qui operas ſuas hoſtibus locant, conſilia ſuorum prodendo et arcana clanculum patefaciendo, latebat. Accuratiſſime enim conſilium celabatur, et ne cum amiciſſimis quidem communicabatur h); ſolis vero rumoribus, qui per multitudinem circumferebantur, decepti, id Romanis nunciarunt, qui quidem facile ſunt perſuaſi, non tam, arbitror, nuncio, quam quod id maxime eſſet ex ipſorum animi ſententia. Statim itaque accuratam illam continuamque curam laxantes ac remittentes, ſegnius cuſtodias agebant. Paucis poſt diebus Mermeroës etiam mortem obiiſſe nunciatur. Occulebat enim ſe ipſe in quadam domuncula, adeo vt etiam apud intimos ſuorum familiarium ea opinio valuerit. Tum vero et quidem magis ſuperuacaneum viſum eſt Romanis vigilare, ſuperuacaneum ingentes labores ſuſcipere. Quocirca omiſſis illis obſtructionibus itinerum et laboribus, quos huic operi impendebant, ad remiſſius viuendi genus ſunt dilapſi, ſolidas noctes dormientes, in villis praediisque degentes, neque ſpeculatores emittebant, nec quicquam eorum, quae in rem ipſorum eſſent, agebant. Perſuadebant enim ſibi, Perſas, duce ſiue praefecto orbatos, nequaquam in ſe ituros, quin potius quam longiſſime fugituros.

§. 74.

Haec vero vbi cognouit Mermeroës, confeſtim dolum detegit, ac Perſis talem ſe, qualis antea fuerat, viſendum praebet; ſtatimque quanta potuit alacritate omnibus copiis motis et difficultatibus itinerum ea, quam iamdudum animo ſuo conceperat, ratione ſuperatis, propugnaculo appropinquauit; et iam Romanis imminebat, inopinato rei euentu perculſis, quique iam ſeſe tueri non poterant.

Tunc

g) καὶ ὅσον οὔπω ἀπολεῖται.

h) καὶ οὐδὲ ἐς ἅπαντας τοὺς φιλτάτους ἐξέπιπτε.

a. C. 553. *Imp.* IVSTINIANO I.

Tunc itaque Martinus locum deſerendum cenſuit, priusquam Mermeroës, penitiore irruptione facta, Romanos, qui in praeſidio erant, magna clade afficeret. Qui enim fieri poterat, vt perpauci tantam hoſtium vim ſuſtinerent, neque primo ſtatim impetu ad internecionem caederentur? Hoc igitur dolo circumuenti ſuperatique a barbaris, turpiſſimaque receſſione facta, Romani reliquis copiis ſeſe coniungere approperabant. Exercitus enim, quem Beſſa et Iuſtinus ducebant, in campo quodam caſtra locarant, non procul a Telephi ſito, ſeptem tantum ſtadiis inde diſtante. Eſt vero nihil aliud ibi, quam ollarum forum, vnde et loco nomen inditum. *Ollaria* i) enim, vt Latini dixerint, appellatur; quod perinde eſt ac ſi Graece dicas χυτροπωλια. Poſteaquam vero iam multi cum Martino fuga praerepta, in tuto eſſent conſtituti, viſum eſt omnibus praefectis, vt ibi hoſtem exſpectantes acie inſtructa obſiſterent, vlterioreque tranſitu prohiberent.

§. 75.

Erat vero quidam inter praecipuos clariſſimosque duces Theodorus, Tzanus genere, qui cum quingentis ſuae nationis viris circa Telephim a Martino relictus erat. Hic h) cum iam Perſarum copias propugnaculum ingreſſas vidiſſet, cognouiſſetque, non eo tenus ſubſtiturum hoſtem, ſed conflictus eſſe percupidum, confeſtim inde ſe ſubduxit. Cumque in itinere multos Romanorum non recta ad Ollaria k) contendentes deprehendiſſet, prout eis erat imperatum, ſed Lazorum domibus inſultantes, panicum et zeam ſiue ſemina l) aliaque eſculenta rapientes, eos reuocare nitebatur, temeritatis accuſans, qui neſcirent, quibus in malis verſarentur. Quotquot igitur ex iis erant minus guloſi atque intemperantes m), potiora moniti ei ſeſe adiunxerunt, et ſenſim ſe receperunt. Theodoro tamen locus non erat mature nunciandi praefectis, Mermeroëm imminere. Nonnullis enim adhuc extra caſtra rapinae intentis neque deſiſtentibus Perſae repente ſuperueniunt; et nonnullos quidem eorum obtruncant, re-

 liqui

i) Ωλλαρια.

h) Cfr. *Tzanica* §. 8.

k) Χυτροπωλια.

l) Addit. h. interpres.

m) ὅσοι μεν ουν αὐτων λιχνοι τε και ἀκολαστοι.

liqui concitatiore curſu fugientes celeriter cum tumultu eiulatuque in exercitum ruunt, adeo vt omnes repentino motu perturbati et ſupra modum expauefacti, ſeceſſionem e caſtris fecerint. Praefecti vero (neque enim adhuc aciem ordinarant) metuentes etiam, ne barbaros imparatos opprimerent, quae antea ſtatuta erant, neglexerunt, neque, quid conſilii caperent, ſciebant. Neque enim tempus deliberationem de rebus praeſentibus admittebat, neque ipſa animorum perturbatio.

Motis igitur confeſtim e campo caſtris vniuerſus exercitus in turpem incompoſitamque fugam ſe conuertit; neque antea a fuga deſtiterunt, quam ad *inſulam* perueniſſent.

§. 76.

Diſtat autem haec inſula a Telephi quinque ſummum paraſangis, tantum itineris ſtrenui illi viri vnius diei ſpatio confecerunt, celerrime currentes. Conſtat autem paraſanga, vt quidem Herodoto et Xenophonti placet, triginta ſtadiis, vt vero nunc Iberi et Perſae volunt, vno tantum ſupra viginti. Idem ſentiunt et Lazi, nequaquam tamen ea appellatione vtuntur, ſed *ἀναπαυλας*, hoc eſt *manſiones*, vocant, et, mea quidem ſententia, recte. Nam et baiuli eorum ſingulis paraſangis emenſis et onera deponunt, et paululum conquieſcunt, aliis ad excipienda viciſſim onera ſuccedentibus; idque quoties factitant, per totidem ſpatia itinera metiuntur, et diuidunt. Siue igitur hoc, ſiue illo modo paraſanga eſt appellanda, centum et quinquaginta ſtadiis a propugnaculo inſula haec diſtat.

Eſt autem locus hic vehementer munitus, neque facile peruius, fluuiorum vorticibus circumcinctus. Phaſis enim et Doconus n) diſtinctis alueis e Caucaſo defluentes, atque initio quam longiſſime inter ſe diſtantes, illic, cogente ita locorum ſitu, ſenſim ſibi mutuo ita appropinquant, non magno amplius interuallo ſeiuncti: adeo vt Romani, alueo quodam ducto Phaſidisque amnis aggere perfoſſo, eius fluenta in Doconum deriuarint, eaque ratione duo hi fluuii, qua parte inſula in orientem vergit, in vnum coëant, locumque cingant. Inde vero rurſus cum flexus quosdam anfractusque faciant, non exiguum campum intra ſe comple-

n) ὁ Δοκωνος

pleſtuntur. Vlterius vero progreſſi ad occidentem ſolem ſponte ſua coëunt, penitusque commiſcentur, ita vt, quicquid ab his intercipitur, perfecte inſulam efficiat.

§. 77.

Hic itaque collecti Romani ſubſiſtebant. Mermeroës vero cum ad Ollaria veniſſet, multisque contumeliis verborum mollitiem ignauiamque non audientibus obieciſſet, cenſuit, vlterius ſibi progrediendum non eſſe, neque inſulam inuadendam. Neque enim tanto exercitui commeatus in medio hoſtilis terrae ſuppetere potuiſſet, neque alioquin ad obſidionem bene comparatus erat. Quocirca redeundum ſibi Telephin et ad illas locorum difficultates nequaquam cenſens, tabulis cratibusque et ratibus eum in vſum confectis Phaſidis ripas iungens, ac veluti ponte ſternens, vniuerſum exercitum intrepide nemine obſiſtente traiecit, ac Perſas quidem, quos in Onogori locarat, caſtello, quod ipſe antea in ditione Archaeopolitana, vt aduerſus Romanos propugnaculi loco eſſet, ſtruxerat, cum animaſſet, validioreque praeſidio auxiſſet, omniaque illic, quantum poterat, communiſſet, Cotaeſium denuo et Muchiriſim p) ſe recepit.

Repente autem morbo quodam correptus, cum peſſime haberet, maxima validiſſimaque exercitus parte, qui ſua tuerentur, ibi relicta, ipſe in Iberiam conceſſit, aegreque in oppidum Megiſta ita dictum q) delatus, cum vim morbi ferre non poſſet, ibi tum vere tandem diem obiit Mermeroës, vir ſane inter Perſas praeſtantiſſimus, maximi conſilii, reique bellicae peritiſſimus, animique vehementer ſtrenui: qui quidem cum iam grauis annis et a multo tempore vtroque pede claudus eſſet, neque equitare poſſet, laboribus tamen perinde ac robuſtiſſimus aliquis iuuenis vacabat, neque vllos labores detrectabat; ſed lectica geſtatus in aciem prodibat, eaque ratione et hoſtibus terrorem incutiens et ſuos animans atque exhortans, quaeque facto opus erat recte adminiſtrans, multas retulit victorias. —

o) εις Ὀνυγυριν.

p) ἐς τε Κοταισιν και Μυχειρισιν.

q) ἐς πολιν Μεγισθα.

CAP. VII.

Imp. IVSTINIANO I.

CAPVT VII.

Caedes Gubazis regis a ducibus Romanorum perpetrata; Romanorum ad Onugurin clades; Lazorum de eo, quid agendum ſit, deliberatio; legatio ad Iuſtinianum Aug.; Tzatheus ab imperatore rex appellatus; a. C. 554. 555.

§. 78.

a. C. 554.

45 CHOSROES, cum ipſi Mermerois obitus renunciatus eſſet, dolorem, vt par eſt, ex illius interitu et moerorem concepit. Ne vero copiae militares, quae in Lazica erant, duce carerent, protinus Nachoragan eis praefecit, virum inprimis celebrem maximique nominis. qui cum iam apparatis rebus omnibus itineri accinctus eſſet, mira quaedam et nefaria in Colchica regione acciderunt.

§. 79.

Cum enim Romani, vt ſupra diximus, turpiſſima fuga arrepta, impedimentorum partem hoſtibus diripiendam reliquiſſent, Gubazes Lazorum per id tempus rex, dedecus illud non ferendum cenſens, metuens etiam, ne quid grauius in poſterum committ-

45. AGATHIAS p. 73-77. Vbi, cum a p. 60. inde varia de moribus et antiquitate Perſarum narraſſet, pergit: *At vero ne longioribus digreſſionibus excurſionibusque decorum excedam, ad Colchica certamina et ad priorem ſermonem eſt redeundum. Tum enim Choſroës, cum ipſi* cet. vid. §. 78.

mitteretur, confeſtim Iuſtiniano ſingula nunciauit, praefectos incuſans, totiusque facti culpam in eorum vecordiam referens; et quidem praecipue Beſſam incuſabat, poſt hunc Martinum et Ruſticum.

Erat vero Ruſticus genere Graecogallus [a], ibique non praefectum aut tribunum agebat, neque vllo militari munere fungebatur, ſed tantum pecuniae regiae quaeſtor erat — eius, quae e theſauris regiis mittebatur, vt ii, quorum in praeliis virtus et fortitudo emicuiſſet, meritis praemiis donarentur. Quocirca minime obſcurus erat hic vir, ſed inter eos, quorum auctoritas plurimum valeret, habitus; adeo vt etiam arcana maxime ei communicarentur, principumque mandata tum demum firma fidelioraque viderentur, cum huic placuiſſent.

Iuſtinianus vero etiam antea Beſſae erat infenſus; quod Petrae propugnaculo capto, ante Mermerois aduentum, cum oportuiſſet eum omnes ex Iberia aditus fortiſſime obſtruere, iuuante ipſum natura locorum, efficereque, vt ea ex parte Lazicos montes barbaris inacceſſibiles redderet: ipſe vero id prae vecordia neglexerat, vrbibus, quae ipſi creditae erant, obeundis, et pecuniae ex iis corrogandae intentus [b]. Illa itaque in animum reuocans imperator, cum et haec de eo adferrentur, facile eſt perſuaſus. Quocirca confeſtim Beſſam exauctoratum ac praeterea bonis ſuis exutum in Abaſgos [c]) relegauit, illic manſurum, donec aliud quid de eo ſtatueretur. Martino vero quantumuis grauiter offenſus, praefecturae tamen primatum reliquit: nam inter praetores ſiue principes militiae primum locum obtinebat, ſecundum vero Iuſtinus, poſt quem Buſes atque ita deinceps alii ſigillatim.

§. 80.

Atqui Martino et Ruſtico iam antea non bene cum Gubaze conuenerat, ſed ſimultas quaedam inter eos ſubardeſcebat grauis atrociſſimaque, ſed quae nondum in apertum incendium eruperat; nata quidem primum ex inuidia, ac deinde flabello perpetuae temerariaeque ſuſpicionis ſuſcitata atque adaucta. Omnia enim ipſius

a) Ελληνογαλατης.
b) Cfr. ſupra §. 60.
c) Interpres perperam Abaſgos ſcripſit.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 554.

ipſius facta ſaucio inuidia animo explorantes iisque ſe ipſis torquentes, ſimultatem fouebant, et confirmabant.

Gubazes itaque, concepta de illorum in ſe odio ſuſpicione, et ad mutuum odium exercendum prouocatus, acribus et contumelioſis verbis eos frequenter perſtringebat; tanquam parum viros et manus in lingua gerentes, nullamque rerum gerendarum curam habentes, atque ita in conuiuiis conuentibusque in ſua erga eos indignatione perſiſtebat: ſed neque, cum a finitimis gentibus legatio forte aliqua veniſſet, hos ad eam admittebat, immo ſubmouebat.

§. 81.

Hi vero, nequaquam id ferendum rati, et criminationes ad regem *e*) delatas ad animum reuocantes, atque ita ſecum ſtatuentes, non deſiturum eum ab ipſis criminandis, ſi qua in re iterum officio ſuo deeſſent, conſilium de tollendo e medio Gubaze inierunt, vt et acceptam iniuriam vindicarent, omnique in poſterum ipſius metu ſeſe liberarent. Variis itaque inter ſe conſiliis agitatis, quorum ſumma haec fuit, non ante interficiendum, quam imperatoris animum tentaſſent; Ioannem, Ruſtici fratrem, Byzantium mittunt, qui imperatori ſignificaret, Gubazen Medorum partes fouentem eſſe deprehenſum. Ioannes itaque quam maxime fieri poterat clam ad imperatoris colloquium cum perueniſſet, criminatus eſt Gubazen, perinde ac ſi jam defectionem feciſſet, et Perſas introducturus eſſet, breuique prouinciam totam eis traditurus, niſi confeſtim quocunque modo coërceretur.

Imperator vero inopinato hoc nuncio perculſus, nondum tamen plenam ei fidem accommodans, ſed mediam quandam opinionem tenens, „Age, inquit, curate, vt ad nos huc mittatur „. Metuens vero Ioannes, ne quando, ſi ille eo perueniret, fraus detegeretur, „Sit ita, inquit, domine. quid vero faciendum nobis, ſi id ſua ſponte facere detrectarit? eritne cogendus?„ „Quinimo, inquit rex, ſubditus cum ſit, maxima cum cuſtodia eſt able-

d) ἐκακηγόρει τε αὐτοὺς πολλάκις ὡς ἀνάνδρους καὶ ἀλαζόνας.

e) *Imperatorem Iuſtinianum* puta.

a. C. 554. Imp. IVSTINIANO I.

ablegandus„. Statim igitur ſermonem regis excipiens Ioannes, „Quid ſi, inquit, coactus reſiſtat, quid tum fiet„? „Quid, inquit imperator f), aliud, quam quod tyrannis ſolet, vt peſſime pereat„. „Nihil ergo, inquit Ioannes, ei erit metuendum, qui eum interfecerit„? „Nihil, inquit rex g), ſi reſiſtens et non obaudiens h) vt hoſtis perierit„.

§. 82.

Tali itaque reſponſo accepto i), cum in eandem fere ſententiam rex ad praefectos militiae ſcripſiſſet, nihil vltra eſt percunctatus; ſed abunde petitioni ſuae ſatisfactum cenſens, confeſtim ad Colchos reuertitur, litteras regias perferens. Quas cum Martinus et Ruſticus k) legiſſent, cum viderent, actum hunc ſcite inſtructum, ad audendum facinus ſeſe contulerunt. Conuocatis itaque Iuſtino et Buſe, id quod in animo ſuo agitabant, celantes, ſignificarunt, ad Gubazem quam citiſſime eſſe contendendum, et cum eo conſultandum, quo pacto Perſas Onogorin l) inſidentes collatis viribus adorirentur. Hi vero, hiſce rationibus perſuaſi, vna profecti ſunt, exigua quadam e legionibus manu comitati.

§. 83.

Gubazes vbi, aduentare ad ſe praefectos exercitus, cognouit, nihil plane ſiniſtri ſuſpicatus, circa *Cobum* amnem m) miſer eis obuiam procedit, ſecurus plane et nihil metuens, paucis admodum e ſuis comitatus, atque iis quidem inermibus, neque ad pugnam inſtructis. quidni enim ita veniret ad amicos et familiares, et nequaquam hoſtes, imo potius etiam exterarum gentium pro-

f) Omiſerat hanc vocem interpres.

g) Supplet h. v. interpres.

h) ἀντηκοῦστων. in textu lat. nos omiſſum erat.

i) τοιαῦτα δὲ τοῦ βασιλέως ἀποκριναμένου.

k) Non *Iuſtinus*, vt textus Latinus habebat.

l) Ὀνόγουριν. ita et infra Graece ſcribitur.

m) ἀμφὶ τὸν Χόβουν τὸν ποταμόν.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 554.

propulſatores? Ita vero equis inſidentes omnes diſſerebant inter ſeſe de praeſenti rerum ſtatu componendo.

Tum Ruſticus, „ Age, inquit, o Gubaze, coniunge te noſtrae in Perſas expeditioni, et communem nobiſcum laborum partem ſubi in illos Onogoria inſidentes. Turpe enim fuerit, ſi diutius eos in media noſtra regione ſecure reſidere patiamur, praecipue cum et pauciſſimi ſint, neque pares, qui nobiſcum proelio decernant. Tum Gubazes, „ At vos, inquit, boni viri, ſolos neceſſe eſt in hoc elaborare, penes quos ſolos eorum, quae acciderunt, omnis culpa conſiſtit. Niſi enim ſupina quadam ignauia vecordiaque in rebus gerendis praediti fuiſſetis, neque propugnaculum illud muro cinctum eſſet, neque adeo ignobilem turpemque fugam arripuiſſetis, neque quicquam eorum, quae haud par erat, factum fuiſſet. Nunc vero, viri optimi, ſi vos gloriae cupidos eſſe dicitis, et ſi animos in pectore praefectis militaribus dignos geritis, intermiſſio iſta officii vobis eſt reſarcienda. Neque enim vnquam vos ſequar, neque bellum adibo, donec omnia, quae a vobis peccata ſunt, correcta fuerint „.

His dictis confeſtim, perinde ac ſi contradictio ipſius euidens ſatis eſſet argumentum defectionis ad Medos et tyrannidis affectatae ac praemeditatae, Ioannes ille, qui malorum nuncium attulerat, ſtricto clam pugione, Gubazi pectus ferit, nondum tamen letaliter. Hic vero (habebat enim vtrumque pedem complicatum ſuper equi ceruicem) confeſtim procidit in terram, non tam, vt arbitror, manus ictu, quam inopinato deiectus. Volutantem vero ipſum humi et adhuc aſſurgere nitentem aſtans Ruſtici ſatelles, prout ei mandatum erat, enſemque capiti infligens, plene interficit. Hoc itaque modo Gubazen talibusque de cauſis interfectum dicunt, qui id optime noſſe creduntur.

Iuſtinus vero et Buzes dolebant quidem moleſteque ferebant, et atrox facinus eſſe cenſebant; quieti tamen manebant, exiſtimantes, Iuſtinianum haec aperte per litteras mandaſſe.

§ 84.

Lazorum vero exercitum vniuerſum ingens perturbatio et moeror inuaſit, adeo vt nec permiſceri deinceps cum Romanis, neque cum ipſis militare vellent; ſed, poſteaquam mortuum ex ipſo-

a. C. 554. Imp. IVSTINIANO I.

ipſorum more atque inſtituto tumulaſſent, ſeceſſione facta, a bello deinceps abſtinuerunt, vtpote atroci iniuria affecti, et patria gloria amiſſa.

§. 85.

Maxima enim eſt et ferox natio Colchorum, maximisque aliis imperant: et veteri Colchorum appellatione gloriantes, ſupra modum ſeſe ipſos extollunt et iactant, et fortaſſe non admodum temere. Inter nationes enim, quae ſub alieno imperio ſunt conſtitutae, nullam equidem aliam vidi ita celebrem atque felicem, tam opum excellentia, quam multitudine ſubditorum, locorum etiam opportunitate, abundantiaque rerum neceſſariarum, et morum elegantia ac dexteritate. Ac veteres quidem habitatores bonorum, quae adfert mare, prorſus erant ignari, quippe quibus ne nomen quidem nauis erat auditum, donec eo Argo illa appuliſſet. Huius vero temporis Colchi et nauigant, cum ita vſu venit, et ex mercatura quaeſtum faciunt; ſuntque de reliquo nequaquam barbari, neque ita viuunt, ſed ad ciuile ac legale viuendi genus ex conſuetudine cum Romanis ſunt traducti, adeo vt ſi quis aeripedes tauros hominumque e terra pullulantium ſegetem, aliaque portentoſa et incredibilia, quae ſcite de Aeeta finguntur a poetis, demat, praeſentia veteribus longe meliora comperiat.

§. 86.

Tales itaque cum eſſent Lazi, merito ſe intolerabili iniuria affectos cenſebant, vtpote rege ſuo atrociter priuati.

Statim vero Romani, incitante Martino, omnibus viribus adoriri parabant Perſas Onogoria inſidentes. Accepit vero iam inde ab antiquo hic locus eam appellationem, quod cum Hunni fortaſſe, ſuperioribus temporibus vocati Onoguri, illo ipſo in loco cum Colchis praelio decertaſſent [a]) victique fuiſſent, veluti monumenti et tropaei cauſa id nomen ei ab indigenis inditum fuerit; nunc vero temporis non ita a plerisque appellatur; ſed cum ibi templum eſſet ſacrum diuino illi Stephano, quem quidem primum olim aiunt pro Chriſtianis optime ſentientibus voluntarium

M 2 certa-

a) Ουγουρις, ἰσως ἐν τοις ἀνω λεγομενων, ἀυτȣ τȣ συμβαχθεντος των δη Ουνυγουρων ἐπι- λιντων τοις Κολχοις.

certamen adeuntem, lapidibus ab aduerſariis obrutum fuiſſe, ſtatutum eſt, vt ex illius nomine locus appellationem acciperet. Nos vero nihil, arbitror, vetat, quominus vetuſtiſſima appellatione notitiae cauſa vtamur, cum etiam hiſtoriae magis conueniat. Romanorum itaque exercitus expeditionem Onogorin verſus apparabat. caedis enim auctores hoc vrgebant, ſperantes, facile ſe propugnaculum hoc in poteſtatem ſuam redacturos; eaque imperatorem etiam intellecta fraude non magnopere ipſis infenſum fore, ſed poſtremi huius facti opportunitate facile omnem criminationem abs ſeſe remoturos.

Omnes itaque et praefecti et copiae, caſtris in Archaeopolis campo poſitis, teſtudines ita dictas apparabant et machinas iaciendis ingentibus ſaxis, aliaque id genus inſtrumenta, tanquam, ſi opus, murum oppugnaturi. p) —

§. 87.

46. Dum haec aguntur, vir quidam Perſa ad propugnaculum obambulans a Iuſtini ſatellitibus capitur. Is in caſtra delatus, flagris caeſus cogitur ſuorum conſilia ex veritate prodere; atque haec quidem indicauit: Nachoragam videlicet iam in Iberiam perueniſſe, ſe autem ab illo miſſum, vt copias, quae hic eſſent, animaret, tanquam praefecto propediem adfuturo: qui vero, inquiebat, Muchiriſin et Cotaeſium inſident Perſae, breui et ipſi ſunt venturi, popularibus ſuis q) ſuppetias allaturi; quippe qui iam certiores facti ſunt de veſtra in eos expeditione.

His ita dictis, confeſtim Romanorum praefecti deliberationem de rebus praeſentibus inſtituerunt; ac Buzes quidem cenſuit, cum vniuerſo exercitu aduentanti hoſti obuiam eundum. hiſce enim, vti veriſimile eſt, ob paucitatem victis, conſectaneum eſſe, eos, qui in propugnaculo erant, quamprimum ſeſe dedituros, vtpote ſubſidio deſtitutos: quod ſi vero reſtitiſſent, nullo negotio,

o) ταυτῃ τε τον βασιλεα, ἐι και τα τȣ δολȣ γνοιη, μη λιαν αυτοις χαλεπηναι.

p) In iis, quae hic ſequuntur, teſtudo (ὁ σπαλιων) ab Agathia deſcribitur.

46. AGATH. p. 78-80.

q) τοις ἐς Ουιγγεριν ὁμοφυλοις.

a. C. 554. *Imp.* IVSTINIANO I.

gotio ſubuerti poſſe. Placuit id conſilii etiam Vligango, Herulici exercitus duci r). — Ruſticus vero (confidentior enim iam violentiorque erat factus ſcelere ſuo, vt opinor, et vnanimi conſpiratione cum Martino animos ipſi addente) Buzen apertis ſcommatibus et contumeliis verborum petebat, veluti nunquam, quae ex re eſſent, perpendentem; conſultiſſimum autem eſſe dicebat, exercitum quidem ſuperuacaneo labore nequaquam affligere; ſed, copiis omnibus propugnaculo admotis, id ipſum facile in poteſtatem redigere et auxilium aduentans praeuertere; paucos vero, ſi ita videretur, in illos mittere, qui eos, quominus celeriter in ſe impetum faciant, morentur. Et certe Buzae conſilium longe erat melius et rerum naturae accommodatum, optimaeque belligerandi arti conſentaneum, ſtrenuitatem cum ſecuritate coniunctam habens.

§. 38.

Caeterum cum, vti veriſimile eſt, vniuerſa multitudo ſceleris perpetrati particeps eſſet facta, quod ſanguinariis illis ſe adiunxiſſet, eosque ſecuta eſſet; deterius quodque minus ex re communi erat, conſilium vicit, vt ſcilicet quamprimum poenas luerent. Mittuntur enim in illos, qui ex Muchiriſide aduentabant, viri equites non plures ſexcentis. horum ductores erant Dabragezas et Vſigardus s), ambo quidem natione barbari, Romanorum tamen cohortium duces; reliqui vero omnes vna cum praefecto propugnaculum aggreſſi ſunt, machinisque admotis portas tentarunt, copiis muro circumfuſis omni ex parte in hoſtem iaculabantur. Perſae autem et ipſi per pinnas diſcurrentes, omnibus eos, prout res poſtulabat, propulſabant; partim ſagittis aſſidue Romanos petentes, partim exteriorem murum tuentes. Lintea enim quaedam ſtragulaque e ſublimi ſuſpendentes, ea ratione telorum ictus infringebant, quippe quae hisce prius inflicta intricabantur. Magno itaque ſtudio ſummaque alacritate vtrinque pugnabatur, adeo vt praelium potius res ea, quam obſidio videri poſſet; tantus erat vtrinque animorum ardor et militarium facinorum

r) Hic omiſſa. vide T. I. in *Herulicis* §. 58.

s) Δαβραγεζας τε και Ουσιγαρδος.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 554.

rum oſtentatio; hiſce quidem pro ſalute ſua decertantibus, vtpote non mediocri diſcrimine eos circumſtante, his vero etiam turpe admodum eſſe cenſentibus, ſi, cum ſemel eos adorti eſſent, infecta re recederent, neque propugnaculum illud caperent, et Archaeopolin hoſtili vicinia liberarent.

§. 89.

Alii vero Perſae, ad tria bellicoſorum equitum millia, ex Cotaeſio et Muchiriſide †) Onogorin verſus mouerunt; in quos, negligentius et incautius procedentes nihilque hoſtile verentes, repente Dabragezas et Vſigardus cum ſuis copiis irruunt, et repentina illa impreſſione perculſos ſtatim in fugam vertunt.

Quod vbi Romanis obſidentibus eſt nunciatum, confeſtim ferociores in propugnaculum impetu facto, vela illa, quibus murus obductus erat, detraxerunt, et citra vllum ordinem compluribus in locis per muros diffuſi erant, tanquam facile deinceps omnia direpturi, vtpote hoſtibus, qui foris erant, fugatis, et nemine ipſos vltra infeſtatura.

§. 90.

At illi [Perſae] cum citiſſime cognouiſſent, non vniuerſum Romanorum exercitum in ipſos impetum feciſſe, ſed paucos admodum, quique ſpeculatores potius quam iuſti bellatores cenſeri poſſent; ſubito, ingenti clamore edito, in eos conuertuntur. qui, cum illam inuerſionem ferre non poſſent, fugatis terga vertentes, concitatiſſimam ipſi fugam arripuerunt: vrgebant vero eos Perſae quam proxime inſectantes, adeo vt fere acciderit, dum hi capere, hi effugere nituntur, vtrique ſimul, tam ii, qui fugiebant, quam qui fugabant, tergisque imminebant, ad reliquas Romanorum copias mixtim peruenerint.

Tumultu vero ingenti, vti par eſt, excitato, neglecta obſidione quaeque iamiam futura ſperabatur propugnaculi expugnatione, vna cum ipſis praefectis aufugerunt: ne tantula quidem mora facta, dum reſciſcerent, quid ageretur, aut quis fugientium, quis

†) In Interpretatione Lat. erat *Muchiſiridi*, in Gr. eſt, vt ſupra Μυχειρισιδος.

a. C. 554. *Imp.* IVSTINIANO I.

quis fugantium eſſet numerus; ſed ita praecipiti turbulentoque curſu ferebantur, perinde ac ſi eos Panicus pauor inuaſiſſet. Perſae vero, eo ipſo multo audentiores facti, acrius inſequebantur. Praeſidiarii enim, qui in propugnaculo erant (ſpectabant enim, quae agebantur), repente erumpentes, reliquis Perſis ſe coniunxerant, ſimulque deinceps Romanos inſequentes, manifeſtiorem eorum fugam fecerunt. Atque equitatus quidem Romanorum vniuerſus facile concitatiſſimo curſu extra telorum iactum eſt delatus; ex peditatu vero multi caeſi ſunt, ponte fluminis, *Cathari* dicti v), eos retardante, per quem omnino eis tranſeundum erat. Illic enim cum ob anguſtiam multi ſimul eum transmittere nequirent, trudebant ſeſe mutuo, contraque trudebantur; et nonnulli quidem eorum in amnem proruebant, nonnulli retrorſum pulſi et, qua venerant, redeuntes, in hoſtium manus incidebant, erantque omni ex parte peſſima peſſimis miſta; fortaſſis autem vniuerſi tum temporis ad internecionem periiſſent, niſi Buzes praefectus, clamoribus eiulationibusque ipſorum exauditis cognitaque periculi magnitudine, conuerſus cum ſuis copiis et barbaris ſe opponens, ſenſim inſectationem intercidiſſet, donec illi pontem transgreſſi aegre tandem in tuto, vbi et reliqui omnes, conſtitiſſent. Nam ex anterioribus caſtris, quae prope Archaeopolin poſita erant, nemo plane ipſis rediit; ſed praetercurrentes ipſos prae metu, omnique commeatu et aliis rebus neceſſariis maiorisque pretii ibi relictis, et ad interiora loca fuga euadentes, non ſolum illuſtrem ac glorioſam, verum etiam quaeſtuoſam hoſtibus victoriam praebuerunt. Hi enim, cum illic campos hominibus vacuos inueniſſent; ſoluto dirutoque vallo, omnia, quae in eo erant, depraedati, laeti ad ſua redierunt, prioraque iterum loca occuparunt. Atqui quo pacto non cuiuis valde perſpicuum fuerit, diuinam quandam iram iniuſtae caedis cauſa Romanorum copias circumueniſſe, cum peſſima conſilia ſecutae fuerint, et quinquaginta non minus virorum bellatorum millia a tribus Perſarum millibus adeo turpiter fugata, quamplurimis deſideratis. Porro ipſi etiam caedis auctores non multo poſt extremam poenam luerunt, vt in progreſſu narrabimus.

§. 91.

v) του Καθαρε λεγομενε ποταμε.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 554.

§. 91.

Tum vero ingruente hieme per oppida et propugnacula vniuerſus exercitus eſt diſtributus, prout cuique ad hibernandum locus eſt deſignatus.

47 Interea Colchorum res dubiae admodum turbataeque erant, cum et vniuerſi principes inter eos viri haererent animi quid agerent, quoue ſe verterent. Cum itaque ad quandam Caucaſi montis conuallem maximam gentis ſuae partem clam conuocasſent, ne inaudiri a Romanis, quae tractabantur, poſſent, propoſuerunt ad deliberandum, vtrum ad Perſas tranſeundum eſſet, an vero apud Romanos adhuc manendum. Statim vero multi ſpargebantur ſermones, aliis hoc, aliis illud vrgentibus. Confuſaneus vero et turbulentus clamor excitabatur, adeo vt neque quis diceret, neque quid diceret, aperte diſcerni poſſet. Tum principes, indicto multitudini ſilentio, iubent, vt, qui, quid facto opus videretur, compoſite proponere vellet, accederet, quicunque tandem is vel qualiscunque eſſet.

§. 92.

Vir autem quidam ſpectabilis, *Aeetes* x) nomine, qui prae aliis omnibus factum hoc moleſte indigneque ferebat, et alioqui Romani nominis oſor Perſicisque rebus ſemper ſtudens, nunc et quidem magis ſpecioſo cauſae praetextu abutens factum ipſum, ſupra quam par erat, exaggerare nitebatur; aſſerens, res praeſentes deliberatione non egere, ſed confeſtim apertiſſime ad Medos tranſeundum eſſe. Aliis vero contra dicentibus, non oportere ita repente totam vitam immutare, priusquam, lentiore deliberatione habita, quod maxime e re foret, compertum exploratumque eſſet; tum ille ira concitatus, cum aſſurrexiſſet, et in medios proſiliiſſet, concionem habuit veluti in ſenatu populari. erat enim eloquentior, quam ſolent eſſe barbari, quique ſententiis ipſis oratorem agere poterat, naturae dexteritate adiutus. In hunc itaque modum verba fecit:

„Si

47. AGATH. p. 81-90.

x) Αἰήτης.

a. C. 554. *Imp.* IVSTINIANO I.

„Si verbis vos aut conſiliis laeſiſſent Romani, recte profecto etiam nos ſimilibus rebus iniuriam vindicaremus. Nunc vero, quonam pacto hoc ſit tolerandum, illos quidem atrociſſimis malis nos affeciſſe, nobis vero compenſandae iniuriae occaſionem cunctando et deliberando effluere! Neque enim dici poteſt, quod nondum quidem hoſtes rebus ipſis factisque ſint deprehenſi, ſed tantum veriſimile ſit, eos hoc molitos eſſe atque in animo habuiſſe; neque neceſſe eſt, argumenta quaedam commemorare, ad latentes et tectas ipſorum inſidias probandas; ſed Gubazes quidem, vir tantus, adeo miſere e medio ſublatus eſt, veluti aliquis e multis et neglectioribus. Euanuit iam vetus illa Colchorum dignitas, neque deinceps nobis danda eſt opera, vt aliis imperemus, ſed eo contenti ſimus, ſi liceat ab iis, qui olim nobis ſubditi fuerunt, non peſſime tractari. Quo pacto vero non ſit valde abſurdum, ſi de iis, qui haec perpetrarunt, ſedeamus deliberantes, vtrum eos inimiciſſimos, an vero amicos declaremus? Atqui ita ſtatuamus oportet, non intra hoſce terminos eorum audaciam ſubſtituram, ſed, nobis crimen hoc negligentibus, illos non deſtituros, ſed quietos nos minore cum metu maioribus malis affecturos. Sunt enim vt plurimum ferociſſimi in ſubditos, et clientes ſuos deſpectui habere conſueuerunt. Habent vero etiam regem verſutiſſimum, quique praeſentium ſemper rerum mutatione delectatur; vnde et factum eſt, vt haec caedes confeſtim fuerit perpetrata, ipſo quidem acriter incitante, his vero promte miniſtrantibus; et deuaſtati tantum non ab ipſis ſumus, cum nulla eos iniuria prouocauerimus, neque vlla ſimultas cum eis interceſſerit; ſed eadem, qua antehac, nobiscum conſuetudine vtentes, atrociſſima iniquiſſimaque in nos commiſerunt, tanquam repente vnoque temporis momento crudelitate, inſania, odio, omnibusque aliis id genus malis repleti. At Perſarum non iſtiusmodi ſunt mores; plurimum profecto intereſt. Quos enim ſemel amicos fuerint nacti, eos firmiſſima amicitia complecti pergunt; in hoſtem vero, quamdiu eſt hoſtis, infenſos infeſtosque animos gerunt.

„Optarim equidem, Colchorum remp. priſtina vigere potentia, ita vt externis ac peregrinis auxiliis non idigeret, ſed ipſa ſibi rebus omnibus pace belloque ſufficeret. Cum vero ſiue

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 554.

temporis lapſu, ſiue fortunae aduerſitatibus, ſiue etiam vtroque compulſi, eo impotentiae venerimus, vt aliis ſubditi ſimus, conſultiſſimum duxerim, illis ſubeſſe, qui moderatiores aequabilioresque ſunt, quique beneuolentiam in ſuos et in foederatos ſartam tectam conſeruant. Ita vero ſuperiores euademus iis, qui vere nobis ſunt hoſtes, ſi neque omnino commiſſum facinus impune abeat, ſimulque in poſterum ſecuritati rerum noſtrarum conſuluerimus. Nam ſubdoli eorum et blandi mores, quos prae ſe ferentes, doloſa quadam lenitate fictitiaque familiaritate credulos fallunt, iniuriisque afficiunt, irriti plane et ſuperuacanei erunt; neque ipſis facultas ſuppeteret aduerſus nos iis vtendi, cum nulla nobis ob hoſtilitatem conſuetudo cum iis ſit interceſſura, ſed aperte diſiuncti ſimus futuri. Quod ſi vero etiam bello nos aggredi tentarint; ſi aduerſus Lazos ſimul et Perſas congrediendum fuerit et quidem in hoſtili regione, ne primum quidem eorum impetum ſuſtinere poſſint, qui modo cum vniuerſo exercitu ab exigua quadam Medorum manu confeſtim in turpiſſimam fugam verſi, et adhuc tantum non prae curſu anhelantes ſpiritum trahunt, et omnibus quidem, vt ita dicam, aliis victis ſola vero celeritate inſequentes Perſas vicerunt. Huius vero rei apertiſſima expeditiſſimaque cauſa ignauia merito dicatur et conſiliorum prauitas. Adhaereſcunt enim ipſis reuera tanquam propria atque innata probra haec; ad quae a natura inſita vitia cum acceſſerit voluntarium ſcelus, duplicauit eis malum, quippe qui a diuina numinis cura ob piaculare facinus admiſſum exciderunt. Victoria enim non tam armis, quam pietate ſtabilitur; neque vnquam ſummae illius bonitatis auxilium ſceleratos et piaculares homines conſecuturos exiſtimauerim. His itaque, ſi ſapimus, nequaquam eſt adhaerendum, quibus neque mens eſt optime conſtituta, et is, a cuius manu omnium ſalus dependet, eſt infenſus „.

„ Oſtenſum ergo eſt aperte rebus ipſis potius, quam verbis, noſtrum ad Perſas tranſitum facilem maximeque conducibilem nobis et Deo inprimis gratum fore. Sed neque inique feciſſe, aut infidi fuiſſe videbimur. Nam et antea ſaepenumero a Romanis contumeliis laceſſiti, tamen vel ita in eodem ſtatu manendum duximus, vaniſſimum eſſe iudicantes, facile immutari cauſis aliquot oblatis, quae, vt ſint grauiſſimae, ferri tamen poſſint, ne-

que

a. C. 554. *Imp.* IVSTINIANO I.

que ſunt prorſus intolerabiles. At vero cum extremis atque irremediabilibus malis afficiamur, facile id ſemper minimeque moleſte ferre, neque vllis iniquis atrociſſimisque factis offendi, dixerim non eſſe hominum moderatorum, ſed timidorum et miſerorum, ſuamque circa publicum vecordiam, curioſitatis fugam falſa appellatione vocantium. Hoc autem caedis ſcelere neque atrocius vllum apud alios perpetrari queat, neque perpetratum negligatur. Quocirca neque nobis negligendum eſt, ad quorum ignominiam pertinebit, ſi quando viſi fuerimus obliti regis, interfectoribus adblandientes. Si enim fieri poſſet, vt ipſe nunc coram ſiſteretur, acriter profecto vos increparet, et negligentiae contemtusque ſui inſimularet; quod ſcelerati iſti ſuis adhuc in terris degant, neque multo ante ſint eiecti. Quoniam vero neque adfuturus eſt ipſe deinceps, neque vos compellaturus, vos virum illum cum animis veſtris reputate, et tanquam in medio huius concionis ſtans mentibus veſtris repraeſentetur, oſtendens quidem vulnus circa pectus et ceruicem acceptum, gentique ſuae ſupplicans, vt vel nunc vindictam de hoſtibus ſumant. Ad haec quis noſtrum eos admiſerit, qui in dubium vocant, et conſultant, an aequum ſit, Colchos Gubazis commiſeratione tangi? Verendum enim nobis eſt, ne, cum metuimus, vt parum honeſtus noſter ad Perſas tranſitus videri poſſit, piaculi participes ſimus, deſerentes eum, mortuique vindictam negligentes; magisque ex eo perfidi cenſeamur, ſi vita tantum illius ſtudium amoremque noſtrum erga ipſum metientes, vna cum ipſo etiam memoriam abiiciamus. Rebus enim proſpere ſuccedentibus, magna dementia fuerit priora inſtituta immutare; cum vero contrario modo res feruntur, inconſultum putarim, non ſtatim euentibus accommodari. De conſtantia enim ex rebus rationi conſentaneis fit iudicium. Praeſentium vero rerum ſtatum conſtanter tolerare, non ſemper eſt laudabile, ſed quando vna adeſt prudentia. Vbi autem contingit, quae curae eſſe oportebat, negligere, et, quae non decet, amplecti; ibi magis culpandus venit, qui prioribus adhaereſcit, atque inſiſtit, quam qui ad alia ſe transfert„.

„Haec itaque cum e nobis audierint intellexerintque Perſae, amore ſuo merito nos complectentur, et propugnabunt, cum ſint humani pariter et magnanimi, quique finitimorum animos

 optime

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 554.

optime explorare norunt; et, quod amplius eſt, regio adeo opportuna, adeoque inſignis exercitus, quem illi multis pecuniis opibusque potiorem duxerint, ſpontanea denunciatione in belli ſocietatem ab ipſis fuerit admiſſa. Ne quid igitur aliud praeter haec cogitetis, ſed ſtatim rem ipſam aggredimini, et, quod animo cogitaſtis, detegite. Ita enim et ſummam laudem conſequemini, aequa iuſtaque facientes, et ad veſtram rem vtilitatemque pertinentia ".

§. 93.

Haec cum dixiſſet Aeetes, vniuerſa ſtatim multitudo concitata eſt, et acclamauit, eoque ipſo die ad Perſas tranſire deſiderabat, cum nec illi certiores eſſent facti, neque ipſi ita comparati, vt vel latere Romanos, vel eos propulſare, ſi prohiberent, poſſent; ſed nihil plane eorum, quae euentura eſſent, cum animis ſuis perpendentes, neque quem exitum ipſorum conatus eſſet habiturus; familiare alioqui hoc eſt inſitumque multitudini vitium, vt nouitati ſtudeat et mutationibus rerum delectetur. Hi vero etiam acrius irritati concitatique erant, non ſolum vt barbari, ſed etiam quod aequam cauſam eſſe cenſebant; et Aeetae y) orationem ſummopere eſſent admirati; quod quidem etiam vehementius ipſos commouit, atque turbauit.

§. 94.

Ita vero ipſis tumultuantibus vir quidam *Phartazes* z) nomine, praecipuae cuiusdam inter Colchos auctoritatis, prudens etiam ac moderatus et valde popularis, compeſcuit eorum impetum, ardoremque reſtinxit, precatus, ne hoc negotium aggrederentur antea quam etiam ſe aliquid dicentem audiſſent; aegre autem reuerentia illius viri perſuaſis, ſuoque loco manentibus, progreſſus etiam ipſe in medium, in hunc modum verba fecit.

„Nihil noui vobis accidit, o Colchi, quod vi verborum valde ſpecioſorum animis ſitis perturbatis. Inuicta enim res eſt eloquentia, quaeque omnes homines percellit, praecipue vero eos, qui

y) Nomen interpres ſupplet.

z) Φαρτάζης.

A. C. 554. Imp. IVSTINIANO I.

qui nunquam antea eius periculum fecerunt; non ita tamen, quin ei reſiſti poſſit prudenti conſideratione, quaeque ex rerum delectu pendeat. Ne igitur, quae dicta ſunt, a vobis approbentur, conſiderantibus, quod repentino tantum et inſueto, non autem honeſto et vtili probabilia ſint viſa. Intelligite vero potius, quod, tametſi haec valde vobis grata videantur, meliora tamen in iis amplecti licet: euidensque vobis fraudis argumentum ſit, facile perſuaderi. Nam ei, qui falſa velit ſuadere, maiore ornatu varietateque verborum eſt opus; quocirca multo orationis lenocinio vtens, ſimpliciores citius attrahit. Ita vero etiam vos, cum Aeetes illecebroſas quasdam fallacesque argutias adhibuerit, neſcitis ipſi, quomodo decepti ſitis. Et quidem vt nihil aliud, illud certe apertiſſime cuiuis conſtare poteſt, quod aliam quandam ſtatim initio quaeſtionem iniecerit, ab iis, quorum cauſa conuenimus, alieniſſimam. Perinde enim atque nobis omnibus, non eſſe atrocia, quae acciderunt, dicentibus, et turpem hanc caedem nequaquam accuſantibus, atque hoc ſolum conſiderantibus, an reuera deliquerint, qui Gubazem interfecerunt, illorum accuſationem praeteriit, multaque verba de iis, quae iam cognita ſunt, conſumſit. Ego vero exſecrabiles eſſe duco Deoque inuiſos, quosque libentiſſime viderim nece omnium atrociſſima periiſſe, non tantum percuſſores, quique ſuis ipſorum manibus caedem perpetrarunt, verum etiam omnes eos, qui, cum prohibere poſſent, permiſerunt; et eos inſuper, qui gauiſi ſunt, et qui non maiorem in modum indoluerunt. Neque tamen, quamquam ita ſum affectus, ad Perſas tranſire expedit; neque quisquam hoc ita accipiat, tanquam conſentaneum rationi et annexum, quod, quia illi leges proculcarunt, oporteat etiam nos patriis inſtitutis valedicere, neque ipſis quidem vt perfidis infenſos eſſe, eandem vero, quam ipſi, opinionem tenere. Neque enim nunc id, quod praeteritum peractumque eſt, infectumque reddi non poteſt, reputare oportet (ne videlicet animo ira indignationeque ſuccenſo deliberantes, imprudentes iudicium noſtrum obfuſcemus, ſanioris potiorisque conſilii inuentionem nobis praeripientes); ſed ita hoc malo affici, vt non neglexiſſe id videamur; proſpicere vero, vt reliquae res quam optime conſtituantur. Dementium enim eſt, ob praeterita mala perpetuo augi atque diſcruciari; ſapientium

 autem,

Imp. IVSTINIA-NO I. a. C. 554.

vero, inordinata fortunae momenta cognoſcere, et mutatione viciſſitudineque rerum non commoueri, neque, prioribus priuatos, futurorum etiam ſpem omnem abiicere. Sed hic quidem conſultor, cum iamdudum Perſarum ſit ſtudioſus, nosque ad illos tranſire peroptet, perterrefacere nos, vt pueros, conatur; quod Romani iis, quae iam in nos auſi ſunt, contenti non ſint futuri, ſed atrocioribus malis affecturi. quodque rex ipſis ſit nouarum rerum ſtudioſiſſimus, ipſequemet auctor impulſorque fuerit caedis multo antea tempore deliberatae et procuratae. atque haec dicens, Perſas miris laudibus extollit, perſuaſurum ſe nobis hac ratione, credens, vt ſupplices ſpontaneique transfugae fiamus iis, qui nobis natura ſunt infeſtiſſimi hoſtes. Nam ad hunc vnicum ſcopum collimat, hoc iam ab initio parturit et enititur, vt, quae ſtudioſe procurauit, perficiantur; et inconſulte ſuadens, conſultationis ordinem confundit, ac turbat, inutilisque vt ſit efficit. Conſultatio enim ſemper praecedere conſueuit, res non plane manifeſtas examinationi ſubiiciens, vbi vero tandem, quid facto ſit opus, eſt percognitum, tum ſane neceſſe eſt, vt adſit voluntas et deſiderium conſequendi ea, quae ſunt placita atque decreta. Hic autem ex fine principium facit, volens iam, priusquam aliquid perpenderit. Quisnam igitur fuerit conſultationis fructus, ſi iudicio eſt poſterior?"

„Vos autem, o Colchi, animis nullo praeiudicio occupatis et ad vnum aliquem praeſtitutum finem vos dirigentes, 'ita ad conſultationes accedite, deinde ad id, quod decretum fuerit, vos conuertite [a]. 'Contrarium enim, quam hi, ordinem ſequi oportet [b], intellectumque purum ac liberum ſuique iuris adferre, vt, rebus, quae in conſultationem adducuntur, accurate perpenſis, quod conſultiſſimum maximeque ex re eſt, exſequamur. Sic itaque conſultantibus vobis ſtatim apparebit, quod neque a Romanis legionibus, neque a praefectis vniuerſis, multo vero amplius neque ab ipſo eorum imperatore inſidiae Gubazi fuerint ſtructae. Peruulgatum enim iam apud ipſos et in confeſſo eſt, quod Ruſticus

a) οὕτως ἐπὶ τὰς ζητήσεις b) τοὐναντίον γὰρ τούτοις [illegible] πρὸς πέρας τὸ [illegible] ἐπειδὴ κοσμίως προσήκει [illegible]σκευάζειν.

a. C. 554. *Imp.* IVSTINIANO I

ſticus et Martinus proſperae illius fortunae inuidentes, in vltroneam animi feritatem ſint abrepti, reliquis ducibus non ſolum non adiuuantibus, verum etiam acerbe ferentibus. Iniquum itaque et praeterea inutile fuerit, ob vnius fortaſſis atque alterius culpam publicas leges, quas obſeruare conſtituimus, proterue violare, vniuerſumque vitae noſtrae inſtitutum, cui amice aſſueuimus, adeo leuiter immutare, eorum vero, qui in praeſidiis prouinciae pro nobis, vt tranquille iucundeque c) viuamus, excubant d), proditores ac deſertores declarari: et, quod omnium eſt maxime impium, rectam de religione et ſacrorum myſteriorum dignitate opinionem atque doctrinam aſpernari. Quo pacto enim non id facere videbimur, ſi ad infenſiſſimos diuini numinis hoſtes conceſſerimus? Si enim illi prohibuerint, ne noſtram deinceps religionem colamus, ſed ad ſuam nos adegerint, quid grauius nobis accidere poſſit, ſuperſtitibus pariter et mortuis? Quid enim lucri fecerimus, ſi vniuerſam (faciamus ita eſſe) Perſiam nobis adiunxerimus, animarum vero iacturam fecerimus? Quod ſi vero permiſerint, et conceſſerint, firma tamen beneuolentia nos nequaquam proſequentur, infida vero et dubia, quamque ſola vtilitate metiantur. — Cuius itaque boni ſpe, o Colchi, ad Perſas deſciſcemus? ſi etiam ita nobis futuri ſunt hoſtes, neque aliquid amplius in praeſentiarum inde nobis accedet, quam quod tanto facilius ab illis laedi poterimus, quanto difficilius ab occulto, quam aperto, hoſte nobis cauere poſſumus. Atqui, ſi videtur, demus ita eſſe, factum ipſum neque cum aequitate neque cum honeſto pugnare, et ſtatuamus, Perſarum mores conſtantes eſſe ac fidos, quodque perpetuo pacta conuentaque ſint obſeruaturi. Vt enim etiam haec dentur, nihilque aliud nobis impedimenti ſit reliquum, at vires noſtrae non ſufficient. Quo pacto enim ad alios transeamus, cum nobis Romani immineant, et quidem adeo multi ac fortiſſimi, quique praeſtantiſſimos nacti ſunt duces? Quo pacto vero etiam fieri poſſit, vt non atrociſſimam vindictam incurramus, iis quidem, quos auxilio nobis venire oportet, procul hinc in Iberia cunctantibus lenteque procedentibus; iis vero, qui vltionem

c) ἐν εὐπαθειᾳ.
d) και πολλας ἀεις κινδυνων ἀναδεχομενων. omiſit interpres.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 554.

nem exigent, vniuerſam regionem occupantibus et in noſtris vrbibus habitantibus? Atqui, vt inſignis iſte vir ait, ne primum quidem noſtrum impetum ſuſtinebunt, argumento ex iis, quae paulo ante acciderunt, ſumto. At quis ignorauerit, bellorum viciſſitudines nequaquam certa neceſſitate accidere; nec eos, qui nunc forte male rem geſſerunt, perinde aduerſam ſemper fortunam habituros. Nam e contrario victoria frequenter ad victos tranſit, et fortunae aduerſitatem emendat. Non oportet igitur nos, perinde ac ſi pro ſuo more et conſuetudine in omnibus deinceps praeliis eſſent ſuccubituri, ſupra modum eſſe confidentes. Si enim eo ſolo fuerunt victi, quod non ſatis, quid facto opus eſſet, perpenderent, nobis quidem hoc exemplum in noſtrum vſum eſt conuertendum, et praecauenda, quae temeritatem conſiliique praecipitantiam conſequuntur pericula. Neque enim ex praeterito caſu certam nobis de ipſis victoriam poſſumus polliceri. Veriſimile enim eſt, eos, qui antea errarunt, experientia ipſa, quid fugiendum ſit edoctos, id, quod omiſſum neglectumque fuit, maiore deinceps in rebus gerendis cura compenſaturos. Si vero Deus ipſis eſt offenſus ob nefariam caedem commiſſam, ideoque hisce malis afficiuntur; quid opus eſt, etiam nos ei adeſſe, noſtramque operam conferre, perinde atque ſi ille per ſe iuſtitiae exercendae non ſufficeret, ſed noſtro auxilio indigeret? Qualis vero impietatis exceſſus aliis relinquetur, ſi ſummam hanc bonitatem noſtra defectione contemnamus, quae etiam, nobis quieſcentibus, nos, vti par eſt, propugnat? Nemo itaque nobis mortuum Gubazem verbis in medium adducat, parum viriliter eiulantem, et populares ſuos ſuppliciter orantem, vt ſui miſereantur, plagas corpori ſuo inflictas oſtendendo. Haec enim vitioſis effeminatisque animis fortaſſis conueniant, nequaquam vero adſcribenda ſunt regi, et quidem Lazorum, atque adeo Gubazi. Si enim ille coram adeſſet, grauiter certe, vtpote pius et cordatus vir, vos eiuſcemodi conſilia agitantes inſimularet, iuberetque non ita animis cadere atque elangueſcere, et ſeruilem in modum aufugere: quin potius animo Colchico et liberali reſumto aerumnam fortiter ſuſtinere, et nihil turpe patriisque moribus indignum committere; ſed praeſenti rerum ſtatui inſiſtere, certam fiduciam con-

a. C. 554. *Imp.* IVSTINIANO I.

concipientes, diuinum auxilium Colchicae genti e) nequaquam defuturum. Proinde quo pacto non vehementer abſurdum fuerit, ipſi quidem violenter interfecto veriſimiliter haec probari, nobis vero, beneuolentiam erga ipſum praetexentibus, contraria deliberari? Sed vereor, ne vel ea ſola de cauſa, quod haec animo cogitationeque agitauerimus, maximas poenas ſimus ſubituri. Si enim incerta ſpe dubioque euentu et variis in vtramuis partem momentis obnoxio defectionem moliti eſſemus: erat profecto etiam hoc graue, in tantarum rerum motu a ſola fortuna pendere; licuiſſet tamen fortaſſe iis, qui hoc conſilii ceperant, liberius impudentiusque id aggredi. 'Si vero prauitas huius conſilii et mala inde exſpectanda omni ex parte ſunt conſpicua et manifeſta f), quo pacto non ſint digni odio, qui vos in hanc cogitationem induxerunt? Quomodo igitur abſtinendum vobis ab illis ſit, et quidem moderate dictum eſt. Ego vero ita ſentio, factum ipſum, ita vt accidit, imperatori eſſe nunciandum, vt nimirum iuſtiſſime animaduertat in praecipuos caedis auctores. quod quidem ſi fecerit, noſtra cum Romanis ſimultas conſopietur, et laborum expeditionumque ſocietatem priſtinamque cum ipſis conſuetudinem redintegrabimus. Si vero repulſam patiamur, petitionemque noſtram reiiciat, tum demum deliberandum erit, an aliam viam ingredi expediat. Ita enim facientes neque mortui Gubazis g) obliti eſſe videbimur, neque temeritate potius quam conſilio res noſtras inſtituere,,.

§. 95.

His dictis, Colchi palinodiam, vt eſt in prouerbio, cecinerunt, ſententiamque mutarunt; praecipue vero ipſos eo adduxit, quod metuerent, ne, 'ſi quando ad Perſas deſciſcerent h), recta etiam de Deo opinione religioneque ſua priuarentur i). Poſtquam

e) In Gr. tantum τȣ ἔθνους.

f) ἐι δε πρῶττον δεικνυται το κακον.

g) Nomen in Gr. omittitur.

h) Gr. tantum ἐι μεταςαιεν.

i) την ἐπι τῳ κρειττονι δοξαν ἀφαιρεθειεν.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 554. 555.

quam igitur Pharazis k) ſententia vicit, ſtatim optimi quidam nobiliſſimique Colchicae gentis viri delecti ſunt, qui l) Iuſtiniano imperatori, quae in Gubazem perpetrata eſſent, nunciarent, omnemque ei fraudem detegerent; quodque ille quidem Perſarum partibus nunquam ſtuduiſſet, neque aduerſus Romanos aliquid eſſet molitus; Martinus vero et Ruſticus, quod illos prae ignauia vecordiaque frequenter errantes merito increparet, eisque ſuccenſeret, hanc ipſi calumniam ſtruxerant, et innocentem trucidarant.

Supplices itaque imperatorem m) orarunt, vt defuncti manibus hoc gratificaretur, nihil vero aliud dixerunt, quam vt facinus illud impunitum non relinqueret, regemque illis deſignaret non alienigenam, neque peregrinum, ſed Tzathem, iuniorem Gubazis fratrem, qui tum temporis Byzantii degebat. vtque ita ipſis denuo patria lex conſeruaretur, et regii generis iam inde ab antiquo continuata, ſibique conſtans et inuiolata ſucceſſio.

§. 96.

Imperator itaque (aequum enim id ipſi videbatur et iuſtum) quam citiſſime eorum petitioni ſatisfecit, et Athanaſium, vnum ex primariis ſenatoribus, qui accurate in factum inquireret, et de eo ex praeſcripto Romanarum legum ſententiam ferret.

Qui cum aduenisset, Ruſticum quidem ſtatim Apſaruntem miſit, atque in illius vrbis carcere cuſtodiri iuſſit. Ioanni vero, qui regem n) fefellerat, et tum temporis admodum clam ſe inde ſurripuerat, et fuga ſalutem parere nitebatur, huic, inquam, Ioanni, qui hac de cauſa ſe in iter dederat, forte fortuna obuius eſt factus Maſtrianus, vnus e regiis ſatellitibus, quos ſcribones vocant; miſſus autem erat illuc, vt Athanaſio miniſtraret, et, quae ille iudicaſſet, exſequeretur. Maſtrianus itaque eum apprehenſum ad iudicem Anaſtaſium o) duxit, qui etiam hunc Apſaruntem miſit,

k) τῷ Φαράζῃ, ita et ſupra §. 94.

l) Addit h. interpres Gr. tantum: — ἀπαγγεῖλαι.

m) Interpres ſupplet h. vocem.

n) *Iuſtinianum Auguſtum.*

o) *Athanaſium* potius, caeterum nomen h. l. in Graeco plane omittitur.

a. C. 555. Imp. IVSTINIANO I.

ſit, vt ibi in carcere et cippo haereret tantiſper dum diſceptatio iudicialis, quae iam apparabatur, eſſet abſoluta.

§. 97.

Statim enim ineunte vere Nachoragan Muchiriſin venit, et confeſtim copias coëgit, quantaque poterat diligentia ſe ad bellum comparabat. Nihilo ſecius vero etiam Romani circum inſulam congregati, ſeſe ſumma vi apparabant, et iudicium merito protrahebatur. Quid enim ipſis eo rerum ſtatu maiori curae eſſe debebat, quam res ad bellum neceſſarias optime conſtituere?

§. 98.

Iam vero etiam TZATHES p) vna cum Sotericho q) Byzantio aduenerat, paterno regno eiusque inſignibus a Romanorum imperatore veteri more ac ritu acceptis. Sunt autem haec, corona aurea pretioſis diſtincta lapidibus et palla ad talos demiſſa, auro intertexta, calcei murice tincti et mitra ſimiliter auro et lapidibus variata. Chlamydem vero purpuream Lazorum regibus geſtare fas non eſt, ſed tantum albam, non tamen omnibus communem et conſuetam. Circa medium enim illius aureum quoddam textum vtrinque reſplendet, regia autem fibula chlamydis lapidibus etiam aureis inde pendulis alioque apparatu eſt inſignis.

Ingredientem itaque iam ſuam ditionem Tzathen et regio habitu ornatum confeſtim praefecti et vniuerſus exercitus Romanus ſalutantes debitisque honoribus afficientes, ei praeibant ſplendidiſſimis armis induti et equis plerique vecti. Lazi vero ad laetitiam conuerſi, aegre tandem depoſito moerore, ſeriatim ipſum deducebant, tubis omni ex parte clangentibus et ſignis in altum ſublatis; eratque pompa ſplendida admodum atque magnifica et magis, quam Lazorum regnum fert, faſtuoſa.

Tzathes itaque iam regno inauguratus, adminiſtrabat deinceps omnia, gentemque ſuam regebat, prout ſibi viſum erat, et patrius mos ſuadebat.

p) ὁ Τζάθης. q) σὺν Σωτηρίχῳ τῷ στρατηγῷ.

Imp. IVSTINIANI NO I.

CAPVT VIII.

Belli Miſimianici breuis narratio; colloquium Nachoragan inter et Martinum, Perſam illum, hunc Romanum, de pace habitum, irritum; Perſarum ad Phaſidem vrbem clades; a. C. 555.

a. C. 555.

§. 99.

48 Soterichvs autem praefectus [qui Tzathen in regnum comitatus fuerat], ſtatim iter ad quos miſſus erat arripuit. Adferebat enim pecuniam a rege, quam finitimis barbaris bellicae ſocietatis cauſa diſtribueret. — Poſteaquam autem ad Miſimianorum ditionem peruenit Soterichus (qui quidem Colchorum regi parent, vt et Apſilii, diuerſa tamen vtuntur lingua aliisque legibus; —) 'et ad Buchloum, ipſorum arcem circa fines Lazorum ſitam, cum ſuis conſedit. Miſimiani, ne arcem illam Alanis prodere in animo haberet, veriti; eum inde faceſſere iuſſerunt. Quod moleſtiſſime ferens Soterichus, Miſimianos ad ſe miſſos baculis caedi iuſſit. Quo facto irritati Miſimiani noctu Soterichum adorti, eum cum comitibus fere omnibus trucidarunt' a).

§. 100.

48. AGATHIAS p. 90-92.

a) Locum integrum vide in Miſimianicis §. 1. 2.

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

§. 100.

Haec vero omnia poſteaquam Romanorum praefectis ſunt renunciata, indigne quidem ea moleſtiſſimeque tulerunt: vlciſci tamen e veſtigio non ſatis poterant, occupatione circa maioris momenti rem praepediti. Iam enim Nachoragan ſexaginta bellatorum millia ad inſulam ductabat, quam Martinus et Iuſtinianus, Germani filius, eorumque copiae inſidebant. 49

b) Aderat autem Romanis militum grauioris armaturae portio duorum circiter millium; quos ductabant Balmach, et Cutilſis, et Iliger, celebratiſſimi apud illos viri. Qui circa Archaeopolin caſtra ponere iuſſi, vt hoſtes, quoad poſſent, infeſtarent, iisque illac tranſitum difficiliorem redderent; de aduentu hoſtium a Colcho quodam certiores facti; eos, ſubito oppreſſos, in fugam coniecerunt. Hoc videns Babas, Romanorum dux, Archaeopoli cum ſuis effuſus, tantam eorum edidit ſtragem c), vt vix in vniuerſum mille ad Nachoragam ſint reuerſi.

§. 101.

50 Qui [Nachoragan], cum conatus hic non ex ſententia ſucceſſiſſet, confeſtim ad inſulam ſe recepit; caſtrisque iuxta Romanos locatis Martinum ad ſe in colloquium vt veniret, exciuit. qui cum aduenisſet, „Tu, inquit, praefecte, cum ita ſis induſtrius ac prudens, vnusque ſis ex iis, qui praecipuae ſunt inter Romanos potentiae, an non vis vtrumque noſtrum regem labore ſimul atque hoſtilitate liberare? patierisne ipſos quam diutiſſime mutuis ſeſe damnis afficere? Quin potius, ſi tibi placuerit pacta et foedera inire, age, Trapezuntem, ponticam vrbem, cum exercitu te transfer; nos vero Perſae hic manebimus. Ita fiet, vt de induciis, aut pace ſtabilienda per otium agamus, fidis vtentes internunciis; niſi vero volens ac libens exercitum hinc abduxeris, ſcito, o bone, quod per vim profligaberis. Certiſſimam enim habeo victoriam, eamque nihilo difficilius mihi comparabo, quam hanc

49. Id. p. 92-94.

b) οἱ ἐκ των Οὐννων μισθοφοροι των δη Σαβειρων ονομαζομενων. omiſit interpres.

c) Locum integrum Vid. *Tom. I. in Hunnicis §. 182.*

50. Id. p. 94-106.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 555.

hanc poſſeſſionem„. Simulque, haec dicens, anulum, quem geſtabat, oſtendebat. Ad haec ſubiiciens Martinus, „Et mihi, inquit, pax in votis ſummoque in pretio eſt, teque eam proponentem et conſtituentem amabo; melius vero haec nos perfecturos, putarim, ſi tu quam citiſſime in Iberiam te transtuleris, ego vero Muchiriſin me recepero. Atque ita de rebus noſtris diſpiciemus. De victoria vero liceat tibi iactabunde et arroganter loqui, eamque inter venales et noſtro arbitrio ſubiectas ac parabiles res collocare. Ego vero victorias Dei vnius voluntate librari cenſeo, eamque non ad faſtuoſos valdeque elatos vergere, ſed ad eos, quibus ille omnium productor atque moderator annuerit„.

§. 102.

Haec cum Martinus perſtrenue honeſtiſſimeque reſpondiſſet, barbari arrogantia offenſus, pace infecta a mutuo colloquio diſceſſerunt. atque hic quidem ad caſtra, Martinus vero in inſulam ſe recepit. Nachoragan autem nequaquam ibi commorandum cenſens, ad Phaſidem vrbem ſe conferre ſtatuit, eoque potius Romanos euocare. Facillimum enim expugnatu illic eſſe propugnaculum audierat, quippe quod totum e lignis exſtructum eſſet, et circumiectos campos inuaſu faciles et caſtris metandis accommodatos haberet.

Atqui vrbem Phaſidem a fluuio ei cognomine ita vocatam eſſe, omnibus, arbitror, eſt notiſſimum; qui quidem fluuius Phaſis non procul ab ea fluit, et circa ipſam in Euxinum pontum fertur. Ad littus enim et oſtia vrbs ſita eſt; diſtat autem ab inſula ſex ſummum paraſangis, occaſum verſus.

§. 103.

Confeſtim itaque Nachoragan intempeſta nocte ſcaphis, quotquot ſecum plauſtris aduexerat, in flumen immiſſis atque inter ſe iunctis, inſciis Romanis eas et pontem ſtrauit, et exercitum vniuerſum in oppoſitam ripam transmiſit. Cupiebat enim in eam oppidi partem, quae Auſtrum ſpectat, peruenire. e qua parte Phaſidis fluenta nequaquam ſibi impedimento fore videbantur

tur muro appropinquanti; nam is in Borealem delabitur et protenditur partem.

Nachoragan itaque d) ſub primum diluculum mouens e ripa iter ſuum continuauit, inſulaque quam remotiſſime praeterita ad vlteriora proceſſit. Romani vero cum vix tandem hora diei ſexta pleno iam foro cognouiſſent, Perſas flumen traieciſſe, vehementer perturbati erant, ſummaque vi adnitebantur hoſtes circa oppidum praeuenire. Quocirca triremibus omnibus e) et actuariis triginta remorum nauibus, quotquot in portu ſtationem habebant, milite completis, velociſſimo ſecundo flumine ferebantur. At Nachoragan eos anteuerterat, iamque ad medium inter inſulam et vrbem locum peruenerat, totamque fluminis f) latitudinem lignis lembisque inter ſe iunctis interſepſerat, elephantorum caterua retro oppoſita, quantum et quousque illi progredi potuerant. Romanorum vero claſſis eminus id conſpicata, puppim reflexit, validoque retrorſum remigio vtens vt magna vi ac difficultate contra aduerſum rapidi fluminis impetum nitens, ſeſe recepit. Duas nihilominus naues vectoribus vacuas Perſae ceperunt. viri enim, cum etiam ſeſe captum iri viderent, vndis ſeipſos audacter commiſerunt; pro maiore, vti arbitror, et praeſenti periculo minus eligentes, et fortunae incertitudinem periclitari malentes. Quocirca et leuiſſime in vndas deſiliebant, et in imo maxima ex parte gurgite natantes g) aegre ad ſuos euaſerunt.

§. 104.

Tum itaque Romani Buzem h) quidem apud inſulam reliquerunt, cum ſuis copiis res illic omnes curaturum, et, ſi opus eſſet, opitulaturum; reliqui vero omnes transuerſim traiecto flumine, aliaque per continentem incedentes via, ne in eadem, quae hoſtes inſidebant, loca venirent, in vrbem Phaſidi fluuio cognominem perueniunt; portisque recepti praefecti praeſidia per muros ſuo quaeque ordine diſponunt; neque enim putabant, ſeſe viribus pares fore, ſi ſtataria pugna praeliandum eſſet. Primus igitur

d) και ὁ μεν.
e) τας τριηρεις,
f) της δινης.
g) και ὑποβρυχιοι ἐπιπλειστον διανηξαμενοι.
h) Βουζην τον στρατηγον.

Imp. IVSTINIA-NO I. a. C. 555.

igitur Iuſtinus, Germani filius, cum ſuo agmine in editiſſima vrbis parte ad mare vergente locatur; exiguo vero abhinc ſpatio praefectus ſtabat et Martini copiae. Sub ipſum autem medium Angilas, Mauros penes ſe habens peltatos et haſtigeros, Theodorus vero Tzanos grauioris armaturae et Philomatius, Iſauros funditores et iaculatores habens; neque procul ab his ſtationem habebat Longobardorum et Herulorum manus, ductante vtrosque Gibro. reliqua muri pars in ſubſolanum deſinens orientalibus agminibus ſub Valeriano praefecto conſtitutis curae erat. Hunc itaque in modum Romanus exercitus in muri praeſidio erat diſpoſitus.

Vallum etiam munitiſſimum exterius ipſis exſtructum erat, a quo primos hoſtium inſultus ſuſtinere poſſent, quodque muro vice propugnaculi eſſet, cui non immerito, vtpote ex lignis conſtructo, metuebant, et alioquin non vna in parte prae vetuſtate vitium fecerat; ideoque etiam ampliſſimam in orbem foſſam duxerant, quae ita aquis erat referta, vt ea ipſa labris effuſa acuminatos etiam palos, qui denſe ſuffixi erant, obtegeret, ita vt cerni non poſſent. Lacum enim, quem paruum mare appellant, et in Pontum Euxinum fertur, eo deriuarant, facileque omnia replerant; naues etiam onerariae grandiores quam proxime ad vrbem admotae ſublimes habebant corbes, ad ipſa malorum carcheſia ſubuectos, firmiſſimisque vinculis dependentes, vt et turribus magnitudine altitudineque longe eſſent ſuperiores; deſuper ſtabant milites et nautae, quotquot audaciores erant et bellicoſiores, arcus geſtantes et fundas, aliasque machinas i) imponentes ad idoneum vſum praeparatas. Sed et aliae naues per flumen adductae ex vtraque parte aderant, quibus praeerat Valerianus, ſimili modo atque aliae inſtructae, vt hoſtes vtrinque ex editioribus locis icti propulſarentur, ſi propiore obſidione vrbem premere vellent. Ne vero naues hae in fluuio diſpoſitae facile a quoquam laedi poſſent, Dabragazanthes k) tribunus et quidam

i) μηχανας τε ἐκηβολους. Δαβραγαζων τις vid. infra
k) Δαβραγαζωντης. forte not. *m.*

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

quidam ordinum ductor, Elmingirus nomine [l]), prout eis per praefectos mandatum erat, decem actuarias naues bipuppes e copiis, quibus praeerant, inſtruxerunt, quibus altius prouecti magna cum vigilantia fluuium tuebantur, tranſitusque omni ex parte circumſpectantes obſeruabant, modo medio fluminis alueo, modo huic, modo alteri ripae adnauigantes. 'Interea vno earum nauium, quas antea Perſae vacuas ceperant, noctu dormientibus vniuerſis aeſtu exorto, fune, quo ad littus alligata erat, rupto', rapidiſſime celerrimeque ad Romanos, quibus Dabragazes [m]) praeerat, delata eſt. qui quidem eam conſpicati, laeti ceperunt, inſperataque captura ſunt gauiſi, quod nauis, quae antea vacua ab ipſis abierat, viris plena rediiſſet.

§. 105.

Interea Nachoragan cum vniuerſo exercitu e caſtris mouens, vbi appropinquauit, velitando et iaculando tentare volens Romanos, an eruptionem facerent; eaque ratione apertiſſime cognoſcere, quo pacto ſibi in ſequentem diem res bellicae praeparandae eſſent. Perſae itaque ſimulatque ad teli iactum peruenerunt, confeſtim more ſuo ingentem ſagittarum vim emittunt, multisque Romanorum vulneratis, alii quidem adhuc pugnando reſiſtebant, alii pugna exceſſerunt. Angilas vero et Philomathius, et ex ipſorum agminibus viri ducenti, tametſi Martinus vniuerſo exercitui imperarat, vt ſuo quisque loco ſe contineret, et e tutò pugnaret, nihilo minus tamen e porta ipſis proxima euolantes, in hoſtem ferebantur. Theodorus vero, Tzanici agminis dux, initio quidem ſuos continuit impetumque repreſſit, temeritatis eos arguens; cum vero illi dicto audientes non eſſent, ipſe etiam ſe pluribus, non quidem libens, adiunxit, et cum illis in hoſtem iuit, ne timidus cenſeretur, eaque ſola de cauſa honeſtum conſilium ſpecioſe praetexere. Factum enim ei nequaquam probabatur, particeps tamen illius eſſe volebat, quemcunque tandem exitum eſſet

l) *καὶ Οὖννος τις λοχαγος Ελμιγγειρος ὀνομα*. an idem, quem infra p. 123. Agathias Ελμινζυρ vocat, de quo vid. *Tom. I. Hunnica* §. 257.

m) Δαβραγαζων.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 555.

eſſet habiturum. et certe parum aberat, quin omnes ibi ſimul periiſſent, niſi aliud quoddam conſilium a Deo corroboratum ſaluti eis fuiſſet. Dilimnitae enim, qui eo loci ſtationem habebant, inſtructaque acie ſtabant, contemta aduentantium paucitate, quieti eos opperiebantur, neque ſe loco ſuo dimouebant: cum vero iam propius acceſſiſſent, confeſtim ſinuatis diductisque cornibus vniuerſos circumueniunt, et in orbem veluti cornua cingunt. Romani autem omni ex parte concluſi, non iam de damno vllo hoſtibus inferendo cogitabant: praeclarum vero atque inauditum facinus cenſebant, ſi vlla ratione poſſent euadere. Conglobati itaque praetenſis haſtis confertim in hoſtes, qui oppidum verſus ſtabant, irruunt; qui cum eos maximo impetu et tanquam deſperata ſalute in ſe ferri viderent, confeſtim aciem inter ſeſe mutuo diremerunt, ac ſepararunt, hominum, cum certa propemodum morte luctantium et extrema audentium, neque, quo ipſis audacia euaſura eſſet, reputantium, impetum nequaquam ſuſtinentes. Sic itaque permittentibus Perſis Romani effugio elapſi laeti ſeſe intra murum receperunt, ſimulque portam clauſerunt. In tantum diſcrimen venerant nulla alia re praeclare geſta, quam quod ſola fuga ſalutem ſibi peperiſſent.

§ 106.

Perſarum vero baiuli, qui iamdudum in opplenda foſſa laborarant, iam illam totam opplerant, et quicquid omni ex parte abruptum diuulſumque erat, compoſitum iam adaequatumque erat, ita vt exercitui, oppugnationem muri adituro, locus peruius eſſet, et arietes aliaeque machinae expugnandis vrbibus accommodatae non difficulter moenibus admoueri poſſent. Multum vero temporis pro multitudine operarum eo in opere triuerant. Cum enim lapides maxima ex parte humumque ingeſſiſſent, replendae foſſae haec non ſufficiebant. ligna etenim ad manum non erant, niſi procul inde e ſilua caeſa multo cum labore adferrentur. Romani enim iam antea agros omnes vrbi circumiectos, et praeterea omnia viatorum diuerſoria, et ſi quae alia in proximo erant domicilia, incenderant; eo nimirum conſilio, ne hoſtes, commodam illic aptamque ſuis vſibus materiam nacti, facile opera machinarentur. Eo itaque die nihil aliud memoratu dignum eſt geſtum.

geſtum. nocte autem ingruente Nachoragan ſe cum copiis ſuis in caſtra recepit.

§. 107.

Poſtridie vero Martinus, cum ſuorum animos confirmare vellet, hoſtes vero percellere, vniuerſum Romanorum exercitum in vnum coëgit, tanquam de praeſenti rerum ſtatu conſultaturus.

Confeſtim vero in medium venit (ita enim id ipſe procurarat) vir quidam non admodum notus, puluere obſitus, perinde ac ſi eſſet longinquum iter emenſus: is ſe recenter Byzantio venire dicebat, litterasque ab imperatore adferre. Quas cum praefectus libentiſſime accepiſſet, ac reſignaſſet, non arcane apud ſe perlegit, neque ſolis oculis tacitus percurrens in animo ſuo earum ſummam premebat, ſed alta voce recitabat, vt omnes exaudirent, ‘quarum ſumma haec erat, Mittere imperatorem alium exercitum, numero ei, quem iam haberet, parem, non tam neceſſitatis, quam honorificentiae atque oſtentationis cauſa’. Statim itaque interrogatus, vbinam eſſet exercitus, reſpondit, quatuor tantum Perſicis paraſangis non longius abeſſe; relictos enim ipſos circa *Neognum* [n]) fluuium, adhuc ibi ſtationem habentes. Ad haec Martinus, iracundiam quandam vultu ſimulans, „Retrocedant, inquit, quam citiſſime, domumque redeant. — Indignum enim ſit, ſi, cum hi viri iamdudum nobis commilitones fuerint, — et iam eo rem adduxerint, vt non procul abſint a profligando hoſte, et pleniſſimae victoriae corona adipiſcenda; illi poſt neceſſitatem aduenient, et paria cum hiſce praemia auferant. — Annon, inquit, etiam vobis, viri commilitones, iſta videntur„? At illi fauſta acclamatione praefecti ſententiam vt aequiſſimam approbarunt. ipſique multo fidentiores ſunt redditi, perinde ac ſi nullo alio ſubſidio indigerent. Praecipue vero ipſos ad contentionem aemulationemque mouebat ſpes ſpoliorum; quodque breui omnia ſe direpturos ſperabant, vtpote hoſtibus deletis; et hoc vnum eis erat curae, quo pacto inter ſe praedam partirentur.

n) Νεοκνον. ita et infra ſcribitur.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 555.

§. 108.

Euenit vero etiam aliud, quod Martinus animo praeceperat. Rumor enim hic in vulgus ſparſus lateque circumuagatus ad ipſos etiam Perſas erat delatus; quod vtique alter Romanus exercitus ad Neognum fluuium perueniſſet, et iamiam ſe cum aliis eſſet coniuncturus. Pauor itaque vniuerſos inualit, metuentes, ſi, cum tantis laboribus attriti eſſent, aduerſus recentem integrasque vires adferentem exercitum ipſis confligendum eſſet. Nachoragan vero, nihil cunctatus, mediocrem equitum turmam e Perſicis agminibus miſit ad eum tractum, per quem putabat tranſituros illos, de quibus fama deceptus erat. qui cum eo veniſſent, magna diligentia vigilantiaque vtebantur in re ſuperuacanea. Occupatis enim opportunioribus locis, ex inſidiis opperiebantur eos, qui nequaquam erant venturi, eo videlicet animo, vt in ipſos, ſecure tumultuarieque procedentes, quod nimirum inexſpectati venirent, irruerent, progreſſusque celeritatem retardarent, quoad vsque oppidum expugnatum eſſet. Atque ita quidem Perſarum non exigua manus fruſtra laborabat, a reliquo exercitu ſubducta.

Nachoragan vero etiam ita exercitum eduxit, anteuertere ſcilicet eorum aduentum cupiens, qui nullo modo erant venturi, animoque valde elato in Romanos ferebatur, palam iactans atque inſuper iurans, ſe eo ipſo die vrbem totam cum ipſis hominibus incenſurum. Oblitus enim erat, vti veriſimile eſt, prae ſuperbia, fanaticus iſte, quod ad proelium iret, rem adeo dubiam atque incertam, multisque in vtramque partem inclinationibus et viciſſitudinibus obnoxiam, maxime vero omnium a diuina quadam ſuperioreque neceſſitate dependentem; cum ne paruae quidem res vllae in eodem ſemper ſtatu permanerent; ſed etiam infinitae hominum nationes, frequentiaque oppida et vita vniuerſa commutentur ſubinde, et perturbentur, et ſpes de rebus vniuerſis perpetuae agitationi fluctuationique ſint obnoxiae. Hic vero eo ſuperbiae deuenerat, vt etiam operariis et miniſtris, qui per ſiluam diſperſi arbores praecidebant, ſiue lignandi cauſa, ſiue conficiendis machinis bellicis, his, inquam, omnibus mandauit, vt, cum fumum in altum ſublatum cernerent, ſcirent, ignem iam Ro-

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

manorum ligneo ſepto immiſſum, opereque, quod in manibus erat, omiſſo, curſim ad ſe venirent, ſimulque ignem immitterent, vt eo facilius omnia incendio conflagrarent.

§. 109.

Atque hic quidem, talia apud ſe iactans, oppidi murum adoritur. Iuſtinus vero Germani filium (neque enim exiſtimabat, Nachoraganum tum temporis vrbem inuaſurum) cogitatio quaedam, diuinitus credo, ſubiit, ad ſanctiſſimum quoddam templum, quodque Chriſtianis maximo in honore erat, neque procul ab vrbe diſtabat, quam citiſſime ire Deique opem implorare. Delectis itaque ex Martini et ſuis copiis fortiſſimis quibusque bellicoſiſſimisque viris, et quinque millibus equitum, omnibusque veluti ad proelium armatis, cum illis proceſſit, ſequentibus ipſum ſignis reliquoque apparatu militari. Caſu vero accidit, vt neque Perſae eos abeuntes ſint conſpicati, ſed neque hi illos oppidum verſus venientes; ſed diuerſa via adducti, confertim impetum in moenia fecerunt, maioreque multo, quam antea, iaculatione ſunt vſi, tanquam ita et quidem magis Romanos perterrituri, citiſſimeque vrbem directuri: adeo vero denſae ſimul ſagittae ferebantur, rurſusque aliae atque aliae ſuper alias, vt vniuerſum intermedium aerem ſua denſitate obtegerent veluti inter ſe coagmentatae. Comparaſſet quiſpiam rem ninguori ingenti, aut grandini vehementi cum violentiſſimo vento ruenti. Alii vero machinas admouebant, et tela ignita iaciebant: alii teſtudines (machinas ita dictas) ſubeuntes, ſecures muro impingebant, quippe qui ligneus erat, ideoque facile diſcindi poterat: alii pauimentum ſoli ſuffodere conabantur, et ad primam baſin peruenire, atque ita, quod compactum et coagmentatum erat, conuellere atque ſubuertere. Romani contra in pinnis et propugnaculis murorum ſtantes, acriter animoſeque reſiſtentes pugnabant, veluti re ipſa oſtendere volentes, nequaquam opus eſſe, vt ipſis nouae copiae ſubſidio venirent, apparuit vero manifeſte in ipſo opere, quam vtilis efficaxque Martini dolus fuiſſet. Omni enim ex parte inceſſanter adlaborabant, nihilque plane, quod ad propulſandum hoſtem pertineret, omittebant. Nam et haſtae multae telaque e ſublimi iacta hoſtes vulnerabant, vtpote in nudam nullisque propug-

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 555.

naculis tectam multitudinem incidentia; quaeque aliorſum ferri non poterant: ſaxa etiam plauſtralia in teſtudines iiciebantur, omnem illarum contextum perrumpentia; quin et minores lapides fundis eiecti galeas Medorum ſcutaque perfringebant, et ad murum quam proxime accedere non ſinebant, multum moleſtiae ac damni inferentes. Eorum vero, qui in corbibus ſtabant o), prout modo dixi p), alii quidem ſagittis, vtpote ex ſublimi miſſis, quamplurimum laedebant, alii machinas peritiſſime tractabant, et pernicia quaedam tela, magna cum violentia excuſſa, longiſſime ferebantur, adeo vt etiam multos barbaros procul adhuc inde aduenientes ex improuiſo vna cum ipſis equis traiicerent, ſubitoque proſternerent. Tum ingens excitatus eſt clamor, et tubae vtrinque bellicam quandam cantionem, ſiue claſſicum, accinebant. Perſae vero tympanis perſtrepebant, et ingentes vlulatus terroris excitandi cauſa edebant; equorum etiam hinnitus, ſcutorum ictus, et loricarum fracturae, confuſaneum quendam atque immanem ſonitum miſcebant.

§. 110.

Interea Iuſtinus e templo reuertens, quid rei ageretur, e turbulento ſonitu ſtrepituque cognoſcens, conuerſo ſtatim equitatu et in ordinem reducto, ſigna in altum tollere iubet, omnesque operi vt ſe accingant, iubet, ita ſecum ſtatuentes, non absque diuini numinis nutu factum, quod oppido exiuiſſent; ſed vt inopinata irruptione hoſtibus metum iniicerent, et ab obſidione profligarent. Simulatque vero paululum progreſſi Perſas in murum impetum facientes ſunt conſpicati, tum vtique confertim clamore edito in eam partem irruunt, quae iuxta mare inſtructa acie ſtabat (ex ea enim etiam ipſi parte venerant) ſtatimque alii quidem contis, alii ſariſſis, alii enſibus ferientes, quicqnid obuium erat, ſternebant; violentioreque impetu in denſos hoſtium ordines facto, ſcutisque protrudentes, condenſatam confertamque eorum aciem perfregerunt.

Perſae vero hunc illum exercitum eſſe rati, quem aduentare intellexerant, quodque clam et inſciis iis, qui ſeiuncti a reliquo

o) τοῖς ὀικητοῖς. p) Vid. §. 104.

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

quo exercitu in ipſos miſſi erant, iam aduenifſent, perturbatione ac metu pleni, et confuſanee in ſe ipſos reuoluti, ſenſim retroceſſerunt, pedemque retulerunt. Quod cum Dilimnitae eminus cernerent (ſub mediam enim muri partem pugnabant) paucos quidem ibi reliquerunt, caeteri ad eam partem, quae maxime laborabat, ſe contulerunt.

§. 111.

Angilas vero et Theodorus, Romanorum duces, quorum etiam ante memini, animaduerſa paucitate eorum, qui manſerant, confeſtim cum ſatis valido agmine eruptionem ex oppido faciunt, et nonnullos quidem etiam obtruncant, nonnulli vero in fugam ſe dederunt; quos ipſos Romani perſequi non deſtiterunt. Dilimnitae autem haec conſpicati, qui Perſis laborantibus auxiliaturi iuerant, rurſus in contrarium vertuntur, Romanis obuiam ire volentes, melius conſultiusque exiſtimantes, ſi potius popularibus ſuis quam citiſſime ſubuenirent, inordinato ſtudio effuſoque curſu ferebantur, ita vt indecenter fugientibus magis quam in alios euntibus ſimiles viderentur. Currebant enim tanquam ſuis opitulaturi, plus tamen perturbationis, quam irae, prae ſe ferebant.

Perſarum autem exercitus, vt iam quam proxime ipſis inſtructa acie ſtabat, cum videret Dilimnitas ita tumultuarie et ſine ordine ferri, neque aliud, quam fugere eos, rati, ſecumque reputantes, nequaquam illos eam turpitudinem in ſe admiſſuros, niſi in extremum aliquod et ineluctabile periculum redacti fuisſent: tum vtique etiam ipſi turpiter terga vertentes, ſunt diſſipati, et praemeditata iam obſcureque tentata fuga in apertum erupit. Dilimnitae enim haec de Perſis opinantes, ſocios ſeſe illis adiunxerunt; vnaque fugerunt, fallentes ſimul et falſi.

§. 112.

His itaque peractis, maxima Romanorum vis muris effuſa, manifeſtiorem Perſarum fugam reddidit, tergis eorum inhaerendo, et extremos metendo. Alii vero alia ex parte irruentes, aduerſus reſiſtentes adhuc et conglobatos acriter pugnabant. Laeuum enim barbarorum cornu iam aperte inclinauerat, ſolutumque erat; qui vero in altera ſtabant, fortiſſime repugnabant. Elephanti enim pro

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 555.

pro vallo obiecti et proruentes, ſicubi confertis clypeis pugnam inirent Romani, ſtatim aciem turbabant, et ſagittarii, qui eis vehebantur, Romanos irruentes grauiter laedebant, vtpote in ſublime elati, certaque eo, quod editiores eſſent, tela iacientes. quin et equitum turmae diſcurrentes facile inuadebant atque turbabant pedites et grauioris armaturae milites; iamque ex ea parte Romani ad fugam inclinati pedem referebant. Vir autem quidam inter eos e ſatellitibus Martini Ognarus nomine in ſummas anguſtias redactus, adeo vt nullum ei pateret liberum effugium, ac iam de ſalute ſua deſperans, et quodammodo fortunae aleam periclitans, irruentem in ſe quendam e ferocioribus elephantis, magna vi ad imam frontem circa ſupercilium haſta ferit, ſpiculo ita adacto atque impacto, vt quod reliquum erat haſtae propenderet. At hic accepti ictus impatiens, atque inſuper haſta circa oculum rotante perturbatus, confeſtim retroactus atque in orbem ſe verſans, et promuſcidem — inſtar flagelli huc illuc torquens, multos Perſarum percuſſit et in altum iecit; — totum deinde exercitum Perſicum conturbauit —.

Cum itaque tumultus et perturbatio vehementer iam inualuiſſet, Romani, quotquot antea muros egreſſi erant, et ſi qui forte intus manſerant, vniuerſi in vnum agmen conglobati, et fronte aciei quam validiſſime ſcutis communita, in hoſtes ita adhuc confuſos irruunt; qui, vt praeteritis laboribus defatigati, cum impetum ſuſtinere non poſſent, citiſſime fugerunt; at ne id quidem ordine aliquo ſeruato fecerunt, neque ita perſequentes propulſarunt, ſed diſſipati diſperſique ſunt alius alio, prout cuique ſucceſſit. Quin et Nachoragan ipſe, inopinato rei euentu obſtupefactus retrorſum curſim adequitabat, ſignificans omnibus flagello et mandans, vt quam celerrime fugerent, quod quidem iam ab illis factum erat. Sic vtique illi iactantia ſua in contrarium ceſſit. Romani vero non antea perſequendi ac trucidandi barbaros finem fecerunt, donec Martinus ſufficere ratus per tubam eos reuocauit, iraque percitos eorum animos mitigauit. Atque ita Perſae aegre tandem ad caſtra ſua ſalui euaſerunt, non minus quam decem bellatorum millibus in eo conflictu deſideratis.

§. 113.

a. C. 555.

§. 113.

Romani autem ex perſecutione reuerſi, teſtudines reliquasque Perſicas machinas circa murum relictas incenderunt; vnde cum ingens eſſet flamma excitata, miniſtri et baiuli, qui ad ſiluam caedendam [a Perſis] miſſi erant, cum e longinquo interuallo fumum ſurſum tendentem alteque in aëre volutantem eſſent conſpicati, confeſtim miſeri ad oppidum contenderunt, exiſtimantes, quod quidem Nachoragan antea ſuperbe iactarat q), moenia conflagrare. Concitato itaque curſu ferebantur: veriti, opinor, ne poſt feſtum, quod aiunt, venirent, omniaque ante ipſorum aduentum in fauillas et cinerem eſſent redacta. Certabant itaque inter ſe celeritate, neſcientes, fore, vt, qui vinceret, primus moreretur. Omnes enim ex ordine a Romanis capti obtruncatique fuerunt perinde ac ſi ea tantum de cauſa veniſſent. Perierunt itaque non multo pauciores duobus millibus. Tot viris operariis et in re bellica minime exercitatis, quique nunquam in aciem prodiiſſent, vltronei cuiusdam atque inopinati exitii auctor fuit Nachoragan, qui inconſulta imperarat. —

§. 114.

His vero ita peractis, Romani quidem optima ſpe pleni erant, ſe in poſterum facile ſuperiores futuros, ſi fortaſſe barbari praelium inſtaurare tentarent. Quotquot vero ipſorum in conflictu perierant (erant autem non pauciores r) ducentis) eos honeſtiſſime ſepelierunt, laudata eorum ſtrenuitate, quippe qui vt viri fortiter rem geſſiſſent: hoſtium vero cadauera ſpoliarunt, et ingentem armorum aliarumque rerum vim acquiſiuerunt. Neque enim ſcuta et loricas tantum et pharetras nonnulli caeſorum geſtabant, ſed et torques aureos, et monilia, et inaures, aliaque id genus muliebria exquiſitaque ornamenta, qualibus notabiliores honoratioresque Medi ornari ſolent, vt ſpectabiliores ſint, et a vulgo ſecernantur.

§. 115.

q) Vide ſupra §. 108.

r) οἱ πλειους.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 555.

§. 115.

Nachoragan vero, cum iam ipſum commeatus aliaque neceſſaria deficerent, et iam bruma immineret, praeliandi quidem deſiderium prae ſe ferebat, et ad hoc ſe comparabat; re tamen ipſa conſilium deſideriumque ſuum non praeſtabat; ſed Dilimnitarum agmine poſtridie ad ſtadium emiſſo, et aduerſa in Romanos fronte ſtare iuſſo, eoque ipſo praelii abs ſe committendi exſpectationem excitans, ſenſim ipſe cum reliquis copiis Cotaeſium et Muchiriſidem verſus mouit.

Cum vero iam maximam viae partem confeciſſet, tum et Dilimnitae ſoluta acie facillime diſceſſerunt, vtpote leuiter ſemper armati expeditioresque, et praeterea robuſti pedibusque celeres.

Aduentabat autem etiam alia ipſius Perſici exercitus pars, quae ad Neognum fluuium antea miſſa fuerat, propter Martini dolum, quemadmodum ſupra a me dictum eſt [s]. Cum enim cognouiſſent, victos quidem eſſe Perſas, Romanos vero vniuerſa iam regione potiri, confeſtim occultiore itinere et a publicis viis remoto Muchiriſidem peruenerunt, conflictuum quidem nequaquam, dedecoris vero ex fuga et quidem multo turpius participes. Poſteaquam igitur vniuerſus exercitus in vnum conueniſſet, maiore equitatus parte ibi relicta, et Waſriſe, viro inter Perſas celeberrimo magiſtro equitum eis conſtituto, ipſe cum paucis in Iberiam rediit, tanquam ibi hibernaturus.

s) Vid. ſupra §. 108.

CAP. IX.

Imp. IVSTINIANO I.

CAPVT IX.

Quaeſtio de caede Gubazis habita; poena regicidarum; quies in Lazica reſtituta; a. C. 555.

§. 116.

Hac itaque victoria potiti Romani et induciis quodammodo a bello factis, armisque confeſtim conquieſcentibus, tum demum quaeſtio habita de facinore in Gubazem commiſſo. 51

Athanaſius ergo excelſo cuidàm throno decenter conſedit; chlamydem indutus, quali fere politiſſimi principes vti ſolent. Aderant vero ipſi viri et ſcribendi apprime periti a) et ſcripta promte expediteque legendi, aliique miniſtri ſeueri et graues, et in rebus iudicialibus optime verſati, praecones etiam alte clamantes, et lictores b); omnes hi ex Conſtantinopolitana aula delecti. Proferebant vero in medium ii, quibus id commiſſum erat, vincula ferrea, collaria, compedes et tendiculas, aliaque id genus inſtrumenta tortoria c).

Et quidem mihi videtur Iuſtinianus imperator non abs re neque temere, ſed prudentiſſime decori habita ratione, mandaſſe, vt hoc ordine atque apparatu iudicium inſtitueretur: non ſolum vt, qui ibi erant, barbari, cum eis Romanorum inſtituta magnificen-

Q 2

51. AGATHIAS p. 107-115.

a) γραφειν τε ἐς ταχος πεπαιδευμενοι.

b) οἱ των μαστιγων ἐπισταται.

c) κλινοστροφια τε και ποδοστραβας; και ἀλλα ἀττα ὀργανα κολαστηρια.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 555.

ficentiore apparatu proponerentur, ea et admirarentur, magisque eorum gubernatione aſſuefierent, verum etiam vt, ſi quidem Gubazes defectione antea ad Medos tentata cuius fuiſſe deprehenderetur, non amplius eius caedem dolerent Colchi, neque vt graui malo accepto indignarentur. Si vero interfectores per falſam criminationem facinoris piacularis perpetrati conuincerentur, ipſis publico iudicio damnatis, et praeeunte ac proclamante praecone per exercitum circumductis vindiceque gladio d) omnibus ſpectantibus capite truncatis, atrocior barbaris rei exitus et duplicatum ſupplicium eſſe videretur. Sciebat enim, ſi clandeſtina nece barbaricum in morem Ruſticum et Ioannem e medio tolli mandaſſet, exiſtimaturos Colchos, iniuriam, quam acceperant, non ſatis pro eo ac debebat vindicatam, neque ſatis graues de crimine poenas ſumtas fuiſſe. Iudicio vero pro tribunali inſtituto, et cauſa vtrinque diſceptata, et miniſtris iudiciariis vltro citroque commeantibus, vtque actores et rei apte ſuo ordine interloquantur procurantibus, verſante etiam ob oculos maieſtate iudiciali, et grandiloquentia aures feriente, eoque omni apparatu mortem imminentem horribiliorem efficiente; his, inquam, omnibus ita peractis, rem ipſam maius aliquid atque atrocius barbaris eſſe repraeſentaturam, et fortaſſe criminis admiſſi meritum excedens. Haec enim etiam ipſos ciues Byzantinos, tametſi frequenter illic contingant, percellunt, atque extra ſe ponunt, nedum barbaros, iis non aſſuetos.

§. 11.

His igitur, vt arbitror, de cauſis Romanum, immo vero Atticiſſimum tribunal ad Caucaſum fuit indictum. Tum vero Ruſticus et Ioannes e carcere producti, ad ſiniſtram partem ſunt conſtituti, vtpote rei; ex aduerſo ſtabant actores, qui eum criminaturi erant e) Colchorum ſapientiſſimi, qui iam a multo tempore Graece loqui didicerant; ac primum quidem poſtularunt, vt litterae imperatoriae publice recitarentur, quas antea Ioannes de hisce rebus ad praefectos exercitus attulerat. Quod quidem poſtu-

d) τῳ παλαμναιῳ ξιφει.

e) κατηγορησειοντες. eum cum in Gr. non ſit, omitti poterat, vel eos poni, cum ad Gubazis interfectores referendum ſit.

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

poſtulatum cum et iudici probaretur, quidam ex iis, qui ad hoc erant deſignati, altiore voce eam recitauit; ſic habentem: „ Incredibile quidem mihi abſurdumque videtur, quod a vobis nunciatur, Gubazi deliberatum eſſe, patriis moribus relictis, et iis, qui vnius eiusdemque ſunt cum ipſo in omnibus ſententiae, veteribus ſuis ducibus, Romanis, inquam, deſertis, ad inimiciſſimos alieniſſimosque atque adeo diuerſae a nobis religionis homines deſciſcere, et quidem cum nulla noſtra in ſe iniuria ſit prouccatus. Verum tamen cum ſciamus, humana omnia eſſe inſtabilia et in lubrico poſita, proque varietate incidentium rerum circumagi ac rotari ſolere, non plane derogandam eſſe nuncio veſtro fidem duximus, neque committendum, vt ea, quae ſiue fortaſſis, ſiue plane ſtatuit *f*), non praecaueamus; ingentes nobis ipſis curas et ambignum fluctuantemque incertitudine euentus animum retinentes. Et profecto abſurdum eſt ac moleſtum, nemini plane firmiter fidere, ſed ſuſpicione ſemper metuque laborare, etiam de iis, qui nobis ſunt intimi. Nihilominus (in omnibus enim hoc vincit), ſequimur etiam nos naturam, et diffidimus„.

„ Ne vero praecipitanter crudele aliquid et ſeuerum in Gubazem ſtatuamus, neue contra indecenter aliquid hac in re faciendi metu adducti eneruemur remiſſioresque videamur *g*); ſed potius poenitudinem vtrinque imminentem ſubterfugiamus, conſultum nobis et medio cuidam moderationique tenendae conuenientius *h*) eſt viſum, huc hominem adduci. Mittite itaque eum quam citiſſime, ſiue volentem, ſiue coactum. Quod ſi ille, voluntate veſtra intellecta, reſtiterit, et ire detrectauerit, apprehendentibusque vobis et protrahentibus (nam et hoc vobis tum facere licebit) propulſet et reluctetur, aut quocunque tandem modo manus vobis intulerit: tum demum manifeſta habituri ſumus rerum, quas molitus fuerit, indicia, et, quod ſupereſt, inter eos, qui maxime hoſtes ſunt, cenſebitur: adeo vt, ſi quis eum, talia audentem, etiam interfecerit, ne hoc quidem immerito factum cenſea-

f) τα παρ' ἐκεινȣ [Γȣβαζȣ] ἀνακεκινημενα εἰτε ἰσως, εἰτε παντως βεβȣλευμενα. μαλθακισθειημεν.

g) μη τῳ οὐκ ἐικοτι δηθεν

h) μεσως πως ἐχον.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 555.

cenſeamus, neque percuſſor facinoris ſui poenas luat; vtpote non vt homicida puniendus, ſed vt tyrannicida laudandus„.

Imperatoriis itaque litteris talia quaedam mandari eſt cognitum.

§. 118.

Statim vero viri Colchici, inſtituendae accuſationi deſignati, cum iudex ipſis permiſiſſet, vt cauſae ſuae praeſidia, ſi vellent, in medium adferrent, alacriter criminationem ſunt adorſi in haec verba: „Scelus ipſum perpetratum, o iudex, aperte, etiam nobis tacentibus, clamitat, auctores grauiſſimis ſuppliciis eſſe obnoxios. caeterum cum legibus noſtris ita cautum ſit, vt ne de manifeſtis quidem maximisque criminibus ſententia feratur, donec facta ipſa plana oratione explicata fuerint; venimus nunc, quae facta ſunt, ſimpliciter expoſituri. Ita enim etiam a nobis praeſtabitur, quod lege cautum eſt, etiamſi oratione vtamur ſimplici minimeque ornata, quaeque magnitudinem criminum admiſſorum nequaquam exaequet. Quaenam enim excuſatio ſuppetere poteſt iis, qui talem virum, amicum vobis et familiarem, ſocietate belli et foederum coniunctum, eademque vobiscum de Deo ſentientem, et quid non eorum, quae vobis familiaria ſunt, conſecutum, nefarie adeo interfecerunt, tantamque aduerſus nos hoſtilitatem declararunt, hoſtium gratiam demerendo. Rex enim erat, qui interfectus eſt, o iudex, et gentis non ignobilis, et ſtrenuus virtutis cultor, et Romanorum ſtudioſus ſemper multo magis, quam interfectores. Euerſae iam ſunt Colchorum res et collapſae, immo potius publicae, ſiquidem pars quaedam etiam nos, neque minima, ſubditorum ſumus, deperiitque vobis rerum veſtrarum integer atque inoffenſus ſtatus, potentiaque veſtra vehementer eſt imminuta. — „

„Horum itaque omnium cum ipſi ſint auctores, aiunt, non debere vos factum ipſum, tametſi atrox, conſiderare, ſed tantum, qua mente conſilioque factum ſit, inueſtigare atque admittere, et ex obſcuris quibusdam et quodammodo veriſimilibus argumentis repraeſentare animis veſtris beneficium inde acceptum potius, quam euidenti damno quodque re ipſa experimur, fidem accommodare. Haec itaque commenta fallaciasque etiam ante iudicium inſti-

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

inſtitutum frequenter in vulgus iactantes, multorum animis ſe fucum feciſſe arbitrabantur. Quod ſi vero in ipſo iudicio haec ipſa proponant, intelligant, o iudex, neque Romanum neque iuſtum eſſe, adeo aperta manifeſtaque iniuria neglecta, incertis potius de cauſis, quas ipſi fruſtra commenti ſunt, falli. Neque enim ferendi ſunt, qui interfectum quidem abs ſeſe virum hunc aperte fatentur, maximam vero ex hac caede vtilitatem ad publicum perueniſſe prodigioſe mentiuntur. Quo pacto enim conſiſtere poſſint ſibi ipſis contraria? aut quo pacto, factum ipſum atrox appellantes, animum eius, qui id perpetrauit, laudabimus, tanquam publicum bonum ſpectantem? ſunt enim haec quam remotiſſime inter ſe disiuncta et inſociabilia: neque vnquam ſimul ſubſiſtere poſſunt vtilitas et iniquitas, crudelitas et iuſtitia. Quod ſi vero etiam nudus ipſorum animus eſt explorandus, hoc quoque ipſo maligni nequiſſimique eſſe conuincentur, quippe qui conſilia Perſis grata agitarint; adeo vt ne Romani quidem ſint appellandi iſti ſanguinarii, neque amica ſocietas cum iis, tanquam popularibus, ſit habenda: ſed ſummi potius hoſtes ſunt cenſendi; quandoquidem etiam nunc communi naturae lege ſunt ſeiuncti, tametſi nondum a vobis ſcripta. Aduerſarii enim atque hoſtes ex factis ſunt aeſtimandi, non ex locorum diſiunctione. Hic vero, quae grata ſint hoſtibus, ſummo ſtudio procurans, merito hoſtis eſt iudicandus, etiamſi praeſto ſit, vnaque militet, quantumuis etiam quam proxime genere ſit coniunctus. At vero, non amicum ſeſe, non regem interfeciſſe, dicunt, ſed hoſtem potius et tyrannum, et Perſarum ſtudioſum. Eo enim veſaniae iniquitatisque peruenerunt, vt Mediſmi accuſent mortuum; eoque iam miſer redactus eſt, vt ne mortuus quidem a malis ſit liber, ſed nunc proditionis inſimuletur, cum ei victoria nihil eſt profutura. Quaenam vero lex ſiue apud nos, ſiue apud barbaros laudauerit accuſationem poſt iudicium factam? Iudices enim ipſi, et hoſtes ipſi, et accuſatores, et omnia ſimul facti, ſupplicium indicta cauſa de immerente ſumſerunt, quale par erat ſumi de eo, qui reuera tyrannidis eſſet conuictus. Prodeunt vero nunc, cum defendi oporteret, accuſantes hominem iniuria affectum. Oportuiſſet vero illos, priusquam ipſum interficerent, ſi modo accuſationibus ſuis fidebant, aperte in eum actionem inſtituere, primosque in

ius

Imp. a. C. 555.

IVSTINIANO I.

ius vocare, non vero nunc accuſatos recriminari. Si enim hoc omnibus licet, cur non etiam nos iſtos carnifices noſtris manibus interficimus, cum liceat nobis in ius fortaſſis adductis recriminari contraque obiicere ipſis etiam mortuis, quae antea ab ipſis fuerant commiſſa? atque ita conari probare, iure nos ſcelus ſcelere compenſaſſe? Multo enim grauius nos rebus manifeſtis antea perpetratis irritati, merito nos vlciſci poſſimus; atque ita contentio recte procedat. Sed neque a nobis, nec ab aliis talia patrari oportet, ſi modo ſecundum patrias leges nobis eſt viuendum. Age enim, ſi quibus libitum fuerit, licuerit priuatos ſuos inimicos ita confeſtim interficere, eoque ſaepius facto in infinitum creſcat audacia, quo pacto tandem vobis libere intrepideque iudicandi poteſtas integra permaneat? Cum enim omnes et interficiant, et interficiantur, mutuasque ſibi inſidias impune ſtruere audeant, neque vos ſupplicium de eis ſumere poteritis; quin potius tota gens contribulis temere eſt interitura, quaeſtionisque habendae occaſionem praeripiet malum ſemper malo vindicantium proteruia. Atqui quid mali, inquiunt, ſi, vno homine, et quidem illo proditore, interfecto, omnes nobis belli ſocietate coniuncti moderatius ſe gerant? Proditoribus itaque etiam quamplurimis e medio ſublatis etiamſi nihil aliud vtilitatis ad interfectores redeat, ipſe tamen talium interitus abunde ſatis per ſe eſt fructuoſus. At vero ſi, proditione neutiquam demonſtrata, confeſtim vir aliquis maximi nominis e medio tollatur, ſupplicioque afficiatur, perinde atque aperte deprehenſus, quo pacto vobis ſocii hinc moderatiores reddantur? immo vero quo pacto non potius pacta conuentaque diſſoluant, ſi vos participes tanti ſceleris exſtitiſſe putarint? reputantes, quod ſi erga intimos coniunctiſſimosque vobis adeo ſitis inhumani atque iniqui, nullo etiam modo conſtantes ſitis futuri erga alienigenas et exteros, et neceſſitate tantum ita poſtulante, non vltra, notos „.

„ Caeterum vos neque nefarii illius conſilii participes fuiſtis, neque piaculare ſcelus, quod priuatim illis inſedit, vniuerſam Romanorum gentem inuoluit, neque veterem illam de vobis opinionem, quod nimirum fidi conſtantesque ſitis, aequiſſimisque legibus vtentes, horum nefaria malignitas infringet: quin potius ita nobis perſuademus, veſtrum hoc tribunal pro communi gentis gloria

a. C. 555.

Imp. IVSTINIANO I.

gloria conſtitutum; vt vniuerſi homines intelligant, vobis neutiquam volentibus factum, vt Colchis adeo atrox iniuria ac vis inferretur. Nunc enim fortaſſe in vtramque partem ſententiae multorum vergunt, opinionesque fluctuant: ex tuo vero, o iudex, iudicio, hisce iamiam necatis, magis etiam nunc perſpicuum fiet, quod non amicorum veſtrorum proditores, ſed delinquentium caſtigatores eſſe conſueueritis. Tametſi enim verbis cauſam ſuam defendere videntur, re ipſa tamen ſe ipſi accuſare coarguuntur, et caedis abs ſeſe commiſſi indignitatem fateri. Regiae enim litterae mandant praefectis militiae, vt Gubazem Byzantium mittant, primo quidem ſuadela vtentes, 'obaudientem vero et neceſſitati reluctantem cogerent [i], nulla tamen ratione interficerent, donec aperta defectione facta hoſtiliter agere coepiſſet. Hi vero cum neque praefecti militares eſſent, neque alioqui eis liceret, quae liberet, facere, repente miſerum trucidarunt, haudquaquam, vt Byzantium iret, hortati, cum ne modicam quidem vim ei, vt renitenti, intuliſſent, 'neque prius tentaſſent an [an] aliquo tandem modo mandatum regis contemneret [k]. Gloriantur interea illi, et iactitant, ſe imperatoris mandata exſecutos, cum potius illius voluntates contempſiſſe deprehendantur, falſisque criminationibus Gubazem onerare non ſint veriti, et contraria ab iis, quae recte mandata erant, propria auctoritate in eum decernere; et, quod quidem omnium eſt iniquiſſimum, neque litteris imperatoris oſtenſis, 'vt, cognita eius voluntate, quid facto opus eſſet, ſtatuerent [l]. Quo pacto igitur non illorum ſcelus quodvis necis, aut ſupplicii genus exſuperare cenſuerimus'. Iniuria enim cuiuis alteri illata, res eſt fugienda vetitaque legibus, praecipue ſi amicum et beneuolum quique frequenter pericula pro ſociis adierit, contingat eſſe eum, qui iniuria eſt affectus. Quis enim

i) ἀνηκεςεντα (non obaudientem vel n. obedientem) δε και προς ἀναγκης ἐναντιεμενον δε και βιαζομενοις.

k) οὐτε την ἀρχην ἐς πειραν τινα καταςαντες, ἐιπερ ὁτῳδηουν τροπῳ τε πραγματος ὀλιγωρησει.

l) ὡςε των ἐγγεγραμμενων γνωσθεντων το πρακτεον ὁλεσθαι.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 555.

enim eſt, qui Perſicis opibus omnibusque rebus oblatis beneuolentiam erga vos commutauit? quis qui Choſrois amicitiam aſpernatus, apud quem facilis ei ad ſummas diuitias aditus patuiſſet, minore apud vos loco eſſe maluit? quis antea regione veſtra longiſſimo tempore a Medis oppreſſa, cunctantibusque adhuc veſtris auxiliis, confeſtim mutatis translatisque ſedibus, altiſſima Caucaſi iuga inſedit, atque ibi ferinam potius quamdam vitam agere ſuſtinuit, quam, hoſtium munificentia domum reuerſus, molliter et delicate viuere? quis tandem ille, cui nihil adeo erat arduum et graue, quod, ſi veſtra cauſa tolerandum eſſet, reformidaret? Gubazes, o leges, o iuſtitia! ille, inquam, Gubazes defectionem ad Medos tentans, ille tyrannus, ille Romanorum proditor; et caeſus eſt a Ruſtico et Ioanne, adeo nefariis abiectisque hominibus, ‘vir rex ductus m): qui etiam ſi reuera eiuscemodi crimini fuiſſet obnoxius, non tamen illum ſtatim ab his e medio tolli oportebat, ſed potius vt reus peractus cunctantius a communi Romanorum pariter et Colchorum imperatore, vtpote maximo omniumque eminentiſſimo, merito ſupplicio afficeretur. Verum cum nulla illis legitima huius caedis perpetrandae cauſa fuerit, ſed potius veſanum quoddam odium ex inuidentia ortum eo mali eos prouexerit, veriſimiliter recto conſilio et moderatae cogitationi, eiusque, quod maxime conducibile eſſet, cognitioni nullum tempus reliquerunt, ſed ſoli animo ſuperbia elato odioque flagranti habenas laxantes, omnemque permittentes libertatem, quodque multo ante tempore praemeditati erant, et parturierant, hoc pacto velut aliud agentes ſunt exſecuti, adeo vt neque praeſentis temporis ſtatum obſeruarint, ſed ne cogitarint quidem. Adeo enim difficili bello premente, prudentium virorum erat, etiam peregrinas neque adhuc notas nationes ſibi humanitate conciliare. ‘Hi vero etiam eos, qui iampridem erant coniunctiſſimi Romanis, debellare maximi fecerunt n); et quidem, quantum in ipſis ſitum eſt, ‘hoſtibus dediti ſumus o), inſidiamur iam olim amiciſſimis. regio noſtra Perſarum eſt, et patria inſtituta prorſus abolita; quanta

m) ἀνηρ βασιλευς.

n) ουτοι δε και τους πρωην οἰκειοτατους ἐκπολεμωσαι Ῥωμαιοις περικλεις πεποιηνται.

o) προσκεχωρηκαμεν τοις ἐναντιοις.

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

quanta ſeditionis atque tumultus inteſtini furioſa indicia? Quocirca, cum haec omnia ita ſe habeant, et res noſtrae adeo omni ex parte ſint collapſae, ita digna ſi quae excogitari poſſint ſupplicia iſtis ſunt inferenda. Si enim etiam nos fidi erga Romanos et conſtantes ſumus; non eſt tamen aequum, iudices, vt hi lenitate noſtra abutantur, minusque aliquid patiantur, quam facinoris atrocitas poſtulat„.

§. 119.

Cum vero accuſatores ita criminationem ſuam peregiſſent: Colchorum copiae p) (eo enim conuenerant) verborum enunciationem non ſatis exaudire poterant, neque ſententiarum pondera; rem tamen ipſam intelligentes, cuius cauſa ſingula in medium erant producta, decertantibus ipſis animi propenſione collaborabant, eosdemque quos accuſatores geſtus prae ſe ferebant, atque ita animis affecti erant, prout illi vel fiduciam, vel commiſerationem, vultu exprimebant. Ac deinde, vbi dicendi finem feciſſent, ſtatim hi, reſtitante nonnihil iudice et conſultante, tacite incuſabant, moleſteque ferebant, aduerſarios non ſtatim ad necem rapi. Mandante vero iudice, vt et illi, quae vellent, pro ſe dicerent, tum aperte reclamare coeperunt, et iam ſubmurmurabant, vocesque ipſae iam manifeſtius exaudiebantur. Sed accuſatores, ſilentio manibus indicto, maioris tumultus anſam praeciderunt.

§. 120.

Silentio itaque facto, progreſſus in medium Ruſticus cum fratre ſuo Ioanne, in hunc modum verba fecit:

„ Mutauit nobis ſubito, iudices, et in contrarium vertit conſiliorum noſtrorum euentum fortuna; cumque maxima nobis praemia ſint debita, capitis accerſimur. Verum enimuero iucundiſſimum nobis hoc certamen iudiciale videtur maximeque glorioſum; fiet enim omnibus perſpicuum, ſolis nobis hoc deberi, quod homo proditor et tyrannus ſit interfectus, et imperatoris noſtri res ex parte conſeruatae; adeo vt etiamſi mori nos contigerit, libentes

p) τα πληϑη των Κολχων.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 555.

tes etiam ſimus amplexuri veluti amicum et voluntarium id, quod eſt acerbum et coactum, eoque fruemur, pulcherrimum hoc ad alacritatem tranquillitatemque animi viaticum habentes, conſcire nobis ipſis, quod Romanos adhuc in Colchos imperium obtinere reliquerimus, neque illud ipſis ab aliis ereptum. Si enim Perſicum eſſet iſtud tribunal, eorumque iudicio nobis ſtandum eſſet omnino nobis negatione eorum, quae facta ſunt, foret opus, extimeſcendaeque eſſent probationes; magnopere etiam laboraremus, quibus verbis eas refutaremus apud iudices inimiciſſimos grauiterque hoc facto offenſos, quia ſpe ſua eſſent fruſtrati. Cum vero iudex ſit Romanus, quam ob cauſam a nobis factum negetur, aut quid opus eſt excuſare apud vos id, quo ipſo bene de vobis ſumus meriti, qui tyrannum interfecerimus? Neque enim tribuendum ei eſt venerandum regis nomen, qui ab eo alieniſſimus re ipſa eſt deprehenſus, quantumuis clamitent accuſatores, et atrox a nobis facinus perpetratum dicant, vtpote rege interfecto. Oportet enim non ſceptro et chlamydi exterioribusque ornamentis hanc appellationem tribuere, ſed ei, qui iuſtitiam exercet, et cupiditatibus ſuis modum non excedit, cogitationesque ſuas ſolo honeſto metitur. Quod ſi itaque talem virum interfecimus, contra leges fecimus, iuſta eſt accuſatio, merito violenti, ſuperbi et ſicarii a Colchis appellamur. Si vero illius mores ab hiſce virtutibus quam longiſſime aberant, nihil vero moderatum animo agitabat, ſed vel vt Perſas in nos clam adduceret, eisque ditionem noſtram proderet, cur non potius oportuit imminentis mali occaſionem hoc praeclaro facinore antevertere, quam regium habitum vertendo in hoſtium poteſtatem venire? — Etiamſi itaque diſrumpantur accuſatores, piaculare ſcelus vocantes et latrocinium, aliisque id genus appellationibus plane tragicis factum atrocius reddentes, idque ſumma vi agentes, vt tantum ad nudum factum reſpiciatur: tuum tamen eſt, o iudex, praecedentes cauſas accurate expendere, quae nos ad hoc factum impulerunt, et ex facti aequitate animi noſtri rectitudinem cognoſcere. — „

52 „Interfectus itaque eſt a nobis Gubazes. Et quid mali, ſi hominem proditorem et hoſtem interfecimus? Atqui hoſtis appella-

52. Id. p. 116-120.

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

pellationem recte interpretantes accuſatores, non ei, qui remotiſſime ſit diſſitus, conuenire aiunt, ſed cuiuis etiam populari, qui hoſtibus gratificari ſtudeat. quam quidem opinionem etiam nos optimam cenſemus et veriſſimam; quippe quae rei ipſius naturam attingat. Cum itaque vtrisque noſtrum haec ſententia probetur, age, hoſtem fuiſſe Gubazem hoc ipſo argumento vtentes demonſtremus. Hoc enim demonſtrato, etiam, iure caeſum eſſe ipſum, vna perſpicuum fiet. Vniuerſa itaque perpetuo barbara natio, etiamſi Romanis ſubdita ſit, animo tamen ab eis alieniſſimo diſſita, et legum diſciplinam atque ordinem grauate ferens, ad nouas res moliendas turbasque excitandas ferri conſueuit, et placidiſſime quidem inter ſeſe, dum aliis ſubeſt, viuere neutiquam perſeuerat; quin aliquod crimen incurrat. Quod cum ipſis ſit impoſſibile, nationes eiusdem ſecum inſtituti, et quae quam proxime ad eorum mores accedant, ſibi adiungere ſtudent. Porro Gubazes etiamſi hisce vitiis eſſet obnoxius, quod et barbarus ortus ſit, et communi nationis infidelitate laboret; tantum etiam odii aduerſus nos conceperat, vt id nequaquam diutius tegendum cenſeret, ſed e contrario in apertum producendam exercendamque re ipſa hoſtilitatem, quam tamdiu impactam animo ſuo latentemque geſſerat. Nobis enim allaborantibus et nullum non periculum ſubeuntibus, ne hoſtibus quicquam omnino ex animi ſententia ſuccederet, ipſe domi ſibi cum barbaris ſuis 9) deſidendum cenſebat, longiſſimeque a laboribus bellicis abeſſe. Obſeruabat tamen accurate praeliorum motus, quo tenderent. Si quid igitur praeclare a Romanis eſſet geſtum, et ſtrenuam veriſſimamque victoriae laudem reportaſſent, ipſe, hoſtilem ſuum inuidumque animum declarans, mordaciter comicum in morem irridere et rerum geſtarum ſplendorem ac dignitatem offuſcare nitebatur, ridiculi coepti ridiculum euentum appellans, quique non ipſorum fortitudini, ſed fortunae temeritati deberetur. Sicubi vero fortaſſis lapſi fuiſſemus, — tum iſte tanquam vltroneus quidam euentuum iudex, fortunam quidem ſtatim, perinde ac ſi euentus rerum ab ea non penderent, culpa omni liberabat: hoc vero fixum ei decretumque manebat, nullam aliam eſſe cauſam rei

9) συν τοις ὁμοφυλοις.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 555.

rei parum bene a nobis geſtae, praeter ſolam animi mollitiem, manuum imbecillitatem, et conſiliorum ſtoliditatem. Fortunae enim mutabilitatem, inconſtantiam, et temeritatem, et alia, quae nobis contumelioſe obiiciebat, hoſtibus nequaquam adſcribebat, tanquam hisce de cauſis, occaſione ita oblata, nos ſuperaſſent. Haec itaque ille proclamabat, et ſignificabat non ſolum Perſarum exercitibus, quibus quidem ille etiam ſingula et elaborabat, et perficiebat; ſed nuncii ſtatim ab ipſo emiſſi id perferebant in Iberiam, in Alanos, Suſanorum nationi, barbaris vltra Caucaſum habitantibus, quique vltra hos & his ipſis adhuc ſunt vlteriores, 'et ad omnes, ſi obiri potuiſſent, orbis terrarum extremitates mittere non deſtitiſſet r). Nuncii ſumma haec erat: Romani imbelles, et a barbaris ſuperantur. Atque his quidem omnibus in rebus ſtudium ille ſuum collocabat, non ſolum vt vniuerſam Romanorum nationem contumelia afficeret (tamen etiam hoc graue eſſet, et valde manifeſtum hoſtilis animi argumentum), aliud vero quiddam longe maius hoc ſuberat, in quo praecipue laborabat, et machinabatur. Opinionem enim, quae de maximo imperatore omnium barbarorum animos occuparat, quod nimirum potentiſſimus eſſet, innumerisque tropaeis clarus, infringendam ſibi ex parte putabat, vt ſic illos, terrore admirationeque Romani nominis antea captos, audentiores confidentioresque redderet. Num igitur hoſtis, qui talia facit, iure vocetur, an potius amicus et beneuolus, et rex, et confoederatus, 'aut quibuscunque eum accuſatores titulis ornant s)? tametſi vt vtrisque communiter hoc detur, non aliter diſcernendus eſt amicus ab hoſte, quam ex ſolo incidentium rerum euentu, et ex bona fortaſſis aut mala animi affectione„.

„Cum itaque probatum ſit etiam nunc, quod Gubazes nobis victoria potitis dolebat; ſi quid vero ſiniſtri noſtra culpa eueniſſet, gaudebat: quid igitur Romanis legibus occlamant barbari, ex quarum praeſcripto punire ſolemus, aut, ſi res ita poſtulet, etiam

r) τας ἐχατιας ἁπασας της γης, εἴπερ αὐτῳ περινοστειν ἐνην, τȣτȣ γε χαριν οὐκ ἐνεδιδȣ.

s) και ὁσα τοις κατηγοροις ὑπο τῳ τυραννῳ κεκομψευται.

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

etiam e medio tollere, qui reipublicae ſtatum turbarent ex parte, et labefactarent. At, ſi videtur, ſigna atque indicia probationesque ex rebus veriſimilibus petitas omittamus; ſolam vero rerum ipſarum experientiam conſideremus, quonam illa nos agens ferat. Occupabatur a Perſis propugnaculum Onuguris †), ex ditione Archaeopoli circumiecta ademtum, eratque dedecus intolerandum, hoſtium exercitum intra muros noſtris in locis valide conſediſſe. Vicerat haec ſententia inter praefectos militiae, vt in eos cum toto exercitu moueremus, vtque ſubmoueremus et propulſaremus id, quod nobis quam maxime infeſtum inſidioſumque erat. Erat nobis plane opus etiam Colchico exercitu, vt non ſolum illi, tanquam locorum periti, plus aliquid, quam eorum imperiti, conſiliis ſuis iuuarent, ſed vt bellantibus nobis aduerſus armatos, munitiſſimoque loco inſidentes, et aduerſus eos, qui ex Muchiriſide veriſimiliter venturi videbantur, copias viresque ſuas coniungerent. Quid itaque hiſce in rebus praefectis exercitus faciendum erat? Rogandus, vti videtur, erat dux nationis, et auxilium ab eo poſcendum, aequitate petitionis ei demonſtrata. Rogarunt itaque, et demonſtrarunt. Ille vero, veluti regem quemdam ſe reuera eſſe ſibi perſuadens, et proinde ac ſi licitum eſſet pro ſuo arbitratu viuere, ne adeſſe quidem nobis, nedum aduerſus propugnaculi illius expugnationem copias ſuas coniungere voluit. Sed neque excuſationes quidem vllas, etiamſi parum idoneas ac decoras, ſpecioſum tamen aliquem recuſationi ſuae praetextum habentes, comminiſcebatur; ſed potius grauiter faſtuoſiusque, quam mercenarium ſubditum decebat, poſtulata reiiciebat. Adhaec, in ſuo aduerſus praefectos odio perſiſtens, hoſtiliter in ipſos erat contumelioſus; fortitudinem id eſſe regesque decere, cenſens. Dicebat enim aperte, eos in iis, quae iam accurate tractata erant, impudenter ſe geſſiſſe. Eratne tum diutius cunctandum, aut maiores probationes exſpectandae, aut imperatoriae litterae oſtendendae, quibus mandabatur, vt Byzantium iret, cum ne ad breuiſſimum quidem iter intra noſtram regionem ſe accingere vellet? Et quo pacto fieri poterat, ſi vllum, vsqué adeo nobis infenſum, Byzantium mittere aggreſſi fuiſſemus, quin infinitas turbas multas-

†) Cfr. ſupra §. 86.

Imp. a. C. 555.

IVSTINIANO I.

taſque caedes inteſtinas concitaſſemus? quin etiam apertae defectioni et Perſarum irruptioni anſam praebuiſſemus? cum vniuerſa haec natio mirum in modum ſit contumax, et rebellis, et ſeditionis valde ſtudioſa, quod videlicet barbaricum in morem ad immutandum ſtatum rerum naturaliter ſit propenſa; cum praecipue in propinquo eſſent habituri, qui ipſos tuendos ſuſciperent. Nos itaque, principe ſeditionis interfecto, tantarum calamitatum examen iam praeſens atque ſuppullulans hoc tandem modo facillime compreſſimus, adeo vt nunc non credatur aperte, an in vniuerſum aliquid etiam futurum ſit,,.

,, Deſinant ergo nunc, o iudex, epiſtolam proferre, neque nos damnent, quod eius mandatum ſecuti non ſimus. Cui enim non fuerit manifeſtum, id, quod litteris illis perſcribebatur, oportere illum Byzantium ire, tentandi tantum explorandique cauſa factum fuiſſe, an ſua ſponte aequis mandatis eſſet obtemperaturus iisque ſe iure accommodaturus? Cum itaque nobis ipſius animi peruicacia et proteruia facile eſſet cognita, cum id, quod minus erat, detrectaret, quo pacto ad id, quod maius erat, eum incitari oportebat, et non potius ſtatim ad extrema remedia venire, ad quae multis vrgentibus malis neceſſario peruenimus? — Reliquum igitur erat fortaſſis, vt accuſatores aiunt, litem quamdam mouere Gubazi, et nugatoriam in iudicio contentionem excitare, rerumque ſecuritati verborum ampullas praeferre. At non permittebant hoc, o miſeri, Perſae iam praeſentes, reque ipſa imminentes, et ad vniuerſam Colchorum regionem huius conſilio atque ope *v*) inuadendam parati,,.

,, Cum vero omnino demonſtratus ſit Gubazes hoſtis pariter et proditor, animoque ad tyrannicas ſpes elato; quid intereſſe putant Colchi, ſiue a nobis, ſiue ab aliis ſit interfectus? Neque enim ducibus tantum, aut alioquin iis, qui maxima potentia valent, bona mens innaſci atque adhaereſcere ſolet, ſed cuiuis omnino volenti liberum conueniensque eſt, pro republica, in qua locum aliquem obtinet, laborare et ad commune bonum praeſtandum omnibus viribus adniti. Quocirca tametſi exſecrabiles illorum iudicio et deteſtandi cenſeamur; fideliſſimi tamen imperatoris

v) ταις τȣτȣ βȣλαις.

a. C. 555. *Imp.* IVSTINIANO I.

ris ſumus et Romanorum ſtudioſi, et inſidias ſtruere tentantibus infeſti. Si quid vero etiam amplius dicendum eſt, ita tibi plane perſuade, o iudex, rectum aequiſſimumque nos facinus peropportune auſos fuiſſe, neque id abſque Martini voluntate patratum„.

§ 121.

His ita peroratis, Athanaſius initio quidem nihilominus Ruſtici dictis aurem accommodabat; conſultatione vero diſceptatione que bis ea de re habita, cum ipſe omnia accuratius expendiſſet, atque inueſtigaſſet, viſum ei eſt, nullam a Gubaze proditionem aut tyrannidem apertam tentatam fuiſſe, ac proinde caedem inique nefarieque perpetratam: adeo vt, quod copias ſuas ad oppugnandam Onugurin cum eis coniungere recuſauerit, non ipſius ad Medos defectio in cauſa fuerit, ſed quod praefectis exercitus infenſior eſſet, quod illorum vecordia et negligentia propugnaculum illud eſſet amiſſum x).

Quibus rebus omnibus a iudice cognitis, de Martino quod dictum fuerat, etiam ipſum conſcium fuiſſe participemque horum conſiliorum, ad imperatorem referendum cenſuit. De hisce vero, vtpote aperte caedem ab ſe perpetratam faſſis, ex ſcripto ſententiam tulit, qua mandauit, vt quamprimum interficerentur, et gladio iudiciali ſubmiſſi capite truncarentur. Atque hi quidem mulis inſidentes et per publicas vias circumuecti maximo Colchis ſpectaculo terrorique futuri videbantur. Percellebantur enim voce praeconis altum horrendumque in modum proclamantis et monentis leges vereri, et nefariis caedibus abſtinere.

§. 122.

Poſtquam vero hi capitibus fuerunt truncati, ad commiſerationem verſi omnem animorum offenſionem depoſuerunt, atque ita conuentus iudiciarius ſolutus, Colchi vero in ſua erga Romanos fide ac beneuolentia acerrime perſtiterunt.

His ita peractis, Romanorum copiae per vrbes et caſtella diuiſae hibernarunt, prout cuique mandatum erat.

x) *ἀνθ᾽ ὧν αὐτῆς [τῆς Ὀνογούρων πολλῇ καὶ ἐκμελείᾳ κεγούριδος] καὶ ἀπεστερηντο ῥᾳ- χαυνώμενοι.*

Imp. IVSTINIANO I.

CAPVT X.

Reliquae res, imp. Iuſtiniano, in Lazica geſtae, vsque ad pacem Romanos inter et Perſas conciliatam; Lazica Romanis reſtituta; ab a. C. 556-562.

§. 123.

a. C. 556.

53 INTEREA [dum ea, de quibus dictum eſt a)], apud Lazos geruntur] viri quidam praecipuae inter Miſimianos potentiae in Iberiam ad Nachoraganum [Perſarum ducem] cum peruenisſent, omnia ei nunciarunt, quae in Soterichum [Romanum legatum, quem occiderant b)] perpetraſſent, — dicentes —, quod, cum a multo tempore Perſarum partes eſſent ſecuti, ignominia afficerentur et ab ipſis Colchis, et a Romanis, atque inter viliſſimos cenſerentur. — 'In oratione tunc ad Perſam habita, inter alia', Erit vobis, inquiunt, locus ipſe [Miſimiania], in vlteriore Colchorum regione ſitus, tuta belli ſedes, irruptionibus faciendis peridonea, ac veluti propugnaculum aduerſus hoſtes. Haec cum audiſſet Nachoragan, libentiſſime eos excepit, et defectionis conſilium laudauit, alacresque abire iuſſit, vt Perſica auxilia opportune habituros c). —

§. 124.

53. AGATHIAS p. 120, 121.

a) In §. praecedente.

b) Vide ſupra *§. 99.* et *Miſimianica §. 2.*

c) Haec omnia in *Miſimianicis §. 4.* vberius narrantur.

a. C. 556. *Imp.* IVSTINIANO I.

§. 124.

Ineunte autem vere ſtatim Romanorum praefecti in vnum coacti exercitum in Miſimianos mittendum ſtatuerunt. Ac Buzes quidem et Iuſtinus apud Inſulam manere ſunt iuſſi, praeſidio locis illis futuri, omniaque diligenter curaturi. —

'Exercitui vero in Miſimianos miſſo' videbatur d) — non multo poſt etiam Martinus — adiungendus, vt ductor futurus. Ne vero vel ad breue aliquod tempus duce deſtituerentur, imperium totius exercitus, quamdiu per ſubditorum regionem iter facerent, ad Barazen Armenium et *Pharſantem* Colchum eſt delatum e). qui neque bellica virtute, neque alia dignitate omnibus ſociis praeſtabant, immo vero nonnullis erant inferiores. Nam Barazes inter turmarios cenſebatur, alter vero in aula agmina 'regis Colchorum f) ductabat, Magiſter dignitati eſt nomen; vſitatum enim hoc eſt eius loci barbaris. atqui non tantum aut prudentiae, aut confidentiae hisce inerat, vt audacter etiam Romano exercitui imperarent.

Hic itaque exercitus aeſtate iam vigente in Apſiliorum regionem venerat; volentibusque ipſis vlterius progredi impedimento fuit Perſicum agmen eodem loci collectum. Cognito enim Romanorum apparatu, quodque in Miſimianos mouerant, motis ex Iberia et caſtellis, quae circa Muchiriſidem ſunt, caſtris, iuerunt etiam hi in illos, praeoccupaturi regionem et pro viribus ſubſidio futuri g). —

§. 125.

Interea Iuſtinus, Germani filius, vnum e ſuis ducibus, Hunnum natione, Elminzur nomine, ex Inſula Rhodopolin mittit cum duobus equitum millibus. Eſt autem haec Rhodopolis oppidum Colchicum, a Perſis tamen tunc temporis tenebatur, a Mermeroë multo ante captum, qui etiam Perſicum praeſidium in eo collocarat. Haec vero quo pacto geſta fuerint, praeteribo, vt a Procopio rhetore aperte conſcripta. Poſteaquam igitur Elminzur 54

d) Cfr. *Miſimianica* §. 5.

e) Βαραζης τε ἀνης Αρμενιος και Κολχος Φαρσαντης ἀρχειν των ὁλων ἐλαχετην.

f) τȣ Λαζων βασιλεως.

g) Reliqua vide in *Miſimianicis* §. 6.

54. Id. p. 123.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 556.

zur eo peruenit, proſpera quaedam iuuit fortuna. Perſarum enim praeſidium forte per id tempus alibi extra oppidum verſabatur, maximaque oppidanorum pars alius alio conceſſerat. Nullo itaque negotio ingreſſus, oppido in ſuam poteſtatem redacto, circumiacentem etiam agrum pergraſſatus eſt, et quidquid e Perſicis copiis obuium habuit, ad vnum omnes trucidauit; quotquot vero etiam indigenae ac ciues, cum eos ſciret externo metu magis, quam propria perfidia Perſarum partes ſecutos, vt patriam rurſus ſuam incolerent, permiſit; obſidibusque maioris ſecuritatis cauſa acceptis, omnia, prout par erat, conſtabiliuit.

Atque ita Rhodopolis ad priorem ſtatum eſt reducta, et patria inſtituta amplectens, et Romanorum imperatori ſubdita.

§. 126.

Hac igitur aeſtate nihil aliud geſtum eſt memoria dignum. Bruma vero inualeſcente, Perſae quidem ſtatim ſolutis caſtris Cotaeſium et Iberiam verſus ſeſe receperunt, animo ibi hibernandi, auxilio Miſimianis ferendo longum dicentes vale. — 'Martinus tunc ad caſtrum Tibelium acceſſit, vt bellum contra Miſimianos proſequeretur' h). Sed grauis quidam morbus ſuperueniens conſilium ipſius turbauit, atque interrupit. Atque ipſe quidem ibi manſit, tanquam paulo poſt in Colchicam regionem eiusque caſtella rediturus; exercitus vero nihilominus vlterius progreſſus eſt, ſub prioribus iterum ducibus ducti i). —

§. 127.

a. C. 556-562. ii)

55 [BELLO Miſimianico confecto, Ioannes] in Colchicam regionem eſt reuerſus, inclytum glorioſumque exercitum reducens, ſolis

h) Cfr. *Miſimianica* §. 7.

i) In ſequentibus vsque ad p. 130. bellum Miſimianicum enarrat Agathias. vide *Miſimianica* §. 8-15. De Ioanne Daona, qui bellum Miſimianicum confecit, Agathias p. 126. haec narrat: *miſſus vero erat ad Colchos non multo ante ab imperatore, Ruſtici habens mandatum, vt ſingula, quae gererentur, accurate renunciaret, et milites, quorum fortitudo emicuiſſet, regalibus donis proſequeretur.*

ii) Pacem, cuius infra §. 130. fit mentio, ad a. C. 562. refert Petauius, ad a. C. 556. vero Caluiſius, ille conſentientem habet Theophanem. Cfr. infra §. 131. Var. narrationis.

55. AGATHIAS p. 130, 131.

ſolis triginta viris deſideratis. Poſt haec imperator Iuſtinianus Martinum praefectura in vniuerſum ſubmouit, inque eius locum Juſtinum, Germani filium, ſuffecit, qui omnibus per Colchicam regionem et Armeniam legionibus cum plena abſolutaque poteſtate praeeſſet. Neque enim ipſi etiam antea valde gratum erat, Martinum primas obtinere omnibusque imperare, quippe qui fraudis in Gubazem ſtructae non minima pars fuerat; mentem tamen ſuam tegebat, conſiliumque occultabat ad tempus; nequaquam concitandum aut immutandum principatum eſſe ratus, rebus adhuc eo loci perturbatis, praecipue cum gratioſus apud exercitum eſſet Martinus, cum ob rei bellicae peritiam, tum quod opportune ſingula ordinaret. quae quidem res ſaluti ei, vt arbitror, fuit; nam alioquin etiam ipſi cum Ioanne et Ruſtico moriendum fuiſſet. Nunc vero reuerentia quadam victoriarum et prudentiae, qua in quouis diſcrimine adeundo vtebatur, de ſummo iure nonnihil detrahens, legisque rigiditatem auſteritatemque temperans atque edulcans, crimen quidem ei remiſit, imperare autem non permiſit, ſed priuatam vitam agere iuſſit, ſufficere ratus, ſi ipſum ignominia afficeret, etiam ſi tanti ſceleris particeps fuiſſet. Cum itaque Perſae quieſcerent, ſtatusque rerum induciis eſſet ſimilis, hunc quidem ſubmouit, Iuſtino vero arctiſſima propinquitate generis ſibi coniuncto, et alioquin maximi per id tempus nominis, Byzantium ad ſe euocato, vniuerſum imperium detulit, rurſusque ad Colchos miſit, omnia deinceps moderaturum.

§. 128.

Erat autem quidam in turba ipſum ſequente Ioannes nomine Afer, 'qui tunc certa quadam auri ſumma a Iuſtino mutuo accepta, pagos Romanorum in itinere ſitos obiens, ab incolis varia, quae vel plane non habebant, vel quibus ipſi carere non poterant, pretio propoſito, exigebat: eo tantum conſilio, vt incolae ſictum ducis mandatum, quod vbique praetexebat, maxime ab eo pecunia redimerent. Hac arte celerrime ſummam, quam a Iuſtino acceperat, duplicauit'. Poſtquam vero ad Colchos peruenit, eadem fecit, et praeterea conquiſitis, neſcio qua ratione, nauibus onerariis, fructus patrios illius regionis violentiſſime

Imp. a. C. 556-562.

IVSTINIANO I. tiſſime collegit, multaque viliſſimo pretio coëmens, in exteras terras exportabat ac diuendebat. Penuria itaque rerum neceſſariarum exercitus premebatur, adeo vt etiam herbae eſſent venales. At ſceleſtus ille venaliciarius et dardanarius ingentem quaeſtum faciebat. Ex his itaque opibus pacta Iuſtino perſoluebat, et commeatum ſuppeditans, et priorem auri ſummam cum foenore reddens. —

§. 129.

56 Cum — res in Lazica regione ita ſe haberent, et Iuſtinus iam omnibus in praefectum eſſet conſtitutus, neque Perſae tanquam bellum inſtauraturi ſeſe appararent, neque Romani in eos mouerent, ſed vtrinque diligenter excubarent, mutuaque conſilia, quantum fieri poterat, obſeruarent, atque explorarent; nulli horum bellandi initium faciebant, ſed quieti manebant, perinde ac ſi communi ſententia ita decretum eſſet.

Choſroës vero Perſarum rex ſimulatque cognouit, quae apud Phaſidem accidiſſent, quodque Nachoragan fugiens proelio exceſſiſſet, confeſtim eum ex Iberia reuocatum crudeliſſimo ſupplicio iuxta patriam legem affecit, — a ſumma ceruice cutem ei ad imos pedes detrahens k). —

§. 130.

57 CHOSROES vero conſiderans, ſe non poſſe in Colchica regione aduerſus Romanos exercitum ducere, quod illi quidem mari poti-

56. Id. p. 132.

k) Poſt longam de rebus Perſicis digreſſionem Agathias p. 141. *Age,* inquit, *ad continuandam hiſtoriam redeamus, quam confecta narratione rerum in Lazica geſtarum huc vsque perduximus. Hoc itaque pacto Nachoragan ob ſuam vecordiam et quod per vim eſſet victus a Martino et Romanis copiis, et ob turpem in Iberiam fugam crudeliſſima morte affectus fuit, quemadmodum ſupra a me dictum eſt. Choſroës vero conſiderans* cet. vid. *§. 130.*

57. AGATHIAS p. 141, 142.

Huc etiam pertinere videntur, quae Menander in Excerptis de Legatt. p. 132. habet: *Medi in Colchorum regionem, de qua certabatur, irruerunt, vt ipſam ſibi ſubiicerent, et poſt multa et varia certamina multumque temporis conſumtum nihil quidquam aliud profecerunt. Etenim quamplurima oppida Lazices, maxime vero Phaſis*

a. C. 556-562. *Imp.* IVSTINIANO I.

potirentur, ac per id facile neceſſaria omnia eis ſubueherentur; ipſe vero longis deſertisque itineribus in caſtra ſua etiam exiguum commeatum non niſi per baiulos et iumenta oneraria difficillime mittere cogeretur, totum bellum deponendum cenſuit, ne ipſis pax, certis quibusdam vt plurimum locis circumſcripta, mutila imperfectaque et quodammodo claudicans permaneret; ſed ex aequo vbique valeret atque confirmaretur.

Byzantium ergo cum legatione mittit virum quemdam Perſam maximae auctoritatis, cui nomen erat Zich. Is cum ad Iuſtinianum imperatorem veniſſet, multique vltro citroque ſermones de praeſenti rerum ſtatu eſſent habiti, tandem ita inter eos conuenit, vt Romani et Perſae in Lazica regione omnia retinerent, quaecunquae belli iure obtinuiſſent, ſiue caſtella, ſiue propugnacula ea eſſent; ipſi vero inter ſe quietem agerent, belloque abſtinerent, donec arctius aliquod perfectiusque foedus principes vtrinque inirent. Zich itaque legatione ſua ita perfunctus, ad ſuos rediit. Quae vbi praefectis fuerunt renunciata, exercitus ad multum tempus ab omni bello abſtinuerunt; quodque antea ſponte erat factum, tum etiam pactis fuit ſtabilitum.

§. 131.

a. C. 562.

α) [BREVI poſt] Iuſtinianus Petrum, praetorianarum cohortium praefectum, ad Choſroen mittit, qui de pace in vniuerſum 58

α) THEOPHANES: *Anno XXXVI. imperii Iuſtiniani — Petrus etiam magiſter e Perſia reuerſus eſt, conſtitutis in annos ſeptem pacis conditionibus, quod ad Lazicen aliasque orientis regiones ſpectabat.*

vrbs, vbi quondam, vt aiunt, Aëtae regia fuit, nihilominus ſemper remanſerant in fide et poteſtate Romanorum. Itaque Romanis et Perſis a detentione ſiue oppidorum munitorum, ſiue aliarum rerum, quae quisque bello quaeſierat, diſcedere minime placuit, ſed in poſſeſſione remanere, donec controuerſa cum maiori cauſae cognitione et ſine armis diiudicarentur. Interea induciae eſſent, quae ad perfectam pacem ſpe ducerent, et, dum ſtarent potentiores vtriusque imperii, quietos ſe continerent (τατε μεγιςα των πολιτευματων ἡσυχιαν ἠγον). Addit Menander,

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 562.

ſum ageret. [Qui ad vrbem Daras cum legato Choſrois Ieſdeguſnaph, Zicho dignitate, in colloquium cum veniſſet:] tandem decreto ſancitum eſt, vt per quinquaginta annos pax eſſet, Ro-
59 manis Lazicen Perſae redderent. Valere pacis conditiones et vtrinque obſeruari, hac per orientem, hac per Armeniam et per ipſam quoque Lazicen.

§. 132.

[Legati dum adhuc de rebus in controuerſia poſitis *l*) col-
60 loquuntur; Petrus], „Suania, inquit, ditionis Romanorum fuit, et Suanis Romani imperarunt. Tum Tzathius eorum dux erat. — [Sed] orta quadam inter Lazorum regem et Martinum, Romanorum tunc temporis in his partibus ducem, diſcordia, Colchus mittere Suanis praeſtare ſolitum frumentum recuſauit. Mos enim erat mitti a rege Colchorum frumentum. ‘Suani hoc grauiter ferentes, de irruptione Perſarum fama ſparſa, ducesque Romanos donis demeriti, vt hi Romanum praeſidium inde deducerent, perfecerunt. Quo facto Perſis, celeriter accedentibus, Suaniam dediderunt’. Hinc facile eſt intelligere, olim Romanorum iuris fuiſſe Suaniam, hodieque iure illis competere. Nam ſi optimo iure conſtituti ſumus domini Lazices (ſic enim et vos iampridem aequum cenſuiſtis) non absque ratione Suania, quae Lazices pars eſt, in noſtrum ius dominiumque cedere debet.

Cui Surenas: „Eo iniquiori animo et grauius iſta fertis, o Romani, quod ea gens ſua ſponte et vltro ſeſe noſtrae poteſtati permiſit„. Zichus eius verba ſuſcipiens: „Suani ſuis legibus ſunt vſi, neque vnquam Colchorum imperio paruerunt„.

„Num

Haec ita geſta eſſe, quo tempore Iuſtinianus Vtiguros ad bellum Cotragiris inferendum fruſtra ſollicitarit. Vid. *Tom. I. Hunnica* §. *135*. In varietate narrationis. Menander p. 133. haec habet: *Per Orientem et Armeniam pax plane eſt perfecta. At per Lazicen Romani inducias pepigerunt, et parum aberat, quin de omnibus, quae ad perfectam pacis conſtitutionem pertinebant, conueniſſet.*

58. MENANDER Excerpt. de Legatt. p. 133.

59. Id. ibid. p. 136. Theophanes p. 202. 203.

60. MENAND. p. 138, 139.

l) Cfr. *Suanica* §. 2.

a. C. 562. *Imp.* IVSTINIANO I.

„Num tu, o Ziche, addit Petrus, verba conuentionum pacis in hac ſignificatione accipi aequum cenſes, te mihi Lazicen reddere cum gentibus, quae Suaniae ſubſunt„. „Si hoc facio, inquit Zichus, aditus tibi aperietur de Iberia quoque controuerſiam mouere. Nam in tuo arbitrio eſt etiam dicere, ipſam quoque ſubiectam fuiſſe Lazis„. „Clarum eſt igitur, o Ziche, te nolle nobis integram Lazicen reſtituere, ſed ſolam eius partem„ m). —

Petrus poſtea cum rege Choſroë ipſo aliquoties de Suania Romanis reſtituenda, quippe quae Lazorum regi ab antiquiſſimis temporibus ſubiecta fuerit, et reges ſuos ab eodem acceperit, verba fecit; nihil vero quidquam n) obtinuit; ſed infecto negotio a finibus Medorum receſſit. — [Tamen] vtraque regna bellum depoſuerunt, et Medi quidem a Colchorum finibus domum reuerterunt. Nec multo poſt Petrus, cum Byzantium rediiſſet, mortuus eſt. 61

m) Hic omiſſa vide in *Suanicis* §. 2.

n) Quae hic breuiſſime excerpta dedi, integra leguntur in *Suanicis* §. 3, 4.

61. MENANDER p. 143-147.

CAPVT XI.

Res Lazica ſub Iuſtino Iun., Mauricio, Heraclio, Iuſtiniano Rhinotmeto et Conſtantino Porphyrogenneta; ab a. C. 565-959.

§. 133.
Imp. IVSTINO II.
a. C. 565.

Imp. IVSTINO II.

62 IVSTINVS, Iuſtiniani nepos, quo fere tempore imperium ſuſcepit, miſit Ioannem, Domentioli filium, in Perſiam, vt legatione fungeretur, 'id inprimis iniungens, vt', ſi ſe offerret occaſio, in ſermonem de Suania incideret. Nondum enim eam iuri Romanorum Choſroës ceſſerat, quamuis Laziceſi, cuius dominii Suania pars erat, Romanis reſtituiſſet, ſed ſemper in Perſarum ditione Suania remanſerat. — Erat Suania non illa quidem magni momenti, aut pretii, ſed ſitu valde commodo et apto, vt magnum adiumentum adferret ad arcendos Perſas ab inuadendis Colchorum finibus. —

63 [Ioannes ad Choſroën admiſſus, cum de aliis rebus collocutus eſſet;] deuenit in ſermonem de Suania (cum magnopere cauiſſet videri id de induſtria et cogitato facere): quando quidem Lazice, et iure, illis reſtituta eſſet, oportere ipſam quoque Suaniam Romanorum poteſtati permittere. 'ſed tunc quoque res ſucceſſu caruit'.

§. 134.

62. MENANDER p. 148. Cfr. *Suanica §. 5.*

63. Id. p. 150. Cfr. *Suanica §. 6.*

§. 134.

a. C. 572.

Imp. IVSTINO II. a. 8. imp. Iuſtini. 64

MARCIANVS, Iuſtini imperatoris patruelis, orientis dux iam renunciatus, in expeditionem aduerſus Choſroën, octauo imperii Iuſtini anno miſſus eſt. Ioannes vero Armeniae dux et Meranes Perſarum, qui et Baramaanes, exercitum colligebant. Et Armeniis quidem ſocios ſe coniunxerunt Colchi, Abaſgi et Saroës, rex Alanorum; Meranae vero Sabiri, et Daganes et Dilmaina gens.

Sub
Tiberio II. nulla ſit Lazorum mentio.

§. 135.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 586.

Imp. MAVRICIO. a. 5. imper. Mauricii. a. M. 6078. a. C. 579. a) 65

[QVO tempore Perſae ad Martyropolin a Romanis victi ſunt proelio;] Phaſis caeſorum ſanguine non inquinabatur. Pacificum enim flumen tum pellucida quiete Colchos irrigans circumfluebat, nullum vſpiam de Perſis habens incolam.

§. 136.

a. C. 589.

a. 8. imper. Mauricii. 66

OCTAVVS Mauricii annus voluebatur, cum Varamus Perſarum dux ab Hormiſda rege cum copiis barbaricis contra Suaniam mittitur. Repentinoque hoſtium aduentu deſidia ad ſedulitatem excitatur. Depraedationibus quippe maiorem in modum vexabatur, nec erat tolerabilis calamitas; quando et, a quo defenderetur, carebat (quia Colchis tum praetorem non habebat), et tanquam orphana, tutore quoque deſtituebatur, armis in oriente feruentibus ſcilicet.

T 2 §. 137.

64. THEOPHANES BYZANTIVS in Eclog. Hiſtor. p. 22.

65. THEOPHYLACTVS SIMOCATTA p. 66.

a) Vid. Theophan. p. 217. coll. p. 220.

66. THEOPHYLACT. p. 69, 70. Theophan. p. 221. Anaſtaſ. p. 74. Cfr. *Suanica §. 9. 10.* et *Tom. III. Turcica §. 27.*

Imp. MAVRICIO.

a. C. 589.

§. 137.

α) Hunnis itaque in oriente Boream verſus incolentibus (quos Turcos vocare Perſis mos eſt) — ab Hormisda rege — debellatis, Varamus bellum in Colchidem promouit. — Suaniae infeſtam manum admouet, factaque praeda non contemnenda, et Babyloniam miſſa, ad Araxem fluuium — exercitum adducit. Mauricius haec audiens, Romanum militiae ducem conſtituit. Is vt in Colchidem peruenit (Lazicen vulgaris lingua mutata voce appellat), et cum antiſtite regionis conſilia communicauit, inde diſcedens in Albaniam perrexit.

Sub
Phoca nulla fit Lazorum mentio.

§. 138.

Imp. HERACLIO. a. 14. imp. Heraclii.

Imp. HERACLIO.

a. C. 623.

67 [HERACLIVS cum in Perſiam irrumpere et Choſroëm aggredi, vellet] ‘exercitus — ex Lazis maxime, Abaſgis et Iberis ſocii conſilium huiusmodi exſequi auerſabantur *b*): ex quo demum ingens ſuborta calamitas. Sarbarazas enim, iis, quas inſtruxerat Choſroës, copiis adiunctus, ſimul cum reliquis ſuis agminibus per Armeniam aduerſus Heraclium inceſſit. — Romani cognito Sarbarazae aduentu, metu percelluntur; ‘imperatorem, vt admiſ-

a) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Anno VI. imperii Mauricii a. M. 6080. — Baram ea victoria* [quam de Turcis reportauit] *circa res bellicas magnum nomen adepto, et ad Araxem fluuium iam caſtra metante, certior factus Mauricius, Romanum ducem inſtitutum cum exercitu in Suaniam dirigit. Is vbi Lazicam deuenit, et ad Phaſidem amnem appulit, in Albaniam caſtra mouet.*

67. THEOPHANES p. 259, 260. Anaſtaſ. p. 93.

b) ὁ δε λαος οὐ συνεβουλευετο τουτο ποιησαι, μαλιστα οἱ των Λαζων, και των Αβασγων, και των Ιβηρων συμμαχοι. Anaſt. *At vero populus huiusmodi praebebat* [leg. *non praebebat*] *conſilium, et maxime Lazorum, et Habaſgorum atque Hiberorum concertatores.*

a. C. 623. *Imp.* HERACLIO.

admiſſam contumaciam ignoſcat, rogant, ſimulque ſe ipſi ad placitum obſequi paratos eſſe dicunt'. Imperator per Vnnorum prouinciam viarumque moleſtias iter agere et barbari eum a tergo inſequi. Hic Lazi vna cum Abaſgis, periculo deterriti, violata ſocietate, et a Romano exercitu diuulſi, in propriam regionem ſeceſſere.

§. 139.

a. C. 625. a. 16. Heracl.

[IMPERATOR cum cognouiſſet Choſroën alium exercitum, Saë duce, aduerſus ſe mittere, alium vero, cui Sarbarus praeerat, Conſtantinopolin verſus ablegare: ſuas copias in tres acies] diſtribuit. et primam quidem ad vrbis defenſionem; aliam Theodoro, proprio fratri, traditam Saëm aggredi iuſſit; cum tertia ſecum educta ipſe in Lazicam regionem ſeceſſit, ibique mora aliquamdiu protracta, Turcos Orientales, quos Chazaros vocant, ad belli ſocietatem allexit. 68

Sub

Conſtantino, Heraclii filio, et reliquis imperatoribus vsque ad Iuſtinianum II. rhinotmetum nulla ſit Lazorum mentio.

§. 140.

Imp. LEONTIO. *Imp.* LEONTIO. a. 2. imp. Leontii.

a. C. 695.

HOC anno c) — Sergius, — Lazicae et Barnucii patricius, perduellis in imperatorem exſtitit, et ea loca Arabibus prodidit d). 69

Sub

Tiberio Apſimaro nulla ſit Lazorum mentio.

68. THEOPHANES p. 263. Anaſtaſ. p. 95.

69. THEOPHANES p. 309. Anaſtaſ. p. 119.

c) Vide marginem.

d) Anaſt. *Seditioneque Sergius excitata, patricius Lazicae, hanc Arabibus ſubdidit.*

Imp. IVSTINIA-NO Rhin.

§. 141.

Imp. IVSTINIANO Rhinotmeto.

a. C. 703.

70 [IVSTINIANVS in imperium reſtitutus, Leonem Iſauricum, affectatae tyrannidis accuſatum, cum ei palam nocere nollet, et ſecreta tamen indignatio animum eius inceſſeret,] cum ingenti pecunia in Alaniam delegauit, vt Alanos in Abaſgiam et Lazicen et Iberiam concitaret. Ille Lazicen profectus, pecuniam quidem in Phaſide repoſuit, et, paucis indigenis ſecum abductis, in Dapſiliam ſe contulit, ac deinde Caucaſiis montibus ſuperatis, in Alaniam contendit. At cum perniciem ipſi inferre Iuſtinianus meditaretur, qui pecuniam ab ipſo in Phaſide repoſitam tollerent, miſit. —

§. 142.

Caeterum quodam tempore abhinc elapſo, cum Armenorum Romanorumque exercitus Lazicen ingreſſus Archaeopolin obſideret, audito Saracenorum aduentu, inde continuo receſſit. — Cum vero Saraceni in Lazicen veniſſent, Romanorum Armenorumque exercitus fuga vſus in Phaſidem remeauit.

§. 143.

Imp. CONSTANTINO Porp.

Imp. CONSTANTINO Porphyrogenneta.

a. C. 959.

71 IN eparchia Lazicae eſt Phaſidis metropolita [inter metropolitas ordine viceſimus ſeptimus.]

In

70. THEOPHANES p. 327 - 329. Anaſt. p. 128, 129. Zonaras T. II. p. 100, 101. Locum integrum cum varietate narrationis vide in *Alanicis* §. 30-33.

71. CONSTANTINVS de Cerim. Aul. Byz. p. 458.

a. C. 959.

Imp. CONSTANTINO *Porp.* 72

In eparchia Lazicae habet metropolis Phaſis ſub ſe vrbes aut epiſcopos quatuor: Rhodopoleos, Saeſinorum, Petrarum, Ziganeorum.

Sub

Romano Iuniore et reliquis Imperatoribus vsque ad Alexium Ducam Murzuflum nulla ſit Lazorum mentio.

72. Id. ibid. p. 460.

Codinus in Notitiis Graec. Epiſc. p. 338. et 366. Ordine praeſidentiae inter metropolitas *in prouincia Lazicae* eſt metropolita *Phaſidis XXVIII.* Id. ibid. p. 348. et 377. *Prouincia Lazicae* habet epiſcopos *Phaſidis*, *Rhodopolis*, *Abiſenorum* (ὁ της Αβισηνων, alio loco ὁ της Σαϊσηνων. apud Conſt. Σαισηνων) *Petrarum*, *Tzinganeorum* (Τζιγγανεων in altera notitia ὁ της Ζιγανεω, apud Conſt. Ζηγανεων). Id. ibid. p. 392. *Ordine praeſidentiae metropolitarum apoſtolico Conſtantinopoleos throno ſubiectorum et epiſcoporum his inferiorum — thronus* eſt *trigeſimus tertius Trapezuntis Lazicae.* cui ſubiecti ſunt epiſcopi *Cherianorum*, *Chamuzuri* (Χαμȣζȣρ) *Chalaei* (Χαλαιȣ, marg. Χαχαιȣ), *Palperi*, *Ceramaeorum*, *Lerii*, *Bizanorum*, *Sacabi*, *Tochartzitzi* (Τοχαρτζιτζȣ, marg. Τοχαβτζιτζȣ), *Tochantiertzi* (Τοχαντιερτζ. marg. Τοχαντιερζ.), *Vlnutſ* (Ουλνȣτȣ, marg. Τȣλνȣτȣ), *Phaſianae*, *Sermatzi* (Σερματζȣ, marg. Τοσερματζȣ), *Andaſtorum*, *Sarimacorum*.

CAP. XII.

CAPVT XII.

Lazicae a capta a Latinis Conſtantinopoli vsque ad Trapezuntem a Muhammede II. captam ſtatus; ab a. C. 1204-1461.

§. 144.

Imp. THEODORO *Laſcari I.*

a. C. 1204. a)

Imp. THEODORO *Laſc. I.*

73 CONSTANTINOPOLI a Latinis capta, Romanorumque principatu, — in plurimas partes et fruſta diſcerpto, alius alibi, quocunque ſors tulit, regnauit: donec vix tandem Theodorus Laſcaris apud Nicaeam — imperator eſt renunciatus. Tum enim alii victi, alii ſupplices, vltro ſe ad illum contulerunt, praeter eum, qui Colchidem tenuit, Alexium Comnenum.

§. 145.

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1222 - 1233.

Imp. IOANNE *Duca.*

DVX — Scytharum [Tatarorum, Chalaus] — tribunis ſuis et ſatrapis alio atque alio miſſis, Perſas primum et Parthos et
74 Medos ſubigit. Deinde per Armeniam maiorem aſcendendo verſus ſeptemtriones ad Colchidem et finitimam illi Iberiam excurrit.

§. 146.

73. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 7.

a) Annus margini adſcriptus.

74. Id. ibid. p. 22. Locum integrum vide *Tom. III. in Tataricis* §. 10.

a. C. 1222-1233. *Imp.* IOANNE

§. 146. *Duca.*

DELATA ei [Ioanni Ducae] aliquando querela per quoſdam conuehentium pecuniam publicam, de negligentia cuſtodum aerarii, accipere ſtatim eam et intro recondere differentium, tanta ira exarſit in miniſtros duos talis indiligentiae compertos, vt, eorum altero metu ſupplicii ad Lazos fuga delato, comprehenſus alter tot tamque grauibus iuſſu Auguſti conciſus plagis fuerit, [vt paucis diebus poſt moreretur]. 75

Sub Theodoro Laſc. II. et Ioanne Laſc. nulla ſit Lazorum mentio.

§. 147. *Imp.* MICHAELE *Pal.*

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

a. C. 1281. b)

LAZORVM — principi Ioanni, qui regni inſignibus 'temere ac praeter fas aſſumtis c) ſe oſtentabat, ſaepius denunciauit [Michael Palaeologus], nihil ſe quidem obſtare, quominus dominio ſui principatus pro libito vteretur; 'illud magnopere monere; abſtineret nomine regio, nec eum veſtitum aut ornatum adhiberet, qui characterem praeferret Caeſareae poteſtatis d). Meminiſſetque, non decere ipſum, qui pars eſſet imperii Romani, eius ſibi cultum et notas maieſtatis arrogare, qui legitime conſtitutus in throno Auguſto imperatricis vrbis, loci eius ipſius, et ſummae dignitatis officio, cogeretur dare operam, ne membrum exaequaret ſe capiti, et diſcrimina graduum honoris ambitione turbulenta confunderet e). 76

75. PACHYMERES Tom. II. p. 204. vbi haec alieno loco ſub Andronico Aug. narrantur.

76. Id. T. I. p. 353-356. Niceph. Greg. Tom. I. p. 91. Hunc poſteriorem locum infra ad §. 150. adfero.

b) Vide Obſeruatt. Pachym. p. 543.

c) ὀυ μετον ὅλως βασιλειας ἐκεινῳ.

d) ὀνοματων δε και παρασημων βασιλικων φειδεσθαι.

e) μη δε γαρ ἀξιον, ἀυτου βασιλεως ὀντος, ἐπι ἀυτου βασιλειου θωκου και πολεως, και τινας ἀλλους ἐπι του μειζονος του και ὑπερτατου φημιζεσθαι ἀξιωματος. ἀλλα μερος ὀντα κἀκεινον ἐπισυναπτειν τῳ ὁλῳ, μηθ' ὀυτως βασιλικῃ ταξει την συγχυσιν ἐπιφερειν.

Imp. MICHAELE Palaeol.

a. C. 1281.

Verum ex hiſce, licet ſaepius iteratis, monitis non alium Auguſtus fructum retulit, quam deſperationem quidquam deinceps hac via proficiendi. Superciliosus quippe barbarus tumore ſe inflabat ſuo, admonitionesque ſpernebat, praetextus obtendens vanos, fingensque, ſe non primum inchoare iſta, quorum ſcilicet vſum a patrum exemplis duceret: 'ac quando redigere ſe vltro in ordinem vellet, haud paſſuros id ſuos, ad dedecus propriae reipublicae pertinere ratos, ſi tranſmiſſum aucta ſucceſſione principatus decus dynaſta ipſorum degeneri vilitate abiiceret f). Haud enim ſe tam contemtibilem 'imperii late clariſſimi g) partem eſſe, 'vt indigni videri deberent, qui ſplendoris illius antiqui reſiduis adhuc quibusdam quaſi radiis fulgerent h). Nec eſſe, cur inuideatur honos rubrorum calceorum et regni nomen maiora vtique habenti. 'Sic ille, per illa maiora, quibus frui ſe gloriabatur, innuens proſtrationes ipſi a ſubditis in occurſu venerantibus fieri ſolitas, et tractationes pacis ac foedera aequo iure cum maximis regibus inita i).

§. 148.

'His turgentem magnificis de ſe ſenſibus Ioannem, flore praeterea viridis aetatis et principatus nouitate ferociorem, facile intellexit imperator non alia ratione adducendum ad ſubiectionem erga ſe aliquam, quam ſi eum affinitate praeoccupatum adoptionis modo quodam in familiam insereret ſuam k). 'Sic enim ſe illi ſuſpicionem, qua abalienabatur abs ſe, demturum: modeſtiam iſtam cultus et titulorum non alio ipſi animo ab imperatore praeſcribi, quam vt exauctoraret ipſum, et iure ditionis patriae priuaret.

f) προσετι δε μηδε τυς περι αὐτον ἐαν ἐλεγε, κολυειν οὕτως ἀξιωμα πατρικον, ἐκπλειςυ και ἐς αὐτον κατιον.

g) Addit h. interpres.

h) ἐυκλειας ςερηθεντος ἐκεινυ βασιλικης.

i) τα δε ἠν, ὡς ἐλεγενε, ἐποπτωσεις τε και δυλικη ἐντυχια, και ἐιρηνικαι σπονδαι, και προς το συγκεχωρηκος ἐφ᾽ ἁπασιν.

k) ἐγνω γυν ὁ κρατων δια ταυτα μετελθειν ἀλλως τον Ιωαννην, και μαλλον ὁτι και νεον ἐπι της ἀρχης καθιςατα. κηδει γυν θεμενος ἐισποιησαϑαι.

a. C. 1281. — *Imp.* MICHAELI *Pal.*

maret. Vbi enim is ſenſiſſet, vocari ſe ad honorem imperatorii coniugii, haud amplius formidaturus videbatur, talia imperatorem machinari, cum natura non ferat, ſoceros deſerere dignitatem minuereque opes generorum velle; quos contra patria caritate complectantur, et auctos fortunis ac titulis etiam ſupra hereditatis bona cumulatis cupiant [l]).

'Hoc animo imperator ac ſpe [m]) viris ſummatibus, iisdemque prudentiſſimis, legationes 'ad Ioannem [n]) demandauit: vt et dignitas ipſorum conciliaret promiſſis fidem, et eloquentia dexteritasque tractandi cunctas eluctata ſuſpiciones, quae obſtarent, perſuadere, quod optabatur, tandem poſſet. Itaque cum Acropolita, magnus logotheta, dum viueret [o]), tum Xiphilinus, magnae eccleſiae oeconomus, 'ad Lazos miſſi [p]), vt offerrent Ioanni nuptias tertiae imperatoris filiae, Eudociae, nihil omiſerunt induſtriae atque artis, quo vel ipſum iuuenem Ioannem, vel eius familiares ac conſiliarios pellicerent, 'illum quidem ad proficiſcendum, metu omni depoſito, Conſtantinopolin, ſummis illic honoribus dignandum [q]); hos autem ad id ipſum ſuadendum ſuo principi; 'ſucceſſu tamen is conatus tum quidem caruit [r]). Nam nec Lazicae aulae proceres auctores fieri Ioanni voluerunt itineris talis, nec ipſe per ſe princeps in id propendit: cum concordibus omnes ſenſibus dicerent: exemplis ſe domeſticis doceri, non euagari affinitatibus extra ditionis limites patriae, ſed ſponſas

l) καὶ τὸ δι' ὑποψίας εἶναι τὸ κωλύειν ἄλλως θέλειν τὴν ἐξουσίαν, καὶ μὴ κατ' αὐτὸ τὸ τῆς βασιλείας δίκαιον ἐπαγγέλλειν τὴν μεταμφίασιν ἀναιρεῖν. πᾶσι γὰρ οἰκείοις, μὴ ἂν ἔχειν χώραν βούλεσθαι τὸ τῶν δικαίων σφίσι καθυφεῖκος.

m) πρῶτον μέν.

n) πρὸς ἐκεῖνον.

o) P. Poſſinus in Obſeruat. Pachymer. p. 481, 482. „Haec indicant, ſcripſiſſe iſta Pachymerem ſub Andronico et quidem multis annis poſt mortem Michaelis Auguſti. Nam Georgius Acropolita mortuus eſt in carcere, in quem coniectus fuerat ab Andronico ſub initium eius imperii — in eoque poſt plures annos obiit —„.

p) ἀπεστέλλετο.

q) αὐτὸν δὲ πίστεις ἔχοντα τὰς ἐλπίδας, ὡς ἐπὶ καλοῖς προσκαλούμενον, ἀπαντᾶν μετὰ θάρρους.

r) ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ταῦτα.

Imp. MICHAELE Pal.

a. C. 1281.

ſas in gentis eiusdem optimatum domibus quaerere; imperatorium vero genus ac ſtirpem, velut res votis ac captu propriis ſuperiores, ſic intueri, vt ſtellas homines ac coeli ſidera mirari ſolent, quae ſcilicet ita ſuſpiciunt, vt ad contactum eorum, a natura negatum, non adſpirent. Viderent igitur, quam non fuiſſet opus commendari ab imperatore modeſtiam iis, qui nunc oblatorum vltro ipſis honorum maximorum ſplendorem non dubitarent recuſare, tanquam mediocritatis ipſorum, qua contenti eſſent, excedentem modum [s].

'Ergo legati, omnia fruſtra experti [t], redire tandem ad imperatorem re infecta ſunt coacti.

§. 149.

Nec tamen ille [imperator] adhuc deſpondit animum; ſed aliis eo atque aliis legationibus crebro miſſitandis, 'hinc terrere illos minis, inde allicere promiſſis, et cum vniuerſos, tum ſingulos priuatim, accommodatis ad cuiusque ſpes ac captum tentare ſermonibus non deſtitit, terribilia intentans, ni facerent, montes aureos pollicens, ſi audirent [v]. quoad tandem miſſo illuc logotheta domeſticorum Iatropulo, cui comitem eccleſiae presbyterum adiunxit, 'ſic ſecum reputans, logothetae dignitatem validituram ad faciendam fidem ſinceri imperatoris animi in promittendis bonis ingentibus, quae tali interprete offerret; cumulum vere perſuaſionis addituram eccleſiaſticam grauitatem elucentem in eius ſocio, nec dubitaturos ipſos credere pollicitationibus, quarum eccleſia, quae fallere neſciret, ſe vadem quodammodo exhiberet, compos effectus votorum Auguſtus eſt. Cum enim ambo illi pro ſe quisque conteſtarentur, optima fide ac voluntate im-

s) πολλοις γαρ προτερον χρονοις τους εκ γειτονων προς τους αρχοντας αυτων εκγαμιζεσθαι, και καθ' αυτους ειναι τα βασιλεως, εν αστροις μανθανοντα. και γε προ των απ' αυτης καλων και μεγιστων των κατα σφας αιρουμενους μετριον.

t) ως γουν ποικιλαις συμβουλιαις οι πρεσβεις ουκ επειθον λεγοντες, παντα δευτερα τιθεμενους της σφων θελησεως.

v) το μεν ηπειλει, το δε και τοις αφ' εαυτου γενησομενοις εκεινοις καλοις εδελεαζεν, ει μονον πεισθεντες ηκοιεν.

a. C. 1281.

Imp. MICHAELS Pal.

imperatorem vocare Ioannem in neceſſitudinem filii paterno deinde affectu illum omni bonorum genere aucturum: diſcuſſis denique ſuſpicionum vmbris, Lazi plane aſſenſerunt, ac iureiurando a legatis accepto, quo nomine imperatoris et ſua ipſorum fide ſancte ſpondebant, omnino fore, vt Ioannes, Conſtantinopolin proficiſcens, ibi filiam imperatoris duceret vxorem x); ac mox bonis honoribusque y) cumulatus remitteretur domum, comites quoque ſuos liberalitate Auguſti ditatos reducens ſecum, naue ſimul omnes longa conſcenſa verſus vrbem ſoluerunt.

§. 150.

a) Quoniam vero forte tunc contigit, abeſſe ab vrbe imperatorem, commorantem ad Lopadium, ibique intentum vel praeuertendis damnis, vel ruinis reparandis regionum circa Sangarim z). — Legati Romani Ioannem Lazum deducentes, ea imperatoris abſentia obiter cognita, vbi primum fines Romanos atti-

a) NICEPHORVS GREG.: *Ioannes, Alexii nepos (illius, qui poſt vrbem captam Colchorum et Lazorum tyrannidem inuaſerat* vide ſupra §. 144.), *cum iusiurandum ſcriptum ab imperatore accepiſſet, Byzantium venit, et Eudociam, eiusdem filiam, vxorem ducit. Ac pauliſper in vrbe apud imperatorem commoratus, vna cum Eudocia coniuge in regnum ſuum reuertitur: cuius regia ſedes erat Trapezus. Vbi, antequam annus elaberetur, filius ei ex Eudocia natus eſt, iunior Alexius Comnenus, qui patri deinde, vt infra dicetur, in regno ſucceſſit.*

x) τον μεν κατα τιμην τȣ προσκαλȣμενȣ, και των απο τȣ βασιλεως καλων αγγελιων, τον δε κατα τινα πληροφοριαν και πιστιν των λεγομενων, ὡς ἐπι τȣτοις και της Εκκλησιας πρεσβευȣσης, μηδεν εἰδυιας κατα το εἰκος, ὡς ἐκεινος ἐπειθε λεγων, ἐφ᾽ οἷς ἀν και συνομολογοιη ψευδεσθαι. ὡστε παρεντας τας ὑποψιας αὐτους τοις πραγμασιν κρινειν, εἰ παιδας ἁμα ποιειν ἐκεινον και κακον βȣλοιτο. ταυτα λεγοντες, ἐπειθον. και ὁρκȣς ταμοντες, ἠν μην και γαμβρον γενεσθαι τȣ βασιλεως τον Ιωαννην.

y) Addit h. interpres.

z) ἐκει γαρ τα κατα Σαγγαριν διελθων, και γ᾽ ὡς ἠν κατασφαλισαμενος.

Imp. MICHAELE *Pal.*

p. C. 1281.

attigerunt, 'occaſionem inde opportune ſumſerunt ſuggerendi Ioanni, eleganter facturum illum, ſi, rubris calceamentis paulisper exutis a), nigra indueret 'vsque ad imperatoris breui adfuturi reditum. Etſi enim in diſceſſu conuentum inter ipſos fuerat, profecturum Ioannem cum ſibi ſolitis inſignibus deſpoticae poteſtatis; tamen cauſam eſſe idoneam diſſerebant, cur in eo tum quidpiam remitteret, cum foenore gloriae mox recepturus honorifico Auguſti iudicio, id quod volens ad tempus breuiſſimum depoſuiſſet. imperatori quippe decretum eſſe, Ioannem ſtatim atque in neceſſitudinem filii admotus is ſibi foret, deſponſa ipſi propria filia, magnifice ornare iis ſymbolis ſupremae dignitatis, quae deſpotis in aula imperatoria tribui ſolebant b). 'Doliturum autem ipſi, ſi Ioannem videret ea per ſe occupaſſe, quae habere illum ſuo beneficio et ſibi ſuaeque erga illum beneuolentiae imputari cuperet. Quin et alioquin parum conuenire iam purpura vtentem bicolores ex roſeo et candido, quae propriae deſpotarum eſſent, veſtes aſſumere. Itaque ne grauaretur primum occurſum imperatori exhibere, in eo cultu, qui facultatem ei non praeriperet ipſum, quod auebat, inſolitis honoris inſignibus decorandi c). 'Haec dicentes, perſuaſerunt, quod volebant: cumque Lazorum principe eo, quem optauerant, modo veſtito ad vrbem appulerunt d), exſcendentesque e naui ad portum Ceras dictum, ſplen-

a) βȣλην και ὁι πρεσβεις ἐισαγȣσι τοις ἀμφι τον Ιωαννην ἀποθεσθαι τȣτον τα ἐρυθρα.

b) ὡς δη παντος ἐυθυς παρα βασιλεως γενησομενȣ τȣ κατ᾽ ἀυτον ἀξιωματος. ἠν γαρ συγκειμενον σφισιν και τα της δεσποτειας ἐκεινον ἀμφιβαλλομενον συμβολα ἁμα τω παιδα γενεσθαι, περιφανως ἐς ἀυθις κλεϊζεσθαι.

c) το δ᾽ ἐπ᾽ ἐρυθροις μεταλαμβανειν τα ἐκ πορφυρων διχροα μη και ὁλως ἀπρεπες ἠ, προς τῳ και ἀλλως δυχερες φανηναι τῳ βασιλει.

d) ταυτα λεξαντες τε και πραξαντες τη πολει προσιχȣσι.

Nicephorus Gregoras p. 77. Colchidis quaſi in tranſitu meminit. Vbi, cum, concordia cum eccleſia Latina inita, Michaëlem nunc blanditiis, nunc minis et vi ſuos, vt eam amplecterentur, adducere conatum eſſe, narraſſet, pergit: *Maxima vero pars, veri iudicii expers, faex plebis et circumforaneae tur-*

a. C. 1281. *Imp.* MICHAELE *Pal.*

ſplendide ſunt hoſpitio excepti in ſuburbanis domiciliis. vbi per aliquot dies refecti a iactatione nauis et maris nauſea, mandato ad ſe veniendi ab imperatore accepto Lopadium profecti, quibus decuit beneuolentiae ſignificationibus admiſſi tractatique ab eo ſunt, moxque cum ipſo naui vecti, rurſus vrbem tenuerunt. Feſtinabat enim imperator, tum quod filiae nuptias conficere quamprimum e re duceret; tum quod nunciarentur ex occiduis partibus aduentare Tochari, quos a Noga impetrauerat aduerſus Ioannem ſebaſtocratorem auxilio ſibi mitti. Tunc igitur Septembri menſe deſinente, regreſſus in vrbem, nuptias filiae celebrabat.

§. 151.

Imp. ANDRONICO *Seniore.*

a. C. 1298. e)

Imp. ANDRONICO *Sen.*

β) HOC interim tempore [quo Andronicus, Michaelis Palaeologi filius, Tuctain, Tatarorum principem, filia ſua notha Maria ei deſponſa, ſibi affinitate iunxit] Ioannes, Lazorum princeps, quem generum imperatoris Michaelis, ducta in vxorem eius filia, factum ſuperius oſtendimus f), diem ſuum obiit, filiis duobus ſuperſtitibus relictis. Horum altero, ALEXIO, in paterni principatus ſucceſſione conſtituto, mater eius Eudocia, ſecum alterum ducens filium, ad fratrem Auguſtum in vrbem ſe contulit. — Suam porro ſororem Eudociam, viduam principis Lazorum 77

β) NICEPHORVS GREGORAS: *Inſecuta aeſtate* [poſtquam Andronicus ſtatuam Michaelis Archiſtrategi terrae motu collapſam refecit] *Eudocia, imperatoris ſoror, Trapezunte in Vrbem venit, marito eius Ioanne Lazo mortuo. Venit autem cum filio ſuo iuniore. Nam primogenitum Alexium ad paternum imperium adminiſtrandum domi reliquerat. Eudociae nuptias Crales Seruiae per legatos ambiebat.* reliqua vide *Tom. II. P. I. in Seruicis* §. *87.* ſeqq.

is, ſemper iſtiusmodi rebus nouis gaudens, hirſutis pannis velut ſcenico amictu nouo inducti toto orbe diſperſi ſunt, vbi Chriſtianos eſſe audiuerunt: in Peloponneſum, inquam, Achaiam, Theſſaliam et Colchidem, et quacunque imperatoris ditio non patebat.

77. PACHYMERES T. II. p. 183. Niceph. Greg. T. I. p. 124.

e) Vide obſeruatt. Pachym. p. 614.

f) Cfr. §. 150.

Imp. ANDRONICO Sen. a. C. 1298.

zorum g), honorifice beneuoleque exceptam imperator, poſtquam eius luctui cum ipſe, tum mater communis amborum debito miſerationis officio compaſſi ſunt, apud ſeſe detinuit, remiſſurum ſe illam ad filium in tempore pollicens, cui filio, in Lazis, vt dictum eſt, dominanti, omni iam nunc ratione principatum firmare ſategit imperator. nam huius tutelae puer ille a patre commendatus fuerat.

§. 152.

a. C. 1299. h)

78 IMPERATOR, gratificari ſtudens Chumno praefecto Caniclei, quo fidiſſimo ad omnia probatiſſimoque dudum miniſtro vtebatur, filiam huius, cui pater copioſam plurimorum talentorum congeſſerat dotem, Alexio, Lazorum principi, ſororis ſuae filio, et patris teſtamento ſuae tutelae commendato, cuius mater adhuc erat Conſtantinopoli, collocare in matrimonio decreuit. Conducibile quippe id putabat cum ipſi Lazo, tum rebus etiam Romanis: et, quo inprimis mouebatur, ſic ſe optime conſulere percaro ſibi homini videbat, admouens eum affinitate illa generi regio; ac tanto ipſum certiori firmans pignore in fide beneuolentiaque erga ſeſe i). Itaque incumbens toto niſu in negotium optatiſſimum, eo breui rem perduxit, vt puellam, dominae inſignibus ornatam, Alexii, Lazorum domini, ſponſam appellaret k). Haud aegre aſſenſa, poſtquam audiit, imperatori talia paranti mater Alexii l), adeo eius probare deſignationem connubii viſa eſt, vt vltro ad filium parandarum cauſa nuptiarum ituram prae ſe ferret. Verum ille haud in hoc morigerum auunculo ſe ac matri praebuit. Siue enim diſſuaſus a quopiam, ſeu praeoccupatus amore cuiuſdam e primoribus Iberorum filiae, cum hac ad ſe deducta rite coniugium celebrauit m). Quo comperto, imperator multus erat in

g) Addit h. interpres.

78. PACHYMERES T. II. p. 198, 199.

h) Vid. Obſeruatt. Pachym. p. 615.

i) ἐθεραπευε δε και τον οἰκειον τῳ ἀπο τȣ γενȣς κηδει τιμων, ὡς και αὐτον τοις ἐυνȣςατοις ἐξεταζομενος.

k) και νυμφην ὠνομαζε.

l) Vocem hanc interpres addit.

m) ἀλλ᾽ ἐκεινος, ἠπειθομενος και τȣς γαμȣς ἀπαξιων, ἢ μην και ἀλλως ἐπελθον αὐτῳ φθασας ἐκ τινος των ἐπ᾽ ἐξȣσιας Ιβηρων την συνοικησȣσαν ἀγεται.

a. C. 1299.

in allegandis contra legibus et iure tutorio iactando, ' quod ei conſanguinitas intima et patris, germanae ſuae viri, vltima voluntas legitime ſignatis teſtamenti tabulis dediſſet. Quare aiebat irritas iſtas videri debere nuptias, et, vt falſi coniuges ab inuicem dirimerentur, contendebat n); ' nec tamen in hoc iure imperii aut vi ſaecularis poteſtatis vti, quod fas non eſſet, inducebat in animum; ſed ſtudebat hoc ſententia et calculo eccleſiae decerni o). Quare, miſſis ad patriarcham et, quae circum ipſum erat, ſynodum, certis hominibus, qui exponerent, quantum ſibi iuris darent in eum iuuenem primum imperatoria dignitas, deinde conſanguinitas et quaedam auctoritas paterna, qualem tutori leges in pupillum tribuunt; ' vt, iis, prout par erat, conſideratis, ſtatuerent: caſſum et inualidum id matrimonium eſſe, quippe temere attentatum ab homine non ſuae ad hoc poteſtatis, citra ſuum aſſenſum, a quo penderet p). Imp. ANDRONICO Sen.

Hisce vltro citroque ventilatis, et negotio ſynodice tractato, quidam epiſcoporum, haerentes, vt putabant, verae legum ſententiae, poſtulatis imperatoris, vti aequis, annuendum cenſebant. At patriarcha et plures cum ipſo in contrarium obfirmati ſtabant: eo maxime moti, quod iam iſta ex Iberis puella vterum ex Alexio ferre dicebatur.

§. 153.

Caeterum ' mater principis Lazorum q) redire domum cupiens, ' ſpem praefecto caniclei ſuboſtendebat quandam r), quaſi eo-

n) ὡς γαρ πατρος ἐπ' ἐκεινῳ ταξιν ἐπεχων, ἁμα μεν και των διαθηκων, ἁμα δε και τȣ συν τῃ βασιλειᾳ ἀπο τȣ γενȣς δικαιȣ χαριν, ἠβȣλετο διιςαναι την συζυγιαν.

o) ȣ̓ μην δε και δεσποτικως, ἐξ ἐπιταγματος ἀλλως ἠθελε πραττειν· ἀλλ ȣ̓χ ἡττον και γνωμῃ και ψηφῳ της Ἐκκλησιας.

p) ἀκυρον ἀπο νομων ἐπειρατο δεικνυειν τα συνοικεσιον και διαλυειν ἠξιȣ, ὡς παρα βȣλην την αὐτȣ συνεςας.

q) ἡ μητηρ ἐκεινȣ.

r) ἐλπιδας τοις τȣ κανικλειȣ ὑπετεινεν.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1299.

eo profecta procuratura praeſens eſſet ſeparationem coniugum ſolutionemque connubii, quod minus per litteras poſſet conſequi, ' viua ſcilicet coram voce et vultus verecundia materni *s*) perſuaſura filio, vt ſe morigerum Auguſto auunculo praeberet, ' quo perduci iuuenem poſſe vllis eminus ſcriptis miſſisque mandatis, haud ſatis confideret. Hoc obtentu eblandita imperatoris aſſenſum in reuerſionem ad Lazos ſuam, eo nauigauit *t*). qua fide autem poſt reditum promiſſis ſteterit, ſciuerint qui, quae illic egit, oculis praeſentes vſurparunt. Euenta quidem demonſtrarunt, viſam eo proficiſci ad diſſoluendum matrimonium, poſtquam ibi fuit, contraria potius ſecutam: quamquam inuidia tota facti in contumacis filii duritiem conferebatur. Spe igitur inde deiectus imperator, cum nec eccleſia conſilium expediret declarandi matrimonium hoc irritum, certantibus de validitate eius ſententiis patrum, et rem in ambiguo relinquentibus: qui iam Chumni filiam in honorem priuata ſorte altiorem euexiſſet, illiberale putauit, redigere immeritam in ordinem et deſpoticis ſemel ornatam ſpoliare inſignibus. Vt igitur ei gradum tueretur collatae dignitatis, ſpem dedit, ſe illam connubio iuncturum filio proprio Ioanni, iam deſpotae.

§. 154.

a. C. 1306. *v*)

79 EODEM anno [quo Michael, Andronici filius, Bulgariam cum exercitu ingreſſus, eam late vaſtauit *x*)] Lazorum princeps, ſorore imperatoris natus, Alexius, deſpotica inſignis poteſtate et vrbem illic Trapezuntem obtinens, pugnam fecit cum Genuenſibus, tali quadam ex cauſa.

Genuenſibus, ex antiquo inquilinis regionis eius, erat ſolitum, lucri partem ex commercio quaeſiti impertiri loci principibus.

s) αὐτῳ γαρ προσωπῳ.

t) ὡς οὐκ ἄλλως ἐνον ἀπειθειν τῳ τε και βασιλεως ἀφεντος πλῳ χρησαμενῃ προσταχει γινεται.

79. PACHYMERES T. II. p. 310, 311.

v) Vid. obſeruatt. Pachym. p. 624.

x) Cfr. *Tom. II. P. II. Bulgarica* §. 378-381.

bus. ‘At poſtquam ii aucti opibus Conſtantinopoli numeroque ſunt, et illic immunitatibus donati tributorum, ſplendore atque opulentia excreuerant, eo quidem vsque, vt Galatam, aduerſum in orientali continente Byzantio ſuburbium, conceſſu Auguſtorum in proprium ſibi domicilium haberent z), ſimul egregie munitum ad ſecuritatem, ſimul magnificis ſuperbe ornatum aedificiis, ‘ignominioſum deinceps ſibi putarunt, pati amplius perſcrutationem ſarcinarum ſuarum, quae Trapezunte fieret, ad excipiendam inde principi debitam partem: ac coërceri, dum in fraude deprehendebantur, grauiter ferebant; indignum eſſe cauſantes, qui tam honorificis priuilegiis immunitatis ornati ab imperatore fuiſſent, eos a minutis toparchis teneri tamen vectigales et ſubiectos a). Hoc ergo iniuriae loco ducentes, primum ex communi concilio ipſorum legatos ad Alexium mittunt, ‘quaedam poſtulantes b). quibus cum ille haud quaquam aſſentiretur; ſtatim ipſi ſimularunt, migrare ſe ſimul omnes e Lazorum terris, nunquam redituros, velle c). Ac quoniam naues ipſorum longae in portu ſtabant, ſubito per eas omnes praeconio edicunt, expedirent ſe cuncti ad proximum abitum. quam id imperatum celeriter, tam promte impigreque, vt ſine mora pareretur, a ſingulis opera dabatur.

§. 155.

‘Nihil his motus Lazorum princeps, abire quidem Genuenſes perfacile paſſurum ſe oſtendit; ſiue intelligens, haec in ſpeciem obtendi, ſiue, vt ex vero res gereretur, commercium eorum parum curans. Caeterum praefracte inſtitit exigere, priusquam

z) ἐπει δ᾽ ηὐξαιοντο κατα πολιν, και ταις ατελειαις ἐμεγαλυνοντο, ὡϛε και την Αντιπεραιαν της Βυζαντιδος ὑποχαρισθησαι σφισιν ἐις οἰκισμον.

a) ἠδοξεν ἐντευθεν την ἐκει των φορτιων ἀναψηλαφησιν, και βαρεως ἐφερον τας ἐυθυνας, ἐι παρα βασιλεως ἀτελειας τιμωμενοι, τοπαρχοισιν ἀλλοις καθυποκλινοιντο.

b) ἀπαιτησεις τινας προτεινομενοι.

c) ἀναχωρειν της χωρας παμπληθει τε και πανομιλει ἐυθεως ἐσχηματιζοντο.

Imp. ANDRONICO Sen. a. C. 1306.

quam ſoluerent, id, quod ipſi pro ſarcinis iam ante ab iis in terram ſuam illatis, iure hactenus recepto, deberetur d).

Genuenſes ad hanc denunciationem principis e), in conſuetam ipſis elati confidentiam, facturos, quod poſcebatur, palam ſe negabant, retrahebantque interim, quantum poterant, merces in naues f).

§. 156.

Hic enimuero cunctandum amplius princeps haud ratus, quas habebat ad manum Ibericas copias, ad pugnam expedit g). Committitur praelium vtrinque; volantibusque vltro citroque iaculis, plurimi inuicem cadunt. Victoria porro haud dubie vergebat ad Iberos, maloque ſtabat loco ſors Genuenſium. Ad extremum incumbentibus vehementius Iberis, Genuenſes reſiſtendo impares, et quod ſecuturum metuebant, praecauentes, ignem iniiciunt in exterius ſuburbium Trapezuntis h), non ad ſpem victoriae, ſed quo, ſi forte, trepidantibus ad exſtinctionem incolis, aliquam inire rationem poſſent ſe ac ſua in tutum ſubducendi. Damnum ex hoc incendio immenſum indigenarum exſtitit, ſed longe maius Genuenſium. Nam ſarcinae ipſorum confertae pretioſis mercibus tanta mole ac numero, vt naues duodecim (quot in portu ſtabant) complere poſſent, eodem igne conſumtae ſunt. Ea clade ac iactura demittere animos coacti Genuenſes k), pacis conſilia ſunt amplexi.

§. 157.

d) ὁ δε ἀρχηγος της χωρας ἀναχωρειν μεν ἠφιει, και ἠφρεντιστη των φαινομενων, πλην της των φορτιων τεως μεριδος ἀνωθεν καταχθεντων και λιαν ἀντειχετο, ὡς ἐπι της χωρας αὐτȣ γεγονοτων.

e) οἱ δε.

f) και προς τα ἐπεσαλμενα ἀντετεινον και ἀντεσπων.

g) κἀντευθεν Ἰβηρας ἐχων ἐκεινος, την προς σφας ἀναθαῤῥει μαχην.

h) τῃ ἐξω της πολεως χωρᾳ.

i) οὐ κατα χρειαν νικης, ἀλλ᾽ ὡςε μολις το κακον ἐκφυγειν θορυβηθεντων των ἀντιπαλων.

k) και τȣντευθεν ταπεινωθεντες.

§. 157. *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1307. *l*)

INVITANTE ipſos [Genuenſes, qui Amogabaros breui ante nauali vicerant proelio] imperatore, vt ſub pacto mercedis ire 80 militatum aduerſus Catelanos, Callipolin obtinentes vellent: primum de ſumma pecuniae ipſis ab Auguſto hoc nomine pendendae altercatum eſt: interimque diſſenſione circa id inter claſſis duces orta, inſtinctu, opinor, inquilinorum Galatae Genuenſium, qui quodam iam antea — foedere praeoccupati a Catelanis erant, omnes ſublatis repente anchoris curſum Lazos verſus intenderunt. —

Poſthaec reuerſos e Lazis Genuenſes cum nauibus tredecim 81 ad armorum ſecum ſocietatem ineundam eſt pellicere conatus, [ſed fruſtra].

Sub Andronico Iuniore et reliquis imperatoribus vsque ad Andronicum IV. Pal. nulla fit Lazorum mentio.

§. 158.

Imp. EMANVELE III. *Palaeologo.* *Imp.* EMANVELE III. *Pal.*

a. C. 1388 - 1398. *m*)

[PAIAZITES Turcorum Sultanus] cum *Tzapnidas* *n*) domuiſſet, qui Colchidis loca vsque ad Amaſtrum vrbem tenent: 82 bellum contra Carailucem et Leucamnam, Samachiae ducem, vertit: quem obuiam procedentem cum exercitu, proelio vicit, Samachiamque vrbem oppugnare coepit. Vrbis autem iſtius oppugnatio cum parum ſuccederet, abductis copiis, domum reuerſus eſt.

§. 159.

a. C. 1421. *o*)

[MORATES] tradito ſibi a patre [Mechmete] imperio, regebat prouincias in confinio Perſoturcorum ſitas, quibus Ka- 83

 raiu-

80. Id. ibid. p. 377.

l) Vid. Obſeruatt. Pachym. p. 627.

81. Id. ibid. p. 384.

Funambulorum Iberiam, Caucaſo finitimam, Colchidem cet. peruagatorum meminit Nicephorus Gregoras T. II. p. 214.

82. CHALCOCONDYLAS p. 34.

m) Anni ab initio imperii Baiazithis, vsque ad legationem a Temir Chano miſſam.

n) τὰς Τζαπνιδας. Vide et infra ad §. 163.

83. DVCAS p. 69.

o) Ante hunc annum, qui apud

a. C. 1421.

raiulucus imperabat, vicinus Lazis, ac Perſis, Alexii Comneni, imperatoris Trapezuntini, gener, cuius filiam vxorem duxerat.

Imp. IOANNE *Em. Pal.*

§. 160.

Imp. IOANNE *Eman.* Pal.

a. C. 1440.

84 AMVRATES — in Colchida imperiumque Trapezuntinum triremes miſit, regionemque Colchidis vaſtans etiam vrbem diripere et inde plurima mancipia auferre annitebatur p). — Triremes igitur iſtae in Colchidem properarunt: et ad Gotthos appellentes regionem haud modicam vaſtabant, plurimis inde mancipiis abductis.

Imp. MVHAMMEDE II.

§. 161.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1456.

85 EODEM tempore [quo Mechmetes contra Belgradum duxit exercitum q)] bellum ei erat cum Colchidis rege, qui praeerat Trapezunti. Mittens igitur triremes, quarum dux erat Chetyres, Amaſiae praefectus, Colchidem et maritimam Colchidis regionem euaſtabat.

§. 162.

a. C. 1456-1461.

86 CVM rex [Mechmetes] ab Peloponneſo in illam expeditionem [contra Chaſanem r)] iret, ad Ianuas venit regis s) frater Trapezuntis Dauid, tributum ferens et foedera faciens. Nam Colchidis reges feruntur reges olim Byzantii fuiſſe, nati e familia Comnenorum. Ita autem cum exciderent regno Conſtantinopo-

Ducam margini adſcribitur, quoque obiit Muhammedes I. haec noſtra collocanda ſunt.

84. CHALCOCOND. p. 138.

p) Hic omiſſa vide *Tom. I. in Gothicis §. 387.* vbi annus 1440. pro 1421. legendus.

85. Id. p. 220. 221.

q) Cfr. *Tom. III. Vngrica §. 168.*

86. Id. p. 245.

r) Qui vulgo *Vſum Caſſan* vocatur, cuius etiam aliis locis meminit Chalcocondylas.

s) Ioannis, filii Alexii.

a. C. 1456-1461.

nopolitano, Iſaacium regis filium fugientem patre interemto a populo, propter odium, quo in ipſum ferebantur, abiiſſe in Colchida et Trapezuntem. Hunc aduenientem Colchidis incolae ducem pronunciarunt, et exinde regnum Colchidis Trapezuntem contraxit. Ex eo inde tempore hic regnantes ad noſtra vsque tempora durarunt, exiſtentes Graeci, mores linguamque Graecorum retinentes *t*). —

Imp. MVHAMMEDE II.

§. 163.

a. C. 1461.

γ) [MVHAMMEDES pace cum Chaſane compoſita,] duxit recta Trapezuntem contra regem Dauidem; qui defuncto nepote vno, 87

γ) DVCAS: *Anno VI. MDCCCCLXIX. (Chriſti MCCCCLXI.) claſſem biremium triremiumque circiter ducentarum nauiumque decem apparauit* [Muhammedes], — *Huius expeditionis fama — et Caphatini, Trapezuntii* cet. *territi ſunt.* — Ipſe *peragrata Armenia Phaſique flumine ſuperato regiones quasdam debellauit: alias cum ſubigere non potuiſſet, tranſcurrit: montem Caucaſum multo labore, cibariorum et neceſſariorum penuria artatus, ſuperauit, Colchosque deuenit. Trapezuntem cum acceſſiſſet; illius imperatori per nuncium horum alterum, quod melius ſibi aeſtimatione metiretur, eligendum proponit; vel ſe ſaluo, omnibus theſauris ſuis argenti, auri, aeris caeterarumque rerum, ſeruis etiam et ancillis omnique alia ſupellectile integris, imperium tyranno relinquere; vel cum imperio iſta omnia cum vita amittere. His auditis, imperator vrbe exit, illumque adorat. Claſſis equidem multis iam diebus Synope ſoluerat, et Trapezuntem appulſa, quotidianis proeliis vrbem fruſtra tentauerat, donec tyrannus terreſtri profectione eo veniſſet. Vrbe itaque imperator, vxore ac liberis comitantibus, exceſſit, et illum veneratus eſt. Dauid Comnenus appellabatur, Alexii Comneni filius, Ioannis, deceſſoris ſui, fra-*

t) Quae his ſtatim ſubiungit Chalcocondylas, vide *Tom. III.* in *Tataricis* §. *188.* reliqua ad imperium Trapezuntium pertinent. ibique quo pacto illud ſub Ioanne Comn. Turcis tributarium factum ſit narratur p. 246-248. quae deinde ſequuntur *Iberia finitima eſt Colchidis regioni* cet. Vide in *Ibericis* §. *85.*

87. CHALCOCOND. p. 262-265. Ducas p. 192-194. Chalcocondylas

Imp. MVHAMMEDS II. a. C. 1461.

vno, congregans *Cabazitianos*, qui imperant Meſochaldiis circa Trapezuntem, regnum inuaſit, eoque potitus eſt regnans, cum iniuria affeciſſet fratris filium, tunc demum quatuor annos natum. Claſſis autem ſoluens a Synopa, poſtquam eam ſubegerant, tendebat Trapezuntem: dextra Cappadociam tenens et veniens Trapezuntem, ſuburbana incendit, et diebus triginta duobus vrbem obſedit. Poſtea etiam rex cum exercitu acceſſit. Machumetus autem dux praeceſſerat regem, et ante hunc venerat Trapezuntem.

§. 164.

Caſtris poſitis ibi in eo loco, qui Scylolimne dicitur, in colloquium veniens cum Georgio Protoueſtiario, patruele eius, eum Dauidem ad deditionem hortari iuſſit, hac conditione oblata, vt aliam a Sultano acciperet regionem. his facile annuit Dauid*.

ter; cum tota gente ſua, ſoceris, auunculis et nepotibus ſuis, cumque palatii nobilibus et proceribus, ſingulis ſupellectilem ſuam ſecum auferentibus, immobilibus bonis relictis, Conſtantinopolin triremibus vectus eſt. Mehemetes, Trapezuntis rebus rite compoſitis, anno ſolido in illa expeditione transacto, reuerſus eſt.

p. 260. haec praemittit: *Rex — occupans regionem Iſmaelis* [Albanorum ducis] *qui Scendere patre natus erat, recta profectus eſt contra Chaſanem Longum et contra Colchida, vt debellaret regem Trapezuntis, qui erat amicus et familiaris Chaſanis. In primis autem eo familiariter vtebatur frater eius Ioannes. Ipſe quoque rex Dauid ſuam conſobrinam, quae erat Ioannis filia, Chaſani longo in matrimonium collocauit. Rex Dauid rogauit Chaſanem, vt ſibi efficeret apud regem* [Muhammedem], *ne in poſterum tributum ferre cogeretur ad ipſum Trapezuntis, ſed magis quaerebat gratificari Chaſani rex Mechmetes. Caeterum Chaſanis legati cum veniſſent ad regem, inter caetera loquebantur faſtuoſa: poſtulabant quoque ſibi remitti et Colchidis tributum.* Sed Mechmetes eos re infecta, additis minis, remiſit. Mater Chaſanis ad Mechmetem profecta pacem obtinuit, hac tamen lege, ne filius ipſius *auxilio veniat regi Trapezuntis, vt ſimul cum ipſo capeſſat bellum.* Hic ſequuntur, quae *§. 163.* ſeqq. attuli. Chalcocondylas p. 89. *Chaſanes, cernens ſibi potentiam eſſe maximam, Armeniam et Tzapnidas* (Τζαπνιδας in marg, in textu vero Κιαπνιδας) *ſubegit, et pacem intercedente affinitate cum Colchidis rege fecit.*

a. C. 1461. *Imp.* MVHAMMEDE II.

uid'. Poſtea cum conſultatio proponeretur, quid agendum foret, viſum eſt, vt congreſſus fieret vtrorumque: et iuramento interpoſito, in ditionem ſuſciperentur. Iuſiurandum itaque regis interuenit.

Quo facto peregrini milites regis vrbem, ſicuti imperauerat rex, ſuſceperunt. Regem Trapezuntis nauem conſcendere, cum ſuis liberis, et filia, et cognatis, qui praeſto erant, iuſſit: et ſoluentes iuſſi ſunt nauigare Byzantium, quaſi et ipſe breui affuturus ſit, iter facturus per continentem. Vrbem autem eam commiſit regiae claſſis imperatori, qui Callipolis praefectus erat. Peregrinorum praeſidio arcem muniuit. Vrbi vero praeſidium Azapidum impoſuit.

§. 165.

Poſtea miſit Chetirem Amaſiae praefectum, qui regis iuſſu loca vrbi et Meſochaldio finitima occupauit. Haec autem fuerant in ditione Cabaezitaeorum v), qui erant praefecti Graecorum imperatoris et filii eius. Singula iſta loca in regis ditionem, deditione facta, conceſſere. Rex autem relicto praeſidio peregrinorum et Azapidum iter fecit per continentem. Proficiſcebatur per Tzanorum x) regionem: quam, quia admodum munita erat, haud facile tranſire poterat. — In hunc modum capta eſt Trapezus vrbs, et vniuerſa Colchidis regio, deuenitque in poteſtatam regis y).

v) Καβαιζηταιων, in marg. *in vno* Καβασ. ſupra §. *163.* Καβαζιτιανοι.

x) Perperam ita interpes, in Gr. enim eſt Τζαπνιδων, vt ſupra §. *158.* et loco not. 87. ad §. *163.* allato.

y) Adduntur quaedam de regno Trapezuntio, et gente Comnena, quae tandem (p. 265.) cum Dauide iuſſu Muhammedis occiſa eſt.

De imperio Trapezuntio ea tantum hic attuli, quae expreſſam Lagorum et Colchidis mentionem continent. Trapezuntem enim et omnem regionem ad vrbem Petram vſque ad Lazicam referendam eſſe, Procopius negat. Vid. ſupra §. 43. Caeterum de imperatoribus Trapezuntinis alia quaedam Nicephorus Gregoras, Acropolita, Cantacuzenus et Chalcocondylas memoriae prodiderunt.

Sororem Lesbi ducis, vxorem Alexii [non Alexandri vt in Lat. interpret. eſt] Comneni olim in Colchide captam Muhammedes in Gynaeceum induxit. Chalcoc. p. 281.

ADDENDA.

Ante §. 6.

Imp. SEVERO. a. M. 5696. a. C. 196. a)

Imp. SEVERO.

a. C. 196.

1 IDEM [Seuerus] Colchicam, id eſt, Lazicam prouinciam ſubegit.

ad §. 43.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527-565.

2 IN Lazica caſtellum fecit [Iuſtinianus] *Loſorium* nomine, eiusdemque regionis *Cliſſuras*, quas appellant, ſiue montium anguſtias, muro ſepſit, quo hoſtes Lazica excluderentur. Veterem quoque Chriſtianorum eccleſiam, cuius corrupta erat fabrica, reparauit. In eadem Lazica *Petram*, vrbem ſpectatu dignam, condidit, quam cum Lazi Perſis tradidiſſent imprudentiſſime, deducto illuc Choſroë cum ingenti exercitu, Romani bello ſuperiores, Perſis partim occiſis, partim captis, eam ſolo aequarunt, ne redituris forte barbaris maleficii copia ſupereſſet. quae libri de bellis a me plene narrata habent; vbi et iſtud commemoraui, in aduerſa continente, qua ex Lazica ad paludem itur Maeotidem, caſtella duo, Sebaſtopolin nempe et Pityuntem Romanos diruiſſe, ferente fama, id ſedulo curare Choſroëm, vt eo mitteret exercitum, qui illa occuparet. Iam vero Iuſtinianus Aug. hanc Sebaſtopolin, quae antea nihil niſi caſtellum erat, reaedificauit de integro, moenibus caeterisque munitionibus ita firmauit, vt inexpugnabilis ſit; compitis et cuiusquemodi aedificiis ornauit: denique vrbem fecit nitore et amplitudine inprimis claram.

1. GEORGIVS SYNCELLVS p. 356. a) Sub hoc anno a Syncello narrantur.

2. PROCOPIVS de Aediff. pag. 62, 63.

AVAS-

AVASGICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE AVASGIS.

Hiſtoria Auaſgorum.

Avasgi, regiones a Caucaſo inde vsque ad Pontum Euxinum porrectas incolentes, Zicchis, Bruchis et Iberis finitimi, ab initio Lazis ſub duobus ſuae gentis regulis ſubiecti fuerunt. Reguli vero iſti cum imperio parum moderate vterentur, et Auaſgorum filios, formae pulchritudine praeſtantes, inuitis etiam parentibus, caſtratos Romanis venderent; Iuſtinianus I. Auguſtus, ne id amplius facerent, magna Auaſgorum voluntate, edixit, ſimulque gentem vniuerſam ſacris Chriſtianis a. C. 550. initiandam, miſſis ſacerdotibus, curauit. Quo facto Auaſgi, regibus ſublatis, ſe in libertatem vindicarunt. Breui poſt a. C. 551. a Romanis, Opsitè et Sceparna regibus conſtitutis, defecerunt. Quod ſimul audiuit Iuſtinianus, Beſſam eo cum exercitu miſit. Hic loco munitiſſimo in Auaſgiae aditu potitus, gentem Romanis rurſus parere coegit.

Ex hoc tempore Auaſgi Romanis aduerſus Perſas militarem operam nauaſſe memorantur, donec a praefectis, quos imperatores Conſtantinopolitani eo mittebant, variis ſubinde affecti iniu-

riis, iugum Romanum excuſſerunt. His motus Iuſtinianus rhinotmetus circa a. C. 703. Leonem protoſpatharium, qui poſtea Leonis Iſaurici nomine Conſtantinopoli imperium tenuit, ad Alanos miſit, vt eos ad bellum contra Auaſgos ſollicitaret. Res ex voto ſucceſſit, et Alani Auaſgorum gentem nunc vi aperta, nunc ex inſidiis aggreſſi peſſime affixerunt.

Sub Theophilo eiusque filio Michaele Romani Auaſgos armis adorti tres amiſerunt exercitus. Baſilio et Conſtantino imperantibus a. C. 1023. Auaſgi foedere, quod eis tunc cum Romanis erat, violato, regiones finitimas incurſarunt. Baſilius exercitum contra eos duxit, eosque duobus proeliis commiſſis, ita fregit, vt eorum rex GEORGIVS, pacem rogare et filium *Pancratium* obſidem dare cogeretur.

PANCRATIVS poſt patrem rerum in Auaſgia potitus, Helenam, imperatoris Romani Argyri ex fratre neptem, in matrimonium duxit. Qui vt patrui vxoris ſuae, a Michaele Paphlagone imperio ſimul et vita ſpoliati, caedem vlciſceretur, a. C. 1035. in Romanos arma mouit, arcesque iis olim conceſſas recuperauit. Idem a. C. 1048. a Liparita, viro inter Iberos, qui tunc et ipſi Pancratio parebant, potentiſſimo, cuius vxori vim attulerat, armis petitus et victus in interiorem Auaſgiam compulſus eſt. Vnde, miſſis prius legatis, ad imperatorem Conſtantinum Monomachum Conſtantinopolin profectus, ab eo, quippe quem ſibi Liparita ſocium adiunxerat, vt paci conciliandae auctor eſſet, impetrauit. quae tandem hac lege compoſita eſt, vt Pancratius Auaſgiam et Iberiam, Liparita vero partem Meſchiae, caeterum Pancratii imperio ſubiectus, obtineret.

Quo tempore Tatari in occidentem irruperunt, Auaſgi etiam ipſis parere coacti ſunt, et a. C. 1400. in Temiris exercitu militarunt.

Scriptores de Auaſgis.

DE Auaſgis memoriae prodiderunt Procopius, Agathias, Theophanes Byzantius, Theophanes Iſaacius, Anaſtaſius Bibliothecarius,

rius, Conſtantinus Porphyrogenneta, Incertus eius Continuator, Cedrenus, Zonaras, Cinnamus, Nicephorus Gregoras, Ducas et Codinus.

De ſitu Auaſgiae varia apud Procopium et Conſtantinum Porphyrogennetam occurrunt. Res eorum geſtas ſub Iuſtiniano I. Procopius et ex eo Zonaras enarrant. Semel quoque eorum ſub dicto imperatore Agathias meminit. Auaſgos ſub Iuſtino II. et Heraclio ſtipendia meruiſſe Theophanes Byzantius, Theophanes, Iſaacius et Anaſtaſius referunt. quorum duo poſteriores quoque bellum, quod Alani ipſis tempore Iuſtiniani rhinotmeti intulerunt, perſequuntur: habet illud etiam Zonaras.

Romanos Theophilo et Michaele imperatoribus plures in Auaſgia amiſiſſe exercitus, Conſtantini Continuator memorat. Res Alanorum ſub Baſilio et Conſtantino Porphyrogennetis, Romano Argyro, Michaele Paphlagone, et Conſtantino Monomacho Cedrenus et Zonaras; quorum hic eorum etiam ſub Alexio I. Comneno mentionem facit, perſequuntur. Semel eorum ſub Emanuele Comneno meminit Cinnamus, vt ſub Ioanne Duca inter gentes a Tataris debellatas, Nicephorus Gregoras, et ſub Emanuele Palaeologo in Temiris copiis recenſendis Ducas. De inſcriptione litterarum ad Auaſgiae principem et Archiepiſcopatu Auaſgiae quaedam Conſtantinus refert, et Codinus ſua ex ipſo hauſiſſe videtur.

INDEX

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Auaſgiae ſitus; Auaſgia Lazis, Romanis ſubiecta, rebellans; ab a. C. 527–551.*
- §. *1. Situs Auaſgiae.*
- §. *2. Imperii ratio, ſacra.*
- §. *3. Reges pueros inuitis parentibus caſtratos vendunt; Iuſtinianus I. id edicto prohibet, gentem Chriſtianam facit; Auaſgi reges ſuos occidunt.*
- §. *4. Auaſgi a Romanis Lazisque deficiunt.*
- §. *5. Cauſa defectionis Auaſgorum; duos ſibi reges praeficiunt, in fidem Perſarum ſe conferunt.*
- §. *6. Beſſas in eos cum exercitu mittitur, cui alter regum occurrere parat.*
- §. *7. Arx Tracheae in Auaſgiae aditu munitiſſima.*
- §. *8. Romana claſſis inter Auaſgorum et Apſiliorum fines appellitur; parte Romanarum copiarum a tergo immiſſa, altera a fronte inſtante, Auaſgi vincuntur, et arcis potiuntur Romani.*
- §. *9. Auaſgi e tectis domorum in Romanos tela mittunt, domibus incenſis debellantur.*

CAPVT II. *Auaſgi Romanorum ſocii, iterata eorum cum Romanis bella, gens a Tataris ſubacta, ab a. C. 552–1400.*
- §. *10. Perſis in Auaſgiam irrumpere parantibus Romani ſeſe opponunt.*
- §. *11. Beſſas a Iuſtiniano I. in Auaſgos relegatur.*
- §. *12. Auaſgi Romanorum in bello Perſico a. VIII. imperii Iuſtini II. ſocii.*
- §. *13. Auaſgi Heraclii in bello cum Perſis ſocii, a caſtris Romanis diſcedunt.*

§. 14.

§. 14. *Auaſgi ab Alanis tempore Iuſtiniani rhinotm. clade affecti.*

§. 15. *Iuſtinianus Leonem ſpatharium ab Auaſgis repetit, hi ab Alanis, fruſtra.*

§. 16. *Theophobus imp. Theophilo in Auaſgiam miſſus exercitum amittit.*

§. 17. *Idem Theoctiſto ſub imperatore Michaele ſemel iterumque accidit.*

§. 18. *Georgius Auaſgiae dux a Romanis defectionem facit, Baſilius Porph. in eum exercitum ducit.*

§. 19. *Georgius victus pacem ab imperatore impetrat, filium dat obſidem.*

§. 20. *Pancratius Georgio patri ſuo ſuccedit, Helenam Romani Argyri ex fratre neptem ducit, Curopalatae dignitatem obtinet.*

§. 21. *Alda Georgii vidua ſe imperatori adiungit.*

§. 22. *Pancratius pace violata, arces Romanis olim conceſſas recuperat.*

§. 23. *Iuſtum Iberiae ſuperioris principem bello petit, quem armis iuuare parant Romani.*

§. 24. *Iobaneſicas, Anii dominus, ob auxilium Auaſgis olim contra Romanos latum, a Conſtantino Monom. bello petitus.*

§. 25. *Pancratius a Liparita rebelle victus; Liparita cum imperatore foedus percutit.*

§. 26. *Imperator pacem conciliat; leges pacis.*

§. 27. *Auaſgi, puellae Auaſgicae, Caeſaris filio nupturae, comites.*

§. 28. *Dum Renaldus Antiochiae princeps ab imp. Emanuele Comn. in gratiam recipitur, adſunt etiam Auaſgorum legati.*

§. 29. *Tatari Auaſgos debellant.*

§. 30. *Auaſgi in Temyr Chanis exercitu.*

§. 31. *Inſcriptio litterarum ad Auaſg. principem.*

§. 32. *Archiepiſcopatus Auaſgiae.*

AVASGICORVM

CAPVT I.

Auaſgiae ſitus; Auaſgia Lazis, Romanis ſubiecta, rebellans, ab a. C. 527-551.

§. 1.

a. C. 527-949. a)

1 [AD extremum Caucaſum b)] cum aliae gentes multae ſedes habent, tum Alani atque Abaſgi c), veteres Chriſtianorum ac Romanorum amici.

2 TRANS Abaſgorum fines, ad montem Caucaſum, habitant Bruchi, inter Abaſges Alanosque interiecti.

3 QVAE d) — mari adiacet regio 'a complemento Zichiae, ſiue

1. PROCOPIVS de Bello Perſ. p. 164.

a) Anni ab initio imperii Iuſtiniani I. vsque ad eum annum, quo librum de Adm. Imp. ſcripſit Conſtantinus.

b) Cfr. *Alanica* §. 93.

c) Ἀβασγοι, eodem modo nomen ab omnibus ſcribitur.

2. Id. de Bello Goth. p. 572.

3. CONSTANTINVS de Adm. imp. p. 114.

d) Cfr. *Zichica* §. 5.

a. C. 527 - 949.

ſiue Nicopſis fluuii e) vsque ad vrbem Soteriopolin. 'Abaſgia eſt f): ſuntque milliaria trecenta.

'IBERVM vicini ſunt Abaſgi'. 4

§. 2.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 550. g)

Imp. IVSTINIANO I.

TRANS Apſilios alterumque lunati receſſus [Ponti Euxini] caput h), oram habent maritimam Abaſgi, adusque Caucaſum pertinentes. 5

α) Olim Lazorum ditione comprehendebantur, ſub geminis principibus popularibus ſuis: quorum alter occiduam regionis partem obtinebat, alter orientalem. Hi barbari ad meam vsque aetatem lucos et ſiluas coluerunt, barbara ſimplicitate arbores in Deorum ducentes numero.

§. 3.

Summa autem ſuorum principum auaritia importuniſſime vexabantur: cum ambo ipſorum reges, quoscunque cernerent in

Z 2 ea

α) ZONARAS: *Parebant autem Abaſgi, vt Caeſarienſis Procopius refert, duobus ſuis popularibus — orientalem. Vterque porro gentem ex auaritia male tractabat. Nam quoscunque — virilitate, Romanis eunuchorum amore ſemper attonitis magna pecunia vendebant, eorumque patres occidebant* (ἐυθυς ἐκτεινον), *ne quando propter filios irati, ſeditionem mouerent. Itaque — infelices. Ac Abaſgi ſic a ſuis magiſtratibus tractabantur.*

e) ἀπο της συμπληρωσεως της Ζιχιας ἠτοι Νικοψεως ποταμȣ.

f) ἐςιν ἡ της Αβασγιας χωρα.

4. Id. ibid. p. 123. Locum integrum vide in *Ibericis §. 35.* Id. ibid. p. 126. *Territorium vrbis Ardanutzii ſiue Arzen eſt clauis, Iberiae, Auaſgiae et Miſchiorum.* Cfr. *Iberica §. 43.*

5. PROCOPIVS de B. G. p. 571, 572. Zonaras T. II. p. 100, 101. qui haec alieno loco referens, iis, quae infra *§. 14.* leguntur, ſtatim ſubiungit.

g) Procopius ad res Perſas inter et Romanos poſt annum quartum induciarum quinquennalium geſtas enarrandas accedens (Procop. de B. P. p. 170. coll. de B. G. p. 566.) Geographiam Ponti Euxini praemittit, vbi haec noſtra habet.

h) Cfr. *Apſilica §. 1.*

Imp. IVSTINIANO I. — a. C. 550.

ta gente formoſo vultu et corpore decenti pueros, nulla interpoſita mora i) ex complexu parentum eos abſtraherent, et, ademta virilitate, emere volentibus magno pretio venderent in Romano imperio. Eorum patres de medio protinus tollebant, ne quorumdam ex eo numero querelis permotus imperator, factam ipſorum filiis iniuriam vlciſci aggrederetur, nec ſubditorum quemquam apud ſe haberent ſuſpectum. Itaque in eorum perniciem cedebat elegans filiorum forma, ac miſere peribant, exitiali prolis pulchritudine infelices. Hinc fiebat, vt ſpadonum inter Romanos agentium plurimi, etiam in aula imperatoria, Abaſgi natione eſſent.

β) Nunc autem, principe Iuſtiniano, omnia Abaſgis mitius meliusque conuerſa ſunt. Nam et Chriſtianam religionem amplexi ſunt, et Iuſtinianus Auguſtus, miſſo ad eos quodam ex eunuchis palatii, Abaſgo genere, nomineque *Euphrata* l), ipſorum regibus m) diſerte edixit, ne cui poſthac in ea gente virilitatem

β) Id.: *Iuſtinianus autem primus miſſo ad eos imperatorio eunucho quodam, eorum populari (multi enim tales in Romana curia* (περι τα Ρωμαιων αρχεια) *verſabantur) magiſtratibus eorum interdixit, ne quem in poſterum inuitum caſtrarent: capturos enim laborem inanem, nemine Romanorum caſtratos eorum empturo. Hac Abaſgi — obſtiterunt, qui et ipſi iam ſegniores ad id facinus erant redditi. Poſt etiam, vtrique magiſtratu abrogato, ſuis viuere legibus voluerunt, cum ad id vsque tempus Chriſtianae religionis rudes eſſent, et lucos ac ſiluas venerarentur* [vid. §. 2.] — *numero. Sed Iuſtiniano ſtudio fuit, eos ad pietatem traducere, miſſisque ſacris viris, Dei cognitione barbaros imbuit: extructaque praeclara aede Deiparae, et ſacerdotibus in ea collocatis, eos a vita plane barbarica ad mores Chriſtianorum traduxit.* Reliqua vide ad §. 5.

i) Procop. ουδεμια. Zon. βια.

k) Huc reſpicere videntur, quae Ducas p. 15. refert. vbi de Turcis, Byzantiis contra Cantacuzenum ab Orchane auxilio miſſis, ait: *abducebant CPlin viros, mulieres, lactentes infantes — et tanquam Scythas, aut Auaſgos per vias vendendi gratia agebant.*

l) Ευφρατην.

m) *βασιλευσι.* ſupra αρχοντας, vt etiam apud Zonaram vocantur.

a. C. 550.

tatem exciderent, naturam ferro violante. Quae lubentibus animis acceperunt Abaſgi, ac iam freti mandato imperatoris Romani, id ne fieret totis viribus obſtiterunt. Timebat enim quisque, ne formoſi filii pater fieret. Tum quoque Iuſtinianus Auguſtus Deiparae templum apud Abaſgos condidit, ibique ſacerdotibus conſtitutis, effecit, vt ritus omnes Chriſtianorum edocerentur.

Mox Abaſgi, ſublatis regibus, vitam agere liberam viſi ſunt. Haec ibi ſic proceſſere n).

§. 4.

a. C. 551. o)

LAZICAM ingreſſus Nabedes [Perſarum dux] cum exercitu, 6 nihil, quod eſſet operae pretium, fecit: tantum inter Abaſgos, qui a Romanis Laziſque deſciuerant, verſatus cum ſuis copiis, accepit obſides ſexaginta, filios procerum illius gentis. Tum quoque Nabedes Theodoram, vxorem Opſitis, qui Gubazis patruus Lazorumque rex fuerat, in Apſilia nactus, eam obiter ac praeter itineris inſtitutum captam, abduxit in Perſidem. —

§. 5.

y) Iam quae cauſa defectionis Abaſgorum exſtiterit, declarabo. Cum reges ſuos, vti paulo ante narraui, de medio ſuſtuliſſent, 7 Inter eos verſati iam diu milites, qui a Romanorum imperatoribus miſſi fuerant, Romano imperio illam regionem vindicare aggreſſi ſunt, ac noua quaedam tributa irrogarunt. Iſti-

 quio-

y) ZONARAS: *Ex eo* [continuantur ad §. 3. allata] *nemini parentibus Abaſgis, imperatores Romani magiſtratus miſerunt, a quibus res adminiſtrabantur. Qui cum iniurii eſſent, ac populum crudelius tractarent, veriti, ne prorſus in ſeruitutem a Romanis redigerentur, defecerunt, neque amplius magiſtratum Romanorum admiſerunt.* Hic quae ſequuntur, vide (infra §. 14.) in *Alanicis* §. 30. *Var. Narrat.*

n) Hic ſequuntur, quae ſupra §. 1. attuli, *Trans Abaſg. fines* ect.

6. PROCOPIVS de B. G. p. 586.

o) Procop. de B. P. p. 470. de B. G. p. 566. Cfr. *Alanica* §. 14. not. *a*.

7. PROCOPIVS de B. G. p. 587, 588. Zonar. T. II. p. 100, 101.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 551.

quiorem viri grauiſſime ferentes Abaſgi, veritique, ne Romanis poſtmodum ſeruirent, iterum ſibi crearunt regulos p), OPSITEM q) in parte exortiua, et SCEPARNAM r) ad occidentem. Nimirum in deſperationem delapſi, quae prius grauia iudicauerant, conſequentibus grauioribus non immerito praeoptarunt, ac Romanae potentiae metu impulſi, in Perſarum fidem occultiſſime ſe contulerunt.

§. 6.

Qua de re factus certior Iuſtinianus Auguſtus, Beſſae mandauit, vt validas in eos copias duceret. Ille multis e Romano lectis exercitu, Vligagum et Ioannem, Thomae filium, duces praepoſuit, et mari in Abaſgiam celeriter miſit. Ac principum quidem Abaſgorum alter, Sceparnas nomine, tunc temporis in Perſide morabatur, a Choſroë paulo ante accitus. Alter vero, Romanorum aduentu cognito, Abaſgos omnes coëgit, ſeque ad occurſum expedit.

§. 7.

Trans Apſiliorum fines, in Abaſgiae aditu, locus eſt iſtiusmodi ſitu. Mons excelſus et a Caucaſiis propagatus, paulatim decreſcit, ac ſcalarum inſtar inclinans dorſum, pertingit, deſinitque ad Pontum Euxinum. In ima parte eiusce montis olim Abaſgi caſtrum validiſſimum ampliſſimumque condiderunt. Eo confugere ſolent et prohibere incurſus hoſtium, difficultate loci inſuperabili. Vnus eſt ad caſtrum hoc et reliquam Abaſgiam aditus, isque anguſtior, quam vt virorum par capiat aequis frontibus incedentium. Nam illac nonniſi ſinguli et quidem pedibus vix ire poſſunt. Subiacet ea ſemita conualli aſperrimae, quae a caſtro ad mare vsque euadit, et ſibi conueniens dat loco nomen: cum enim Graeco vocabulo *Trachea* [id eſt, *Aſpera*] appellant s).

§. 8.

p) τες αρχοντας.
q) Ὀψιτην.
r) Σκεπαρναν.
s) τω Τραχεα καλεσι.

a. C. 551.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 8.

Ergo Romana claſſe inter Abaſgorum et Apſiliorum fines appulſa, Ioánnes atque Vligagus cum militibus in terram expoſitis iter agebant: nautae cum ſcaphis omnibus littus legentes, exercitum ſequebantur. Cum proxime Trachea ventum eſt, apparent Abaſgi omnes armati; ac ſupra tramitem, cuius modo memini, in tota conualle ſtantes, inſtructa acie. Haeſere diu, ignari, quid conſilii pro re caperent: donec Ioannes, attente ſecum meditatus, malo remedium inuenit. Relicto enim ibi cum dimidia parte copiarum Vligago, ipſe cum altera conſcendit ſcaphas. Remigando flectunt, ac praeteruehuntur Tracheam, itaque a tergo hoſtium ſubeuntes, aduerſum illos, ſublatis vexillis, tendunt.

Abaſgi, ingruentem vtrinque hoſtem conſpicati, omiſſo reſiſtendi conſilio, turbare ordines et fuga incompoſita loco cedere, ita metu diſtricti, vt nec ſoli patrii ſalebras viſu diſcernere, nec ſe illinc expedire facile poſſent. Romani hinc inde inſtant, multosque aſſecuti interimunt. Curſu ad caſtrum vsque progreſſi cum fugientibus, patentem adhuc eius portam offendunt. Neque enim, vt fores obderent, adduci cuſtodes poterant, fuſa ſuorum agmina adhuc exſpectantes. Fugientes inſequentibus permiſti erant, et cuncti ad portam enitebantur, alios euadendi, alios occupandi caſtri exſtimulante ſtudio. Itaque portam videntes patefactam, irruperunt promiſcue, cum nequirent cuſtodes nec ab hoſtibus Abaſgos ſecernere, nec valuas claudere prae impetu multitudinis. Abaſgi quamuis libenter ſuis moenibus ſe commiſerant, tenebantur tamen cum caſtro.

§. 9.

Romanis vero, qui debellatum eſſe cum hoſtibus rebantur, maior ibi ſe labor obtulit. Cum enim domorum inter ſe parum diſtantium denſa ſeries vndique murorum inſtar munita eſſet; Abaſgi illas ingreſſi, ac totis viribus obſiſtentes, in hoſtes tela deſuper mittebant, metu hinc et terrore, illinc vxorum ac liberorum miſeratione permoti, redactique in ſummas anguſtias: donec Roma-

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 551.

Romanis in mentem venit domos incendere. Illis igitur igne vndique ſubdito, plenam huius pugnae victoriam adepti ſunt.

Opſites, Abaſgorum princeps, cum paucis elabendi copiam nactus, ad Hunnos finitimos et Caucaſum montem conceſſit; caeteri vel cum tectis deflagrantibus in cinerem abiere, vel in manus venere hoſtium. Principum quoque vxores cum omni prole Romani ceperunt, et, ſolo aequatis caſtri moenibus, regionem late deſolarunt. Atque hic fuit defectionis Abaſgorum exitus.

CAPVT II.

Auaſgi Romanorum ſocii, iterata eorum cum Romanis bella, gens a Tataris ſubacta; ab a. C. 552-1400.

§. 10.

a. C. 552. a)

8 [Mermeroes, Perſici exercitus dux, cum caſtellum quoddam, in quo Gubazis, Lazorum regis, ſoror agebat, aggreſſus, fortiſſime repugnantibus praeſidiariis, re infecta abiit b).] Deinde in Abaſgiam contendentibus [Mermeroi et Perſis] Romani,

8. PROCOPIVS de B. G. p. 614.

a) Induciarum, quas Romani et Perſae anno XXV. [interpres peram XV.] pacti ſunt, meminit Procopius de B. G. p. 608.

b) Cfr. *Lazica* §. 71.

a. C. 552. *Imp.* IVSTINIANO I.

ni, qui Tzibili c) praeſidium agitabant, ſeſe oppoſuerunt, occupato aditu, quem, vt ſupra dixi, ſummae anguſtiae et praecipitia efficiunt inſuperabilem. Quare non valens Mermeroës reſiſtentes depellere, retro egit exercitum, atque e veſtigio Archaeopolin ſeſe contulit, obſidionem illius meditans.

§. 11.

a. C. 554.

9 [GVBAZES, Lazorum rex, cum duces Romanos ignauiae apud Iuſtinianum accuſaſſet; hic d)] confeſtim Beſſam exauctoratum ac praeterea bonis ſuis exutum in Aſbaſcos e) relegauit, illic manſurum, donec aliud quid de eo ſtatueretur.

§. 12.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 572. *Imp.* IVSTINO II. a. 8. imperii.

10 MARCIANVS, Iuſtini imperatoris patruelis, orientis dux iam renunciatus, in expeditionem aduerſus Choſroën, octauo imperii Iuſtini anno, miſſus eſt. Ioannes vero, Armeniae dux, et Meranes Perſarum, qui et Baramaanes, exercitum colligebant. Et Armeniis quidem ſocios ſe coniunxerunt Colchi, Abaſgi, et Saroës, rex Alanorum, Meranae vero Sabiri, et Daganes, et Dilmaina gens f).

§. 13.

Imp. HERACLIO.

a. C. 624. *Imp.* HERACLIO. a. 14. imper. Heracl.

11 [HERACLIVS cum Choſroën, irruptione in Perſidem facta, aggredi meditatur,] exercitus — ex Lazis maxime, Abaſgis g) et Iberis

c) De hoc caſtro vide *Apſilica* §. 3.

9. AGATHIAS p. 74.

d) Cfr. *Lazica* §. 79.

e) Ἀβασγȣς.

10. THEOPHANES BYZANTIVS, Eclog. Hiſt. p. 22.

f) De hac gente vid. Procop. de B. G. p 603, 604. qui eos *Dolomitas* vocat.

11. THEOPHANES in Chronographia p. 259, 260. Anaſtaſ. p. 93.

g) Anaſt. *Habaſg.* infra tamen *Abaſgos* vocat.

Imp. HERACLIO.

a. C. 624.

Iberis ſocii conſilium huiuſmodi exſequi auerſabantur: ex quo demum ingens ſuborta calamitas. [Perſis deinde vtrinque Heraclio imminentibus, Romani contumaciae eum veniam rogant].

Imperator per Vnnorum prouinciam viarumque moleſtias et aſpera inacceſſaque eorum loca iter agere, et barbari eum a tergo inſequi. Hic Lazi vna cum Abaſgis, periculo deterriti, violata ſocietate, et a Romano exercitu diuulſi in propriam regionem ſeceſſere.

§. 14.

Imp. IVSTINIANO *Rhinotmeto.*

Imp. IVSTINIANO *Rhin.* 12

a. C. 703.

[IVSTINIANVS, in imperium reſtitutus, Leonem protoſpatharium] cum ingenti pecunia in Alaniam delegauit, vt Alanos in Abaſgiam, et Lazicen, et Iberiam concitaret. — Alani vero, ſpathario cum honore ſuſcepto, verbisque eius obedientes, irruptione in Abaſgiam facta, prouinciam omnem in ſeruitutem miſerunt. Tunc Abaſgorum dominus Alanis ſignificat, 'Traderent ſibi ſpatharium, ſeque nummorum tria millia ipſis exhibituros, pacemque ſeruaturos. Recuſantibus Alanis, Abaſgi ſex nummorum millia, ſi virum ab illis reciperent, ſe ſoluturos promittunt. Tandem' Alani, Abaſgorum regiones explorare conſiliati, nummorum ſex millia accipere et ſpatharium Abaſgorum manibus permittere pacti ſunt, communicato 'cum ſpathario conſilio'. —

Alanorum igitur apocriſiarii in Abaſgiam profecti, et ſpatharium tradituros pacti, plurima ab ipſis retulerunt munera. Abaſgi ſubinde plures e ſuis cum eisdem apocriſiarios delegarunt, qui promiſſam auri ſummam enumerarent et ſpatharium reciperent. — Capto cum omni comitatu ſpathario — Abaſgorum apocriſiarii iter arripiunt; Alani vero [vt inter eos et ſpatharium conuenerat] Itatze domino ſuo duce Abaſgis occiſis, ſpatharium ad ſe receptum occultant. Ille exercitu collecto mouit in Abaſgos, et, penetratis ex improuiſo cluſurarum anguſtiis, partaque captiuorum ingenti praeda, maximam cladem Abaſgis intulit.

§. 15.

12. THEOPHANES p. 327-330. Anaſtaſ. p. 128, 129. Zonaras T. II. p. 100, 101. Locum integrum vna cum narrationis varietate vide in *Alanicis §. 30-33.*

a. C. 703. — *Imp.* IVSTINIANO *Rhinot.*

§. 15.

Vbi nullis expenſis pecuniis 'rem' feliciter ſucceſſiſſe Iuſtinianus reſciuit, ſcribit Abaſgis: „Si ſpatharium noſtrum incolumem ſeruaueritis, et abſque periculo per terras veſtras permiſeritis tranſire, offenſas a vobis in nos admiſſas condonamus. Illi litteris alacri animo receptis Alanis iterato haec nunciant: „Filios noſtros in obſides vobis damus, tantum ſpatharium nobis tradite, vt Iuſtiniano protinus transmittamus„. Conditionem oblatam recuſauit ſpatharius, dicens: „Felicem exitus viam mihi reſerare potens eſt Deus; per Abaſgorum vero fines tranſire non fert animus.

§. 16.

Imp. THEOPHILO. — *Imp.* THEOPHILO.

a. C. 829, 830.

THEOPHOBVS et Auguſtae frater Bardas cum exercitu in Abaſgiam miſſi, infauſtis adeo ominibus rem geſſerunt, vt pauci admodum ex illa expeditione reduces fuerint. 13

§. 17.

Imp. MICHAELE III. — *Imp.* MICHAELE III.

a. C. 841-867. b)

CVM — aliquando ſemel et iterum ſol deliquium paſſus eſſet, Theoctiſtus aduerſus Abaſgos ſumma ducis poteſtate exercitui praefectus, Dei iram infeliciſſime expertus eſt. Pars enim naufragio vitam infeliciter amiſerunt, pars in littus recepti ipſi nihilominus cladis ſocii extiterunt. Ac quidem ille exercitus ita periit. 14

Nec longo poſt tempore praeſidentius maiorique audacia bellum aggreſſus, ſupra quadraginta millia de exercitu amiſit i).

A a 2 — §. 18.

13. CONSTANTINI CONTINVATOR (Scriptorum poſt Theophan. p. 81.) qui cum claſſem Romanam imp. Theophilo Indict. 8. menſe Octobri ad Thaſon inſulam a Saracenis nauali proelio penitus perditam narraſſet, ſtatim addit: *Iterum quoque Theophobus* etc.

14. Id. ibid. p. 126.

b) Sunt anni imperii Michaelis, filii Theophili.

i) Abaſgiae principis quaſi in tranſitu meminit Conſtantinus de Adm. Imp. p. 123. vide *Iberica* §. 35.

Impp. BASILIO *et* CONSTANTINO *Porphh.*

§. 18.

Impp. BASILIO *et* CONSTANTINO *Porphh.*

a. C. 1023. ii)

15 α) CVM GEORGIVS, Abaſgiae dux k), violata, quod ei cum Romanis erat, foedere, vicina incurſionibus vexaret, exercitum contra eum educit Baſilius: domi relictis [Xiphia et l)] Nicephoro patricio, filio Bardae Phocae. At ii indigniſſime ferentes, non ſe quoque vna ad id bellum iuſſos ire, contracto e Cappadocia, Rodanto et aliis vicinis regionibus vtcunque exercitu, rebellionem concitant. Eius rei nuncius imperatori allatus, exercitui magnam incuſſit ſolicitudinem: metuebant enim, ne in medio inter Abaſgos et perduelles (quippe ferebatur ea de re Xiphias cum principe Abaſgorum per internuncios egiſſe) incluſi extrema pati cogerentur. Imperator ergo litteras et ad Xiphiam et ad Phocam mittit: 'quibus alteri, altero ignorante, redditis, Xiphias, ad ſe ſcriptas eſſe negans, Phocam, qui ſuas ei recitauerat, in conuiuio necat. Xiphias breui poſt ipſe quoque Conſtantinopolin abductus eſt.'

§. 19.

β) Imperator proinde, metu rebellium liberatus, cum Abaſgis pugnam committit: et quamuis multi Romani occubuere, tamen

α) ZONARAS: *Deinde* [poſt Sirmium deditione captum] *in Abaſgiam expeditionem ſuſcipit, cuius princeps pacta violarat. Quo cum veniſſet, a tergo defecerunt Xiphias et Nicephorus Bardae Phocae F., patricii: ſed motus ille celeriter eſt compreſſus, Phoca a Xiphia interemto, et Xiphia capto et Byzantium perducto.*

β) Id.: *Qua cura imperator defunctus, cum Abaſgis congreditur, validaque pugna commiſſa et multis vtrinque caeſis, aequo*

15. CEDRENVS Tom. II. p. 718. Zonar. T. II. p. 227.

ii) Annus, cuius infra (§. 19.) meminit Cedrenus.

k) Γεωργιυ τυ ἄρχοντος Ἀβασγιας. Georgii Abaſg. principis meminit Conſtantinus Porph. de Adm. Imp. p. 126. ſeq. Cfr. *Iberica* §. 41.

l) Haec in margine e Scylitze ſupplentur.

a. C. 1023.

Impp. BASILIO *et* CONSTANTINO *Porphh.*

tamen incerta victoria diſceſſum eſt. Alterum deinde proelium initum die Septembris vndecima, indictione ſexta, anno ab origine mundi VI. MDXXXI. in eo cadit *Liparites* m), Georgii copiarum dux primarius et cum eo validiſſima Abaſgici exercitus pars. Georgius in montes Iberiae interiores fuga elapſus, paulo poſt miſſis legatis cum imperatore pacem componit, cedens ei ſua, quantum eius hoc imperator volebat, ditione: filiumque ſuum *Pancratium* n) dans obſidem, quem imperator magiſtrum creauit, ac domum rediit.

§. 20.

Imp. ROMANO *Argyro.*

a. C. 1029.

Imp. ROMANO *Argyro.* a. M. 6537. ind. 12. o)

DVM [imperator, cladem in Syria acceptam reſarcire cupiens] milites cogit, interim Abaſgiae princeps Georgius ex morbo decedit. Vxor eius, legatis ad imperatorem donisque miſſis, foederis renouationem et filio ſuo PANCRATIO coniugem petit. Cui aſſenſus imperator, foedus firmat, Helenamque, ſui fratris filiam, in Abaſgiam nuptum mittit, et Pancratium Curopalatae honore inſignit. 16

§. 21.

a. C. 1032-1034. p)

SVB idem tempus [quo Nicetas Pegonites cum Romano Roſſicoque exercitu Percrin, caſtellum Babyloni proximum, obſidet] 17

A a 3

marte diſc. eſt. Sed altero proelio Romani vicerunt, Abaſgorumque princeps Georgius in interiora Ib. profugit, nec multo poſt ceſſit — obſidem. His proſpere geſtis caſtra mouit.

m) Λιπαριτης.

n) Παγκρατιον.

16. CEDREN. T. II. p. 724. Zonar. T. II. p. 230. qui omnia vt Cedr.

o) Hunc annum habet Cedr. T. II. p. 722. et p. 726. a. M. 6538. inde 13.

17. CEDR. T. II. p. 732.

p) Cedr. T. II. p. 730. a. M. 6540. p. 732. a. M. 6542. habet.

Imp. ROMANO *Argyro.*

a. C. 1032-1034.

det] *Alda* q), Georgii Abaſgorum reguli r) quondam vxor, gente Alana, imperatori ſe adiunxit, tradiditque Anacuphen arcem munitiſſimam. cuius filium *Demetrium* magiſtri dignitate ornauit imperator.

Imp. MICHAELE *Paphl.* a. M. 6543. Ind. 3.

§. 22.

Imp. MICHAELE *Paphlagone.*

a. C. 1035.

18 ANNO mundi VI. MDXLIII. indictione tertia, menſe Septembri —. Pancratius Abaſgus, Romani s) imperatoris, nimirum vt patrui vxoris ſuae, vlciſcendi cauſa, pacem cum Romanis factam reſcidit, arcesque et caſtella pridem iis conceſſa recuperauit.

a. M. 6546. Ind. 6. t)

§. 23.

a. C. 1038.

19 CVM Pancratius, Abaſgiae dominus v), vehementer vrgeret Iaſitam, ſuperioris Iberiae principem, Ioannes [Michaelis Auguſti frater] contra eum emittit Conſtantinum domeſticum ſcholarum, fratrem ſuum, cum omnibus orientalibus copiis, pollicitus, ei miſſurum ſe Dalaſſenum conſiliarium ac collegam belli gerendi. Quod cum non fieret, re infecta domeſticus diſceſſit.

Imp. CONSTANTINO *Monom.* Indict. 13.

§. 24.

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

a. C. 1045.

20 INDICTIONE decima tertia bellum de Anio coepit. Sed exponendum eſt, cur et qua ratione Anii principi quieſcenti, nullaque

q) Ἀλδη.

r) τȣ Ἀβασγȣ.

18. CEDR. T. II. p. 737. Zonar. T. II. p. 236. qui omnia vt Cedr.

s) Ρωμανον. Vide ſupra §. 20.

19. CEDR. T. II. p. 741.

t) Vid. Cedr. p. 740.

v) ἐξȣσιαςης Ἀβασγιας.

20. Id. ibid. p. 761.

a. C. 1045.

Imp. CONSTAN-TINO *Mon.*

ſaque ab eo orta iniuria, imperator bellum intulerit. Georgius, Abaſgorum princeps, bellum aduerſus Romanos mouens, ſocium eius habuerat Iobaneſicam, Anii dominum. Verum vbi Baſilius imperator, in Iberiam cum exercitu profectus, Georgium proelio fregit x), Iobaneſices metuens, ne ob belli ſocietatem iratus imperator durius de ſe ſtatueret, cum clauibus vrbis ad eum transfugerat, ſeque et claues ei vltro dediderat. ʻQuo motus Baſilius Iobaneſicae Anii et Armeniae magnae praefecturam ad vitae tempus conceſſit, poſt eius obitum ad Romanos redituram. Quibus ſtare pactis cum Iobaneſicae filius Caciciua nollet, Conſtantinus, pacti formula in archiuo reperta, ei bellum intulitʼ.

§. 25.

a. C. 1048. y)

PANCRATIVS —, Iberiae z) regulus, homo impudicus, vxorem *Liparitae* violauit. Erat is Liparites, *Horatii Liparitae* a) filius, eius, qui bello Baſilii imperatoris in Georgium, Abaſgorum ducem, occiſus fuit, homo fortitudine et prudentia nobilis, magnieque poſt Pancratium inter Iberos potentiae. Hic ergo iniuriae atrocitate concitatus, arma contra Pancratium ſumit, victumque proelio ad Caucaſum et in interiorem Abaſgiam compellit. Ipſe regia occupata, dominam ſuam, Pancratii matrem, vi ſtuprat, totaque Iberia potitur. Inde miſſis ad imperatorem litteris, in amicitiam ſocietatemque Romanorum recipi poſtulat: ʻidque ab imperatore impetrat b). 23

§. 26.

Aliquanto poſt Pancratius, per Phaſidem fluuium, Suanos et Colchos iter faciens, Trapezuntem peruenit: indeque miſſis nun-

x) Vid. ſupra §. 19.
21. Id. ibid. p. 770.
y) Indictionem primam habet Cedren. p. 764.
z) Abaſgiae et Iberiae ſimul imperaſſe videtur, collatis inprimis, quae §. 26. narrantur.

a) Ὁρατιȣ τȣ Λιπαριτȣ. de quo vide ſupra §. 19.

b) οὗ τὴν πρεσβείαν δεξάμενος οὗτος, κοινοπραγειν ᾑ μετ' αὐτȣ.

Imp. CONSTANTINO *Mon.*

a. C. 1048.

nunciis imperatori ſignificat, cupere ſe Byzantium ire et cum ipſo colloqui. Quod vbi permiſſum fuit, congreſſus cum imperatore, multis ei verbis exprobrat, quod, ſceptrum ipſe gerens, foedus, quod ei cum Abaſgiae, ditionis haud exiguae regulo fuerat, violaſſet, et cum priuato ac ſeruo perduelli coiuiſſet ſocietatem. Simul petit, vt inter ſe et Liparitam tranſigat. Atque hoc imperator confecit, pactumque eſt, vt Pancratius omnem Iberiam atque Abaſgiam obtineat, Liparita autem parti Meſchiae per omnem vitam praeſit, ac Pancratium dominum regemque ſuum agnoſcat. Hunc quidem exitum res Abaſgica c) habuit.

§. 27.

Imp. ALEXIO I. COMNENO.

a. C. 1118. d)

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

22 [ALEXIO Comneno animam agente, filius eius Ioannes] eo viſo ſtatim exiit, et equo conſcenſo cum ſuo comitatu et multis aliis Manganis exceſſit. Quo facto, ſtatim Abaſgi, qui puellae ex Abaſgia adductae et natu maiori Caeſaris e) filio nupturae adiuncti fuerant, obuiam facti, ſublato clamore eum adorarunt.

§. 28.

Imp. EMANVELE *Comneno.*

a. C. 1159. f)

Imp. EMANVELE *Comn.*

23 [DVM Renaldus, Antiochiae princeps, ab imperatore ſupplex in gratiam recipitur] mira res prorſus viſa, qui hic [in caſtris imperatoris] forte aderant Aſiaticarum gentium legatis Choraſminorum, Suſiorum, Ecbatanorum, Mediaeque vniuerſae ac Babylonis — et Abaſgorum et Iberorum —.

§. 29.

c) τα κατα την Αβασγιαν.
22. ZONARAS T. II. p. 308.
d) Zonaras l. c. paulo ſuperius habet d. 15. Auguſti indict. 11.
e) Iſaacius Comnenus tertius Alexii Comn. ex Irene Ducaena filius, quem pater Caeſarem renunciauerat, intelligi videtur.
23. CINNAMVS p. 106.
f) Hoc anno Renaldum ab Emanuele in gratiam receptum referunt alii.

§. 29.

Imp. IOANNE *Duca.*

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1222 - 1233.

[TELEPVGAS alter Sitziſchanis filius cum Europaeas gentes armis adoriretur,] Maeotidis confinia et Ponti oram accolebant Zicchi et Abaſgi. — 24

§. 30.

Imp. EMANVELE *Pal.*

Imp. EMANVELE *Palaeologo.*

a. C. 1400.

TEMYR Chan [Tatarorum princeps, alteram ſuſcipiens contra Baiazitem Sultanum expeditionem] ineunte vere ex Perſia verſus Tanain mouet, collectoque Tauroſcytharum, Zyechorum et Abaſgorum ingenti numero — in Armeniam deinde et Cappadociam acceſſit. 25

§. 31.

AD Poteſtatum Abaſgiae g) bulla aurea biſoldia cum hac inſcriptione [mittitur]: Mandatum a Philochriſtis Dominis ad illum illuſtrem poteſtatum Abaſgiae. 26

§. 32.

24. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 21. Locum integrum vid. *Tom. III.* in *Tataricis §. 6.*

25. DVCAS p. 33. Cfr. *Tatarica §. 157. in Var. Narr.*

26. CONSTANTINVS de Cerim. Aul. Byz. T. II. p. 397.

g) ἐις τον ἐξȣσιαςην Ἀ'βασγιας.

h) τον περιφανη ἐξȣσ. Ἀ'β.

Imp. EMANVELE *Pal.*

a. C. 1400.

§. 32.

27 γ) DE autocephalis [vel independentibus] archiepiſcopis ordine triceſimus quartus eſt in Eparchia Abaſgiae Sebaſtopoleos archiepiſcopus.

γ) CODINVS: *Ordine praeſidentiae inter eos, qui proprii ſunt iuris et nullum in ſubditos exercent (αὐτοκέφαλοι) eſt in prouincia Abaſgiae Sebaſtopoleos LXIX.*

27. Id. ibid. p. 459. Codin. Notit. Graec. Epiſcop. p. 339. Id. p. 364. haec habet: *Quartus Sanctiſſimus et Apoſtolicus thronus Antiochiae et patriarchicus — complectens verſus ortum ſolis iter LXXXVII. dierum verſus Iberiam et Abaſgiam atque Armeniam et vsque ad interius deſertum Choroſani — vulturni, ſubſolani et ſi quis eſt alius orientalis ventus, climata comprehendit.*

MISIMIA-

MISIMIANICA
APSILICA
TZANICA
SVANICA
MESCHICA ET
ZICCHICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

Bb 2

INDEX PARAGRAPHORVM.

§. 1. Miſimiani, Soterichο, Iuſtiniani I. legato, ad eos accedente, de caſtro Buchloo ſolliciti, eum inde faceſſere iubent.

§. 2. Soterichus a Miſimianis miſſos verberari iubet, noctu cum ſuis omnibus occiditur.

§. 3. Miſimiani, ne Romani caedem Soterichi vlciſcantur, timentes, ad Perſas deficiunt.

§. 4. Legati Miſimianorum ad Perſas miſſi, defectionis cauſa expoſita, ab his benigne excipiuntur.

§. 5. 6. Romani et Perſae exercitus in Miſim. terram mittunt; Sabiri Perſarum ſocii a Romanis caeduntur.

§ 7. Perſae diſcedunt; Romani contra Miſimianos progrediuntur.

§. 8. 9. Miſimiani Apſilios, a Romanis ad ipſos legatos miſſos, occidunt, locorum difficultate freti, nihil a Romanis timent.

§. 10. Reliquis propugnaculis incenſis, ſe in arcem Zachar recipiunt, XL. Romani cum DC. Miſimianis feliciter pugnant.

§. 11. Miſimianorum pauci in arcem euadunt; Romani ſegnius inſtantes, eius capiendae occaſionem amittunt.

§. 12. Romani arcem obſidione cingere parant, Illus Iſaurus noctu loci ſitum explorat.

§. 13. 14. Romani centum cum Illo ſequenti nocte in montem aſcendunt, cuſtodes trucidant ante arcem excubantes, magnam edunt hoſtium ſtragem; ſecuri a Miſimianis oppreſſi repelluntur.

§. 15. Romani arcem oppugnant, Miſimiani pacem rogant, impetrant.

§. 16. Legatus Iuſtini II. e Turcis rediens ab Alanorum rege, ne per Mindimianos iter faciat, monetur.

MISIMIANICA
EX
AGATHIA ET MENANDRO.
Ab a. C. 555-570.

§. 1.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.
a. C. 555-565. a)

1 [QVo tempore Iuſtinianus Auguſtus Tzathem poſt Gubazis caedem regem Lazorum ritu ſolemni inauguratum in Lazicen miſit, Soterichum praefectum eodem deſtinauit, vt annuam pecuniam finitimis barbaris bellicae ſocietatis cauſa diſtribueret.] Poſteaquam autem ad Miſimianorum b) ditionem peruenit Soterichus (qui quidem Colchorum regi parent, vt et Apſilii, diuerſa tamen vtuntur lingua, aliiſque legibus; 'ſunt vero hi ex Apſiliorum gente borealiores c), et ad orientem ſolem non-

1. AGATHIAS p. 90-92.

a) Anni a caede Gubazis vsque ad obitum Iuſtiniani I.

b) των καλȣμενων Μισιμιανων.

c) εισι δε τȣτȣ δη τȣ Αψιλιων γενȣς βορειοτεροι.

nonnihil vergentes), ad hos, inquam, cum veniſſet: cogitatio quaedam ipſis incidit, quod vtique vnum quoddam ex ipſorum propugnaculis, circa ipſos Lazorum fines ſitum, *Buchloum* d) vocatum, Alanis prodere vellet; vt gentium, quae remotius habitarent, legati ibi congregati ſtipendia deferrent, neque amplius neceſſitas vlla eſſet, vt, qui pecunias adferret, Caucaſi montis radices circumiret, ipſeque ad illos iret.

Haec cum Miſimiani ſiue cognouiſſent, ſiue ſuſpicati eſſent; duos ex ſuis inſignes viros, *Chadum* nomine et *Thuanem* e) mittunt. Qui cum ipſum reperiſſent iuxta illud propugnaculum ſtationem habentem, ſuſpicione validius confirmata: „Iniuria, inquiebant, nos afficere cogitas, praefecte. Oportet enim te neque alteri cuiquam permittere, vt noſtra nobis adimant, nedum ipſum hoc velle. Si vero hoc tibi propoſitum non eſt; fac age, vt, quam citiſſime hinc diſcedens, alio in loco commoreris. neque tibi defutura ſunt neceſſaria; ſed nos omnia deferemus. Hic enim nullo modo tibi eſt manendum, neque feremus te hic moras trahentem et tergiuerſantem.„

§. 2.

Ipſis vero ita procaciter loquentibus, Soterichus nequaquam tolerandum ratus, ſi Colchorum ſubditis ita aduerſus Romanos, quibus parent f), liceret ferocire; ſtipatoribus ſuis mandat, vt baculis, quos geſtabant, eos caederent. qui atrociter in ipſos inuecti, ſemineces remiſerunt.

Quibus peractis, Soterichus quidem, nihil hoſtile euenturum ratus, et perinde fere ac ſi ſeruos ſuos delinquentes plagis excepiſſet, nihil inde ſibi verendum exiſtimans, eo loci manſit; et deinde oborta nocte valde intrepide abſque vllis excubiis ibi dormiuit: ſimiliter vero et filii, et ſatellites, et quotquot eum domeſtici famuli et ſerui ſequebantur, etiam hi omnes ſecurius, quam vt in hoſtili terra conueniebat, dormiebant. Interea vero Miſimiani, iniuriam acceptam non ferentes, validiſſime armati in eos irruunt, ſtatimque in domunculam, in qua cubabat praefectus,

d) Βȣχλοον.
e) Χαδον ονοματι και Θυανην.
f) ὑφ' ὁυς ὁι Κολχοι τετακται.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 555-565.

fectus g), irrumpentes, proxime accubantes famulos obtruncant. Tumultu itaque, vti par eſt, ſtrepituque ingenti excitato, ſenſus mali ad Soterichum reliquosque, qui ipſi aderant, omnes peruenit. Quocirca cum prae metu lectis excuſſi, ſomno tamen adhuc praegrauati et languidi eſſent; non admodum ſeſe tueri poterant. Alii enim, cum pedes ſcrupis inuolutos haberent, inceſſu prohibebantur; alii vero, cum iam ad enſes arripiendos proruerent, et tumultuarium conflictum tentarent, errabundi miſerrime ferebantur, vtpote in tenebris et ſumma conſilii inopia in parietes impingentes, et, vbinam arma depoſuiſſent, obliti; nonnulli vero ipſorum, eo quod iam oppreſſi eſſent, deſperantes, nihil plane attentabant, clamabant tantum alius alibi, atque eiulabant, ignari quid agerent. Sic itaque perculſis ipſis, barbari irruentes, et Soterichum ipſum obtruncant, et filios et reliquos omnes, niſi quis forte per editiorem aliquam ianuam, aut alio aliquo modo, clam euaſiſſet.

§. 3.

Haec cum ſcelerati perpetraſſent, mortuos ſpoliarunt, reliquaque omnia eorum bona, ac praeterea etiam regiam pecuniam diripuerunt, cum eos tanquam hoſtes quosdam reuera, non autem vt amicos et duces ſuos, interfeciſſent. Poſteaquam vero peracta iam atroci hac ſtrage excandeſcentia illa animarum atque ira videbatur deferbuiſſe ſedataque eſſe, expleto nimirum prauo ipſorum deſiderio: tum nudum in ſe factum conſiderantes, ſecum reputarunt, atque intellexerunt, qualis alea ipſis eſſet iacta, quodque non multo poſt Romani eſſent venturi idque vlturi, neque ipſi illorum vim ſuſtinere poſſent. Quocirca aperta defectione facta, Perſas adierunt, et oratores miſerunt, poſtulantes, vt ipſos tuendos ſuſciperent, et tanquam ſubditis deinceps opitularentur.

Haec vero omnia poſteaquam Romanorum praefectis ſunt renunciata, indigne quidem ea moleſtiſſimeque tulerunt, vlciſci tamen e veſtigio non ſatis poterant, occupatione circa maioris momenti rem praepediti. Iam enim Nachoragan [Perſarum dux] ſexaginta bellatorum millia ad inſulam [Lazicae] ductabat, quam Mar-

g) ὁ ϛρατηγος.

a. C. 555 - 565. *Imp.* IVSTINIANO I.

Martinus et Iuſtinianus Germani filius [Romani duces] eorumque copiae inſidebant.

§. 4.

INTEREA [dum Perſae, ad Phaſidem vrbem victi, in Muchiriſidem reuerti coguntur, et quaeſtio de Gubazis, Lazorum regis, caede habetur] viri quidam praecipuae inter Miſimianos potentiae in Iberiam ad Nachoraganum cum perueniſſent, omnia ei nunciarunt, quae in Soterichum perpetraſſent; veriſſimam quidem cauſam ſilentio occultantes, dicentes vero, quod, cum a multo tempore Perſarum partes eſſent ſecuti, ignominia afficerentur et ab ipſis Colchis et a Romanis, atque inter viliſſimos cenſerentur: tandem vero Soterichum ipſum ſuperueniſſe, verbis quidem prae ſe ferentem quod pecuniam ſociis diſtribuere vellet, re autem ipſa, quae ad perniciem euerſionemque totius gentis pertinebant, molientem. Cum itaque oporteret nos (dicebant oratores) vel funditus perire, vel praeueniendo Romanos calidi fortaſſis ac praecipitis facti opinionem apud nonnullos incurrere, eoque nomine male audire, vetus tamen noſtrum viuendi ius retinere, et de rebus noſtris, prout conſultiſſimum viſum fuerit, ſtatuere; potiora et humanis moribus conuenientiora elegimus, de conuiciis et criminationibus parum ſolliciti, praecipuam vero ſalutis curam gerentes. Nam et Soterichum interfecimus quique cum eo ad hoc venerant, vt illorum quidem iniuriam vindicaremus, firmiſſimo vero hoc ipſo facto beneuolentiae ſtudiique erga Perſas argumento edito, glorioſius deſciſcamus. Cum vero ob haec omnia ac praecipue ob defectionem ad Perſas *b*) nequaquam deſituri ſint Romani id moleſte ferre, ſed quam citiſſime nos ſint inuaſuri, et vniuerſos, quantum fieri ab ipſis poterit, deleturi: tui officii eſt, o praefecte, nos benigne excipere ac propugnare, et pro regionis, vt propriae deinceps et ſubditae, ſalute excubare, neque negligere de interitu periclitantem gentem non paruam neque obſcuram, ſed quae maximam vtilitatem Perſarum imperio adferre poſſit. Nam et rei bellicae peritos nos facile com-

2. AGATHIAS p. 120 - 122.

b) τȣ Μηδισμȣ ἕνεκα.

Imp. a. C. 555 - 565.

IVSTINIANO I. comperietis, et fortiſſime ſocietate vobiscum inita praeliantes; eritque vobis locus ipſe in vlteriore Colchorum regione ſitus tuta belli ſedes, irruptionibus faciendis peridonea ac veluti propugnaculum aduerſus hoſtes."

Haec cum audiſſet Nachoragan, libentiſſime eos excepit, et defectionis conſilium laudauit, alacresque abire iuſſit, vt Perſica auxilia opportune habituros. Oratores itaque ad ſuos reuerſi, cum ſingula renunciaſſent, maxima ſpe gentem replerunt.

§. 5.

a. C. 556.

INEVNTE autem vere ſtatim Romanorum praefecti in vnum coacti exercitum in Miſimianos mittendum ſtatuerunt. — Miſſa vero ſunt ad bellum peditum ſimul et equitum millia quatuor, inter quos et alii erant maximi nominis viri, et Maxentius et Theodorus Tzanicarum copiarum dux, vt iam ſaepe dixi [i]), bellicoſi ambo et ordinum duces. Videbatur autem non multo poſt etiam Martinus ipſis adiungendus, vt ductor futurus. Ne vero vel ad breue aliquod tempus duce deſtituerentur, imperium totius exercitus, quamdiu per ſubditorum regionem iter facerent, ad Barazem Armenium et Pharſantem Colchum eſt delatum. — Barazes inter turmarios cenſebatur, alter vero in aula agmina regis Colchorum [k]) ductabat, magiſter dignitati eſt nomen; vſitatum enim hoc eſt eius loci barbaris. —

§. 6.

Hic itaque exercitus aeſtate iam vigente in Apſiliorum regionem venerat, volentibusque ipſis vlterius progredi impedimento fuit Perſicum agmen eodem loci collectum. Cognito enim Romanorum apparatu, quodque in Miſimianos mouerant, motis ex Iberia et caſtellis, quae circa Muchiriſidem ſunt, caſtris, iuerunt etiam hi in illos, praeoccupaturi regionem et pro viribus ſubſidio futuri. Quocirca Romani circa Apſiliorum caſtella commorantes, protrahere cunctando rem tentabant, donec meſſis tempus

i) Vide *Tzanica* §. 8.
k) Δαζων.

Ad §. 5. Cfr. *Lazica* §. 124. vbi nonnulla, hic omiſſa, adduntur.

a. C. 556. *Imp.* IVSTINIANO I.

pus eſſet praeterlapſum. Perſis enim ſimul et Miſimianis inſtructa acie obuiam ire inconſultum immo perículoſiſſimum iudicabant. Sic itaque vterque exercitus conquieuit, neque alteruter ad vlterius procedendum pedem mouit, ſed obſeruabant ſeſe mutuo, atque exſpectabant, ſi quis prior moueret.

Aderant vero Perſis etiam Hunnorum Sabirorum mercenaria auxilia l). Ex his Sabiris viri quingenti in ſtabulo quodam ſubdiuo longiuſcule a reliquo exercitu diſſito conſederant. 'Qui a Maxentio et Theodoro omnes, praeter quadraginta fuga elapſos, caeſi ſunt'.

§. 7.

Bruma vero inualeſcente, Perſae quidem ſtatim ſolutis caſtris Cotaeſium et Iberiam verſus ſeſe receperunt, animo ibi hibernandi, auxilio Miſimianis ferendo longum dicentes vale. Neque enim patriis ipſorum inſtitutis ac moribus eſt receptum, per hiemem foris longinquas laborioſasque expeditiones ſuſcipere.

Romani vero ab inſidentibus itinera Perſis iam liberi, priorem ſuam in Miſimianos expeditionem ſunt proſecuti. Cum vero ad praeſidium Tibelium ita dictum veniſſent, (quod quidem Miſimianorum regionem ab Apſiliis diſterminat) aduenit Martinus, vt reliquas copias ductaret, et vniuerſum exercitum ordinaret. Sed grauis quidam morbus ſuperueniens conſilium ipſius turbauit, atque interrupit. Atque ipſe quidem ibi manſit, tanquam paulo poſt in Colchicam regionem eiusque caſtella rediturus; exercitus vero nihilominus vlterius progreſſus eſt, ſub prioribus iterum ducibus ducti.

§. 8.

Primum quidem igitur tentandos eſſe Miſimianorum animos cenſuerunt, an forte libentes ad ſaniora conſilia conuerterentur, agnitisque ſuis principibus, poenitudine tandem ſuorum delictorum

l) Hic omiſſa vide *Tom. I. in Hunnicis, §. 183.*

m) Locum integrum vide in *Hunnicis §. 184.*

3. AGATH. p. 123-130.

n) το Φρȣριον το Τιβελιος.

Imp. IVSTINIA-NO. I.

a. C. 556.

rum ducerentur, et ſe ipſos Romanis dederent, pecuniamque omnem, quam Soterioho eripuerant, reſtituerent. Delectos itaque ex Apſiliorum gente ſpectabiles viros oratores eo mittunt.

Miſimiani vero tantum aberat vt crudelitatem remitterent, aut nouis officiis praeteriti facti abſurditatem emendarent, quin potius nefarii et piaculares fanaticique homines et quoduis aliud conuicium, quod indignatio cuipiam ſuggerat, audire digni, reiecto proculcatoque communi omnium hominum iure, oratores confeſtim trucidarunt, cum tamen Apſilii eſſent, eiusdem cum ipſis inſtituti o) et contermini, quique eorum, de quibus illi Romanos pariter et Soterichum inſimulabant, neutiquam conſcii participesue fuiſſent, amicam tantum admonitionem quaeque in rem ipſorum futura eſſet, citra vllam acerbitatem denuntiantes.

§. 9.

Ita vtique a veſania initio impiisque factis orſi, iisdem perpetuo facinoribus inſiſtebant, immo vero multo etiam ſceleratioribus. Cum enim ſcirent, Perſas abiiſſe, neque, vt conuenerat, auxilio venturos; locorum tamen difficultate freti, et quod ſperarent, Romanos nunquam eam tranſituros et ſuperaturos, atrociora perpetrarunt.

Eſt enim mons quidam regioni obiectus, non quidem admodum altus neque valde in ſublime tendens, accliuis tamen valde atque arduus, et praeruptis petris vtrobique denſus. In medio anguſta quaedam parumque trita via ſe oſtendit, quaeque ne vni quidem viro intrepide eunti facilis acceſſu ſit et peruia, adeo, vt, ſi quis vertici montis inſiſtens accedentes aditu prohibeat, hoſtes nunquam eum tranſire queant, ne ſi infinita quidem ſit multitudo, neque ſi leues atque expediti omnes ſint, quales eſſe Iſauros ferunt. Hoc itaque loco freti, ad ſummam veſaniam ſunt conuerſi. At Romani, exſecrabili Miſimianorum facto ipſis nunciato, ingentem ex eo indignationem conceperunt. Cunctantibus interea barbaris, cum nondum praeſidium monti impoſuiſſent, anteuertentes eos Romani, ſumma iuga occupant, nemi-

neque

o) ὁμοδίαιτες.

a. C. 556. *Imp.* IVSTINIANO I.

neque obſiſtente ea ſuperantes, omnes ſtatim in planiores equisque peruios campos effunduntur.

§. 10.

Miſimiani vero, ea ſpe fruſtrati, confeſtim plurimis et ſuperuacaneis ipſorum propugnaculis incenſis, quod nimirum omnibus tuendis pares non eſſent, in vnum quoddam ſolum, quod munitiſſimum ipſis videbatur, omnes ſe receperunt, *Zachar* p) id ab antiquo nominatur, *Ferreum* autem id ipſum, quod firmiſſimum ſit atque inexpugnabile, cognominant.

Paucis vero quibusdam Romanis et non pluribus quam quadraginta equitibus ſimul congregatis (erant autem non e multis, ſed eximii inprimis et agminum duces), hos, inquam, ſeparatim a reliquo exercitu procedentes, inuadunt Miſimiani viri ſexcenti, pedites pariter atque equites, rati, ſe omnes, multitudine circumuentos, facile caeſuros. Hi vero rei bellicae peritia in collem quendam curſu delati, fortiter ſtrenueque rem gerebant, fuitque dudum acris inter eos dubiaque pugna, illis quidem in orbem Romanos cingere conantibus, Romanis autem modo conſertim in eos proſilientibus, adeo vt vniuerſam hoſtium aciem conuellerent, ac perturbarent, modo retro cedentibus et in tutum ſeſe recipientibus.

§. 11.

Interea, dum reliquae Romanorum copiae eminus ex editiore quodam monte ſe oſtendunt, barbari, inſidias et dolum rem eſſe ſuſpicantes, concitatiſſime ſtatim fugerunt. At Romanorum exercitus (iam enim vniuerſi inter ſe permiſti erant) hoſtium tergis acriter inſiſtebant, donec quamplurimos eorum interfecerunt, adeo vt ex tanto numero ſoli octoginta viri in Ferreum illud propugnaculum ſalui redierint. Quod quidem propugnaculum ſi eodem impetu inuaſiſſent Romani, perculſis hac recenti clade barbaris, non dubitarim, quin primo inſultu vniuerſi capi potuiſſent, eoque ipſo die bellum finem habuiſſet. Nunc vero quod celebriore aliquo praefecto eſſent deſtituti, quique poteſtate pri-

p) Τζαχαρ.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 556.

prudentiaque excelleret; ſed omnes propemodum inter ſe eſſent pares, et mutua conſilia improbando contrariaque mandando certarent, et qualia quisque dixiſſet, talia audiret, imperfectae eorum actiones neque admodum dignae laude fuerunt. — Hoc in ſtatu cum res eſſent, remotius nonnihil ab hoſtibus, quam vt in obſidione, caſtra metati ſunt. praeterea neque ſub diluculum euntes quales opus erat inſultus faciebant; ſed, ignauia vecordiaque victi, res ſerias maximeque opportunas pro acceſſoriis et ſuperuacaneis cenſebant; ſerius quidem, quam oportebat, in hoſtes impetum facientes, maturius vero, quam expediebat, ſeſe recipientes.

§. 12.

Haec cum cognouiſſet Martinus; emittit quam citiſſime ad ipſos, qui vniuerſis imperaturus et dux futurus eſſet, virum Cappadocem quidem natione, dignitate vero praetoria iam a multo tempore clarum, cui nomen quidem erat Ioannes, vulgare autem cognomen Dacnas. — Hic itaque Ioannes cum ad Miſimianos perueniſſet, et iam Romanorum exercitui praeeſſet; confeſtim omnibus copiis propugnaculo admotis, obſidione illud cingere nitebatur, ſimulque eos, qui extra degebant, inuadere omniaque obturbare. Domus enim plurimae muri ambitu non concludebantur, ſed in ſcopuloſo quodam loco prope exporrecto, in quo praecipitia et abruptae petrae in longum tendentes difficilia acceſſu tranſituque exteris et inſuetis omnia efficiebant. Incolae vero, peritia locorum, ex anguſtiſſima quadam et tecta via, aegre quidem etiam ipſi et laborioſe, deſcendunt tamen, ſi quando opus fuerit, rurſusque ſurſum repunt. Ad radicem vero montis in humili et plano ſolo fontes potabilis aquae ſcaturiunt, vnde incolae q) aquam petunt. Tum itaque temporis (obſeruabant enim eos Romani, et ex parte prohibebant) barbari noctu deſcendentes aquam hauriebant. Iſaurus autem quidam, Illus nomine, qui ea in parte ſtationem habebat, conſpicatus multos Miſimianos, qui multa nocte eum in locum deſcenderant, ipſe tectus tacitusque ſuo loco manſit, et permiſit; ſimulatque vero illi, hydriis repletis, receſſerunt, Iſaurus clam eos ſubſequitur, ſimulque

q) οἱ τῳ κολωνῳ ἐνοικοῦντες.

a. C. 556. *Imp.* IVSTINIANO I.

que aſcendit, donec in ſummum veniſſet, et loci ſitum, quantum in tenebris fieri poterat, optime contemplatus eſt, quodque non plures quam octo viri eſſent collocati ad obſeruandum tuendumque aſcenſum.

§. 13.

His, inquam, omnibus cognitis, ſtatim deſcendit, et praefecto ſingula exponit. qui quidem magnopere eo nuncio eſt gauiſus, et nocte proxime ſequente delectos centum fortes ac ſtrenuos viros ad aditum illum miſit, qui ſpecularentur locum, impetumque, quando res ita ferret, facerent. Mandauit autem iis, vt, cum iam certiſſime conſcendiſſent, tuba ſignum darent, vt, etiam reliquo exercitu in murum irruente, hoſtes vtrinque perturbarentur.

Illus itaque praecedens ducebat viros ad aditum iam ſibi exploratum. Secutus vero ſtatim eſt Ziper, Martini ſatelles, et ab illo Dabragaſus et poſt illum Theodorus, Zannorum dux, atque ita deinceps omnes ſeriatim ſeſe mutuo ſequebantur. Cum autem iam ad ipſum medium ventum eſſet; aperte admodum conſpicati ſunt, qui priores erant, excubitorum ignem accenſum et ipſos quam proxime decumbentes; e quibus ſeptem quidem aperte dormiebant, et ſtertentes iacebant, vnus autem ſolus cubito innixus, vigilanti ſimilis, captus erat tamen etiam ipſe ſomno, capiteque erat praegrauato, neque adhuc ſatis apparebat, quonam euaſurus eſſet, nutans frequenter capite rurſusque id ſuccutiens. Interea Leontius, Dabragaſi filius, ad coenum quoddam lubricum lapſus, toto corpore procidit, et deorſum eſt delatus, ſimulque ſcutum diffregit. Sonitu vero, vti par eſt, ingenti excitato, excubitores omnes perterriti proſilierunt, ſtratisque inſidentes, et enſes ſtringebant, et colla in omnem partem verſantes deſpiciebant; neque tamen coniicere poterant, quid rei eſſet. Nam vt ſplendor ignis ipſorum oculos perſtrinxerat, in tenebris conſtitutos cernere non poterant, et ſonitus ipſis dormientibus allapſus non admodum manifeſtus erat neque diſtinctus, neque qui armorum ſolo alliſorum fragorem aperte proderet. Romani vero accuratiſſime omnia obſeruabant. Quocirca greſſu inhibito quieti tacitique manſerunt, veluti terrae radicibus affixi, et neque vocis

vllum

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 556.

vllum murmur audiebatur —. Niſi enim ita rem inſtituiſſent, ſenſusque aliquis eorum, quae fiebant, ad excubitores perueniſſet, illi omnino ingentem aliquam petram deturbaſſent, quae in decliue prouoluta facile omnes, qui ſurſum nitebantur, colliſiſſet. — Barbari vero, cum nihil incommodi aut periculi animaduerterent, rurſus ad id, quod amicum erat, ſe conuerterunt, ſecure dormientes.

§. 14.

Tum itaque Romani, illos ita in ſomnum effuſos adorti, trucidant cum alios, tum etiam illum ſemiuigilem, vt aliquis ipſum per iocum appellauerit; ac deinceps intrepide progredientes, per vicos domum diffuſi ſunt, ſimulque tuba claſſicum cecinit, quo exaudito, Miſimiani nouitate rei ſunt perculſi; quo vero in ſtatu res eſſent, neſcientes, excitati tamen inter ſeſe coire nitebantur, et alios aliunde proſilientes congregare. At Romani, in ipſis veſtibulis occurrentes, et quodammodo enſibus ipſos excipientes, ingentem ſtragem ediderunt. Alii enim iam egreſſi ſtatim interficiebantur, et mox alii, rurſumque alii atque alii; neque vlla erat caedis remiſſio, omnibus vrgentibus. Iam vero etiam multae feminae ſtratis effuſae, cum magno eiulatu foras confluebant. Sed neque ab his abſtinebant Romani, ira abrepti, ſed crudeliſſime etiam hae trucidatae virorum ſceleratam proteruiam luebant. Vna autem ex elegantioribus accenſam facem manu geſtans, valde conſpicue incedebat. Sed etiam haec haſta ventrem transfoſſa miſerrime periit. Romanorum vero quidam arrepta face ignem domibus immiſit; quae, vt erant e lignis et ſtramentis confectae, citiſſime conflagrarunt; et flamma adeo alte ſublata eſt, vt et Apſiliorum genti aliisque remotioribus, quae gerebantur, nunciaret.

Tum quidem et multo atrocius barbari paſſim peribant. Qui enim domi manſerant, concremabantur, vel aedibus obruebantur; qui vero e domibus proruebant, iis paratior ab enſibus interitus imminebat. Multi vero pueri vagientes ſuasque matres inclamantes rapiebantur; atque ex his quidem alii petris crudeliter illiſi dilaniabantur, alii vero veluti per ludum in altum iecti ac deinde pondere deorſum delati erectisque haſtis excepti, in

ſublimi

a. C. 556. *Imp.* IVSTINIANO I.

ſublimi transfigebantur. Et certe Romani non abs re aduerſus Miſimianos adeo ingentem indignationem conceperant, cum ob Soterichi caedem, tum ob ſceleratum in oratores facinus; cum tamen aequum non eſſet, in ipſos etiam recens editos infantes, quique eorum, quae parentes ipſorum perpetrarant, neutiquam erant conſcii, vsque adeo foede ſaeuire, ita eis factum hoc non impune abiit. Nocte enim tota in hiſce malis tranſacta, cum iam totus ille tractus vaſtatus videretur, tum vero ex Miſimianis viri quingenti optime armati praeſidio egreſſi, ſub ipſum diluculum Romanos inuadunt, nullas aut exiguas excubias agentes, quod putarent, ſe pleniſſima victoria potitos, et plurimos quidem caedunt, omnes vero in fugam vertunt, violenter expellentes; illi vero turbulenter in praeceps acti, frequentibusque et variis vulneribus pleni in caſtra ſunt reuerſi, et telis hoſtium icti, et quod frequenter in petras offendiſſent, tibiis grauiter ſauciati. adeo vt eis denuo in ſcopulum illum ſurreptandi animus non eſſet; ſed murum potius, qua parte opportunior oppugnatio videretur, adoriendi, ſimulque foſſam opplendi.

§. 15.

Quocirca domunculis quibusdam et tuguriis propius ſtructis e tuto murum, machinis pariter vtentes et iaculatione, et alio quouis modo grauiſſimam iis, qui intus erant, intolerabilemque obſidionem efficientes. Barbari vero vehementer laborabant, grauiterque premebantur; nondum tamen ſeſe tueri deſiſtebant. Iam enim nonnulli teſtudinem portantes ad Romanorum munitiones ſe conferebant, tanquam omnia demolituri. Priusquam vero appropinquarent, atque obtegerentur, Suarunas quidam nomine, vir Sclauus, haſtam iacit in eum, qui minus tectus erat, et ferit letaliter; quo collapſo, ſtatim excuſſa eſt teſtudo, inuerſaque corruit, atque ita reſupinato eius ſinu et capacitate, detecti ſunt nudatique viri, quos Romani facile iaculis petentes interfecerunt. Vnus autem ex iis fuga euaſerat, et iam propius ad praeſidium venerat, portulamque ingrediebatur; ſed tum frequentibus ſagittis ictus interiit, ibique corruens in limine iacebat, exigua quidem aliqua corporis parte foris relicta, maiore vero ſui parte introrſum porrectus.

Imp. IVSTINIA-NO I.

a. C. 556.

Id vero conſpicati Miſimiani, et infauſtum ac triſte de futuris omen eſſe interpretati, et alioqui deſperantes etiam laboribus, et redeundi in gratiam cum Romanis cupidi, praecipue quod neque ipſis auxilia a Perſis, prout conuenerat, veniſſent: haec, inquam, ſecum reputantes, ſuasque vires perpendentes, quod Romanis impares eſſent, neque diutius bellum ſuſtinere poſſent, tum demum aegre ad ſaniorem mentem redeuntes, confeſtim oratores ad Ioannem miſerunt, precatum, ne ſe ad internecionem perderet, neque funditus exſtirparet gentem iam ab antiquo Romanis ſubditam, et in religione cum ipſis conuenientem, quaeque quamplurimis iniuriis prouocata, tandem ad rependendas illas acceſſerit; atque hoc quidem barbara quadam amentia. commiſeratione tamen veniaque ſe non prorſus indignos dicebant, qui adeo iam atrocia mala eſſent perpeſſi, adeoque graues poenas luiſſent, vtpote circumiectis praeſidio habitationibus incendio abſumtis, et virorum aetate florentium non minus quinque millibus interfectis, feminis vero multo pluribus et pueris adhuc pluribus: adeo vt parum abſit, quin vniuerſa Miſimianorum gens ſit deleta.

Ioannes vero libentiſſime ſupplices preces admiſit, partim ne diutius in loco deſerto et praealgido cum exercitu periclitaretur, partim quod iam ſatis poenae, qui deliquerant, dediſſent. Acceptis itaque obſidibus omnique pecunia, quam Soterichus ſecum attulerat, aliisque rebus et praeterea imperatorio auro (erant vero nummi integri ac probi ad duas myriades, octies mille et octingenti), his, inquam, omnibus acceptis, multaque praeda adiecta, permiſit, vt intrepide rurſus ſua colerent, et priſtinum viuendi genus inſtaurarent. Ipſe vero in Colchicam regionem eſt reuerſus, inclytum glorioſumque exercitum reducens, ſolis triginta viris deſideratis.

§. 16.

Imp. IVSTINO II.

§. 16.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 569.

[ZEMARCHVM, e Turcis, ad quos eum Iuſtinus Auguſtus legatum miſerat, redeuntem] Saro[?]lius [Alanorum rex] monuit —, ne per Mindimianos r) iter faceret, propterea quod Perſae circa Suaniam in inſidiis erant: conſultius faceret, ſi per Darinem s) domum rediret. His cognitis, Zemarchus per Mindimianam decem equites onerarios miſit, qui purpuram t) ferentes obuios Perſas habituri eſſent, qui — ex eo conicerent, Zemarchum mox fecuturum, et equites diſcedentes iter pergerent. Zemarchus vero Mindimianae regioni valedicens, per Darinem in Apſiliam venit. Mindimiana ad laeuam relicta (hac enim parte ſuſpicio erat Perſas inſidias ſtruere) ad Rhetaurium v) acceſſit, deinde ad Pontum Euxinum. —

4. MENANDER p. 109, 110. Locum integrum vide *Tom. III. in Turcicis* §. 17.

r) *των Μινδιμιανων*, eosdem eſſe, quos Agathias Miſimianos vocat, e nominis ſimilitudine et regionis ſitu colligi poſſe videtur.

s) *δια της λεγομενης Δαρεινης ατραπȣ.* Cfr. *Turcica* §. 17. not. *h.*

t) *μεταξαν.* *ſericum.*

v) Ρογατοριων. Vid. *Turcica* §. 17. not. i.

APSI-

APSILICA.

INDEX PARAGRAPHORVM.

§. 1. Situs Apſiliae.

§. 2. Nabedes Perſa Theodoram, Opſitis Lazorum regis viduam in Apſilia captam in Perſiam abducit.

§. 3. Terdetes Lazus Tzibilum Apſiliae caſtellum Perſis prodit; Apſilii Perſis noctu occiſis a Lazis et Romanis defectionem faciunt; ſe eis rurſus ſubmittunt.

§. 4. Romani, Miſimianos bello petentes, in Apſilia haerent.

§. 5. Tibelium caſtellum Apſilios a Miſimianis diſterminat.

§. 6. Romani ex Apſiliis ad Miſimianos legatos de pace mittunt, quos Miſimiani occidunt.

§. 7. Romani domos Tzachar caſtello circumiectas incendunt, flamma ab Apſiliis conſpecta.

§. 8. Leo ſpatharius per Apſiliam ad Alanos venit.

§. 9. Romani ob Saracenorum aduentum e Lazica abeunt, per Apſilios ad Caucaſum penetrant.

§. 10. Marinus Leonem in Apſiliam, indeque ad mare deducit.

APSI-

APSILICA
EX
PROCOPIO, AGATHIA, THEOPHANE ET ANASTASIO.
Ab a. C. 550-713.

§. 1.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 550. a)

Imp. IVSTINIANO I.

[In Lazica] in parte Aſiae b), vbi littus [Ponti Euxini] in cornua lunae curuari incipit, ſita erat vrbs Petra: littus, quod e regione eſt in parte Europae, obtinent Apſilii c), ſub Lazorum dominatu a multo iam tempore Chriſtiani. — 1

Dd 3 Trans

1. PROCOPIVS de B. G. p. 569.

a) Id ibid. p. 566. haec habet: *Ac libris quidem ſuperioribus traduntur acta ad annum quartum induciarum quinquennalium, quas cum Perſis Romani pepigerant. Anno autem proxime conſecuto ingens Perſarum exercitus, Choriane duce — irrupit in Colchidem.* — Id. de B. P. p. 170. — *anno induciarum, quas Romani cum Perſis pepigerant, imperii tertium ac viceſimum agente Iuſtiniano Auguſto.*

b) Haec ad ea reſpiciunt, quae paullo ſuperius dixerat, Phaſidem fluuium, quorundam opinione, Aſiam et Europam diuidere.

c) Ἀψιλιων. de quibus Agathias p. 91. *Qui* [Miſimiani] *quidem Colchorum regi parent, vt et Apſilii, diuerſa tamen vtuntur lingua aliisque legibus; ſunt vero hi ex Apſiliorum gente borealiores, et ad orientem ſolem nonnihil vergentes.* Cfr. *Miſimianica* §. 1.

Imp. IVSTINIA-NI I.

a. C. 550.

2 Trans Apſilios alterumque lunati receſſus caput oram habent maritimam Abaſgi. —

§. 2.

3 NABEDES [Perſarum dux] Lazicam ingreſſus cum exercitu, nihil, quod eſſet operae pretium, fecit. — Tum — Theodoram, vxorem Opſitis, qui Gubazis patruus Lazorumque rex fuerat, in Apſilia nactus, eam obiter ac praeter itineris inſtitutum captam, abduxit in Perſidem.

§. 3.

4 'IN Apſilia, iam Lazis ab aeuo ſubdita, caſtellum eſt munitiſſimum, quod indigenae Tzibilum vocant d). Terdetes autem, nobilis Lazus et magiſtri, vt appellant, dignitate inſignis in ſua gente, cum Gubazem, Lazorum regem, grauiter offendiſſet, Perſis clam pollicitus, traditurum ſe caſtellum illud, aſſumto ad hoc Perſico agmine, 'in Apſiliam e) ſeſe contulit. Proxime caſtellum cum Lazorum comitatu anteiit, introque acceptus eſt. quippe Lazorum praefecto, de quo nulla erat ſuſpicio, praeſidiarii diffidere non poterant. Simul affuit Perſarum agmen, id Terdetes in caſtellum admiſit: eoque factum eſt, vt Medi non ſolum Lazica, ſed Apſilia f) etiam potiri ſe tunc temporis exiſtimauerint. Lazos autem et Romanos Perſarum exercitus ad Petram ita diſtinuit, vt Apſiliae ferre opem neutri valuerint.

Qui caſtelli illius praeſidio praeerat, vxorem habebat Apſiliam genere, formoſiſſimam: cuius inſano amore repente captus Per-

2. Id. ibid. p. 571. Cfr. *Auaſgica* §. 2.

3. Id. ibid. p. 586. Cfr. *Lazica* §. 51.

4. PROCOPIVS de B. G. p. 589. Id. ibid. p. 587. *Trans Apſiliorum fines, in Abaſgiae aditu locus eſt eiusmodi ſitu* cet. Vid. *Auaſgica* §. 7.

d) Ἀψιλιοι μεν ἐκ παλαιȣ κατηκοοι Λαζων τυγχανȣσιν ὀντες. ἐςι δε τι φρȣριον ἐν ταυτῃ τῃ χωρᾳ ἰσχυρον μαλιςα, Τζιβιλον αυτο καλȣσιν οἱ ἐπιχωριοι.

e) ἐς Ἀψιλιȣς.

f) Ἀψιλιȣς.

a. C. 550. Imp. IVSTINIANO I.

Perſarum dux, primo tentauit eam illecebris, deinde, cum nihil proficeret, vi ſubita comprimere aggreſſus eſt. Hinc ira ardens maritus feminae, eum, et quotquot in caſtellum cum ipſo venerant, noctu interfecit, horum caede, tanquam auctario, poenam libidinis illius cumulans. Tum ipſe caſtellum obtinuit, et a Colchis defecerunt Apſilii, eos inſimulantes, quod ſe a Perſis male habitos non adiuuiſſent. Verum illuc a Gubaze cum Romanis mille miſſus Thomae filius Ioannes, — Apſilios citra pugnam, multis videlicet blanditiis, ſubegit, et ad Lazorum obſequium reuocauit. Haec de Apſiliis et Tzibilo caſtello dicere habui.

§. 4.

a. C. 556.

EXERCITVS [quo Romani Miſimianos, eos ob Soterichi caedem ac defectionem vlturi, petebant] aeſtate iam vigente in Apſiliorum regionem venerat; volentibusque ipſis vlterius progredi impedimento fuit Perſicum agmen eodem loci collectum. — Quocirca Romani circa Apſiliorum caſtella commorantes, protrahere cunctando rem tentabant, donec meſſis tempus eſſet praeterlapſum 'et Perſae diſcederent' ff). 5

§. 5.

BRVMA vero inualeſcente — Romani — ab inſidentibus itinera Perſis iam liberi, priorem ſuam in Miſimianos expeditionem ſunt proſecuti. Cum vero ad praeſidium Tibelium g) ita dictum veniſſent (quod quidem Miſimianorum regionem ab Apſiliis diſterminat) aduenit Martinus, vt reliquas copias ductaret, et vniuerſum exercitum ordinaret. Sed grauius quidam morbus ſuperueniens conſilium ipſius turbauit, atque interrupit. 6

§. 6.

5. AGATHIAS p. 121.

ff) Locum integrum vide in *Miſimianicis* §. 6.

6. Id. p. 123. Cfr. *Miſimianica* §. 7.

g) το Φρερων το Τιβελεος. Procopius Τζιβιλον vocat. Vide ſupra §. 3.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 556.

§. 6.

7 [ROMANI, priusquam armis Miſimianos peterent, vt ſponte ſe Romanis dederent, hortatum] delectos — ex Apſiliorum gente ſpectabiles viros oratores eo mittunt. Miſimiani vero — oratores confeſtim trucidarunt, cum tamen Apſilii eſſent, eiusdem cum ipſis inſtituti et contermini, quique eorum, de quibus illi Romanos pariter et Soterichum inſimulabant, neutiquam conſcii participesque fuiſſent, amicam tantum admonitionem, quaeque in rem ipſorum futura eſſet, citra vllam acerbitatem denunciantes.

§. 7.

8 [ROMANI cum in montem, cui Tzachar, Miſimianarum caſtellum, inaedificatum erat, euaſiſſent,] Romanorum quidam arrepta face ignem domibus [quae extra caſtellum multae erant] immiſit; quae, vt erant e lignis et ſtramentis confectae, citiſſime conflagrarunt, et flamma adeo alte ſublata eſt, vt et Apſiliorum genti aliisque remotioribus quae gerebantur, nunciaret.

Imp. IVSTINIANO *Rhinot.*

§. 8.

Imp. IVSTINIANO *Rhinotmeto.*

a. C. 703.

9 [LEO ſpatharius a Iuſtiniano rhinotmeto cum magna pecunia miſſus] vt Alanos in Abaſgiam et Lazicen et Iberiam concitaret —. Lazicam profectus, pecuniam quidem in Phaſide repoſuit, et paucis indigenis ſecum abductis, in Dapſiliam *b*) ſe contulit, ac deinde, Caucaſeis montibus ſuperatis, in Alaniam contendit.

§. 9.

a C. 703-713.

10 QVODAM tempore abhinc elapſo, cum Armenorum Romanorumque exercitus Lazicam ingreſſus Archaeopolin obſideret, audito

7. Id. p. 124. Cfr. *Miſimianica* §. 8.

8. Id. p. 128. Cfr. *Miſimianica* §. 14.

9. THEOPHANES p. 328. Anaſtaſ. p. 128. Cfr. *Alanica* §. 30.

b) Δαψιλειαν. Anaſtaſ. *Apſiliam.* ita et infra Theophanes.

10. THEOPHAN. p. 329. Anaſt. p. 129. Cfr. *Alanica* §. 34.

a. C. 703-713. *Imp.* IVSTINIA-NO *Rhin.*

audito Saracenorum aduentu, inde continuo receſſit. Ex ipſis autem nonnulli ad ducentos diſtracti, finibus Apſiliae i) penetratis, Caucaſiorum regionem depraedati ſunt.

§. 10.

Imp. ARTEMIO *Anaſtaſio.*

Imp. ARTEMIO *Anaſt.*

a. C. 713. k)

[LEO ſpatharius dum de reditu in patriam cogitat, ad caſtrum Ferreum, cui Pharaſmanius praeerat, accedit, id dolo occupandi conſilio]. Interea '*Marinus*, Apſilienſium incolarum ſpectatiſſimus l), caſtrum obſeſſum intelligens, magno timore percuſſus eſt: cum videlicet copioſum illic cum ſpathario exercitum conſidere arbitraretur, quare viris trecentis ſecum abductis, ſpatharium adiit, et, Ego te, inquit, ad maris vsque oras incolumem deduco. 'Pharaſmanius tandem ſpatharium cum paucis in caſtrum intromittit. Spatharius ſuos portas occupare iubens, caſtro ignem ſubmittit', et exactis illic diebus tribus, muros ſolo tenus aequauit, et motis inde caſtris cum Marino Apſilienſium m) primore in Apſiliam n) profectus eſt. vbi ſummis honoribus ab incolis ſuſceptus fuit: inde ad maritimam oram digreſſus, in vlteriorem ripam traiecit. 11

i) 'Αψιλιας. Ita et Anaſt.

11. THEOPHAN. p. 330. Anaſtaſ. p. 130. Cf. *Alanica* §. 34.

k) Hoc anno rerum potitus eſt Artemius Anaſtaſius.

l) Μαρινος ὁ πρωτος. τῶν 'Αψιλων.

m) 'Αψιλων. Anaſt. *Dapſilienſium.*

n) 'Αψιλια. Anaſt. *Dapſiliam.*

TZANICA.

INDEX PARAGRAPHORVM.

§. 1. Tzani olim liberi; eorum vitae ratio, religio, ſedes, ſolum infelix.

§. 2. A Iuſtiniano I. ſubacti, ſacra Chriſtianorum docentur, cum aliis gentibus commercio miſcentur.

§. 3. Caſtella a Iuſtiniano in terra eorum exſtructa.

§. 4. Breuis rerum hactenus narratarum repetitio.

§. 5. Tzani Romanis contra Perſas militant.

§. 6. Colchi non ſunt; eorum ſedes.

§. 7. In Rom. caſtris contra Perſas militant.

§. 8. Theodorus Tzanus cum popularium manu rem ad Telephim ſtrenue gerit.

§. 9. Contra Miſimianos mittitur.

§. 10-12. Tzani rebellant, a Theodoro pacatis annuum a Iuſtiniano I. imponitur tributum.

§. 13. Salli ſeu Sanitae; eorum ſedes.

§. 14. Inſcriptio litterarum ab imp. CPlitano ad principem Tzanariae datarum.

TZANI-

TZANICA
E
PROCOPIO, AGATHIA, CHRONICO PASCHALI, CONSTANTINO PORPH. ET INCERTO EIVS CONTINVATORE (ET CHALCOCONDYLA);

Ab a. C. 527-530.

§. 1.
Imp. IVSTINIANO I.
a. C. 527-530. a)

Imp. IVSTINIANO I.

TZANI b) antiquitus liberi, nullique principi ſubditi, viuebant 1
ferarum ritu. Lucos, volucres et alias cuiusque generis animantes pro diis habebant ac venerabantur. In altiſſimis degentes ſemper et nemoroſis montibus, non aruorum cultu, ſed rapto et latrociniis, vitam ſuſtentabant. Sunt enim rudes agri-

1. PROCOPIVS de Aedificiis pag. 60-62.

a) Anni ab initio imperii Iuſtiniani I. vſque ad gentem a Romanis ſubactam. Vid. §. 4. not. r.

b) Procopius cum de munitionibus in Armenia maiore a Iuſtiniano exſtructis varia memoriae prodidit, pergit: *Nunc inſtitutae orationi conſentaneum videtur, vt acta apud Tzanos* (τα Τζανων ἔθνη) *commemorem, quandoquidem Armeniam accolunt. Tzani antiquitus* cet. Procop. de Bello Perſ. p. 93. Armeniorum legati ad Choſroëm miſſi inter alia, *Annon*, inquiunt, *tributum nobis nouum, Tzanis finitimis, cum eſſent liberi, ſeruitutem impoſuit* Iuſtinianus I.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 527-530.

culturae; eorumque regio, vbi montibus praeruptiſſimis vacat, in colles attollitur, non terrenos aptosque frugibus, ſi quis curam accommodet, ſed aſperrimos duriſſimosque ac plane infoecundos. Ibi tellus, aratri impatiens, nullas dat meſſes: immo nec pratum vsquam videre eſt; et arbores, quas progenerat Tzanica, ſteriles omnino ſunt atque infelices; propterea quod illic annus plerumque tempeſtatum vicibus caret, nec terra iam frigido humore ſubigitur, iam ſolis calore recreatur; verum aeterna premitur hieme, ac perpetua niue perfunditur. Haec olim a Tzanis iugum imperii prohibebant.

§. 2.

Tandem ſub principe noſtro Iuſtiniano a Romanis acie victi, noſtras ducente copias Tzita magiſtro militum, cum ſe reſiſtendo impares viderent, ſtatim omnes conceſſerunt in eius fidem, ſeruitutem tranquillam libertati, periculorum metu ſollicitae, praeoptantes. Nec diſtulit eorum quisquam conuertere animum ad pietatem et cum fide Chriſtiana mitiorem vitae cultum amplecti. Remiſſo latrociniis nuncio, Romanis militant, eosque ſemper in expeditiones ſequuntur.

Porro veritus imperator Iuſtinianus, ne quando Tzani, mutato inſtituto, in priſtinam morum feritatem relaberentur, haec excogitauit. Erat Tzanica admodum confragoſa ac prorſus inequitabilis, nec praecipitiis ſolum abrupta vndique, ſed nemoribus etiam impedita, vt dixi. Hinc Tzani commercio cum finitimis intercluſi, ſeorſum apud ſe ferinam agebant vitam, exuta humanitate. Ergo omnibus exciſis arboribus, quae itinera praecludebant, et coaequatis ſalebris, vias aperuit faciles et commodas equitationi. itaque Tzanos ac caeteras gentes commercio miſcuit, et ipſos cum vicinis conſuetudine vsque iunxit. Deinde in loco, quem vocant *Schamalinichon* c), aedificata eccleſia, operam dedit, vt ſacra obirent, participarent myſteria, precibus numen propitiarent, caeteraque religionis officia colerent, humana ſe natura praeditos intelligentes. Exſtructis vbique caſtellis, optimisque impoſitis militum Romanorum praeſidiis, copiam Tzanis praebuit agendi libere cum caeteris nationibus.

§. 3.

c) ἐν χωρίῳ Σχαμαλινιχων καλουμένῳ.

§. 3.

Quas vero Tzanicae partes his caſtellis munierit [Iuſtinianus], modo dicam.

Eſt hic ora in triuium deſinens, ſiquidem Romanorum, Perſarmeniorum ipſorumque Tzanorum fines, ducto inde initio, ſeſe abiungunt. Ibi *Horonum* d), caſtellum nouum ac validiſſimum conſtruxit, idque pacis caput conſtituit: hac enim Romanis primus fuit in Tzanicam aditus; vbi et praeſidium cum duce, quem appellant, locauit e).

Bidui procul Horono, in finibus Tzanorum *Ocenitarum* (quippe Tzani in multos populos diuiſi ſunt) *Charton* g) erat, munitio vetus ac iamdiu ruinoſa, negligentiae culpa. Illam Iuſtinianus Aug. cum refeciſſet, eo quamplurimos induxit incolas, qui prouinciam in officio continerent.

Inde orientem verſus deuenitur in praecipitem vallem, quae ſe ad Septemtrionem porrigit. Nouum ibi caſtellum poſuit, cui nomen *Barſhon* h). Poſt ad imum montem ſunt ſtabula, quo Tzani Ocenitae boues ſuos recipiunt. Hos autem alunt, non arandi gratia (ſiquidem Tzani, ſumme inertes et a colonicis laboribus alieni, rationem nunquam habent cum terra, vt dixi, nec ſe vlla agriculturae parte exercent); ſed illas alunt pecudes, ne lac vnquam deſit, quod mulgeant, vtque earum carnibus veſcantur. Vltra imum montem, vbi *Cena* i) (ſic locum vocant) eſt in planitie, ad occidentem ſolem occurrit caſtellum *Siſiliſſon* k), quod olim conditum longa dies deſolauerat. Id Iuſtinianus Aug. refecit, itidemque vt caetera idoneo militum Romanorum praeſidio inſtruxit. Hinc a laeua, Septemtrionem verſus, locus eſt, ab indigenis *Longini foſſatum* l) ex eo dictus, quod olim Longinus, Romanorum dux, natione Iſaurus, ſuſcepta in Tzanos expeditione,

d) Ὀρονων.

e) ου και αρχοντα ϛρατιωτων κατεϛησατο, ον Δυκα καλυσιν.

f) Τζανων των Ωκενιτων.

g) Χαρτων.

h) Βαρκων.

i) Κενα.

k) Σισιλισσων.

l) Λογγινυ Φοσσατον.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527-530.

ne, ibi caſtra metatus fuerat. Caſtellum hic *Burgum noës* m) imperator noſter aedificauit, diei vnius itinere diſſitum Siſiliſſo, quod ipſe etiam, vt paullo ſupra dictum eſt, firmiſſima fabrica exſtruxit. Succedit Tzanorum *Coxylinorum* n) limes; vbi gemina caſtella poſuit, *Schimalinichon* o) et *Tzanzacon* p), alterumque ducem conſtituit q).

§. 4.

a. C. 530. r)

2 ALIQVANTO ante [quam Romani Bolum caſtellum et Pharangium obtinuerunt] ſubacti fuerant Tzani, veteres ac liberi incolae regionis, quae Romani imperii finibus comprehenditur s). Mox, vti res geſta ſit, dicam.

Ex Armenia in Perſarmeniam eunti ad dextram eſt mons Taurus, qui — ad Iberes vsque et vicinas gentes euadit: ad laeuam, iter in decliui longiſſimum et montes praeruptiſſimi, qui nubibus ac niue perenni tecti impendent, vnde et ſcatens fluuius Phaſis in Colchidem fertur. Hic ſedes ab omni vetuſtate habuerant, nec parebant cuiquam Tzani (olim *Sani* t) dicebantur), gens barbara, circumpoſitos Romanos infeſtare ſolita latrociniis et

m) Βουργους νοης.

n) Των Τζανων των Κοξυλινων.

o) Σχιμαλινιχως.

p) Τζανζακων.

q) His Procopius ſubiungit: *Hactenus de Iuſtiniani Aug. aedificiis apud Tzanos: vltra quos in ora Ponti Euxini vrbs eſt Trapezus.* De hoc Tzaniae ſitu Procopius haec habet de B. G. p. 567. *Ad cuius* [Trapezuntii agri] *dextram eminent omnes Tzanicae montes, quos Armenia Romanis ſubdita excipit. Ex his Tzanicis montibus delabitur amnis Boas, perque frequentia nemora ac regionem tumuloſam errans, proxime Lazicam fertur et in Pontum Eux. influit* — Acampſis ab incolis vocatus. Id. de B. P. p. 164. *Apud Armenios, Pharangii accolas, proxime Tzanicae fines, oritur fluuius Boas.* —

2. PROCOPIVS de B. P. p. 44, 45. Eſt breuis eorum, quae §. 1, 2. leguntur, repetitio.

r) Procop. de B. P. p. 47. *Abiit hiems, et annus imperii Iuſtiniani quartus abſoluitur.*

s) το Τζανικον ἐθνος, οἱ ἐν γῃ τῃ Ῥωμαιων αὐτονομοι ἐκ παλαιου ἱδρυντο.

t) Σανοι in marg. Σουνοι.

a. C. 536. *Imp. IVSTINIANO I.*

et aſperrimo durata victu. Et quoniam illos parum alebat malignum ſolum, rapto ſemper viuebant. Quare Romanus imperator certum auri modum ipſis ea lege quotannis mittebat, vt vim ab circumiectis locis abſtinerent. Verum illi, neglectis, quibus fidem obſtrinxerant, iuramentis patriis, iamdiu non in Armenios modo, ſed in Romanos etiam accolas adusque Pontum infeſtiſſime graſſabantur, raptimque facta populatione, domum reuolabant. Si quando in Romanum exercitum forte inciderent, fundebantur ilicet; omnino tamen ne delerentur, obſtabat inexpugnabilis locorum ſitus.

Hos barbaros cum ante bellum iſtud Sittas proelio viciſſet, tandem humanitatis illecebris, quam et verbis et re teſtatus prolixe eſt, ipſos perdomuit ac ſubegit. Nam ad mitiorem vitae cultum traducti nomina ſua in Romanos numeros retulerunt, ac iam inde vsque eos in expeditiones ſequuntur. Cum feritate impietatem etiam exuerunt, et Chriſtianam omnes religionem amplexi ſunt. Hactenus de Tzanis.

§. 5.

a. C. 549.

[GVBAZES, Lazorum rex, cum, defectione a Perſis facta, in Romanorum partes rurſum tranſiiſſet:] hoc laetus nuncio Iuſtinianus Aug. Romanorum ſeptem millia, Dagiſthaeo duce, cum Tzanis mille ſuppetias Lazis afferre iubet. Hi caſtris ad Petrae [Lazicae vrbis] moenia cum Lazis et Gubaze coniunctis, obſidionem aggreſſi ſunt. quae diuturna admodum fuit. [Nam —] Perſae validas Romanorum Tzanorumque impreſſiones praeter opinionem ſuſtinebant, quamuis perquam pauci reſtarent. — [Obſidionem Petrae ſoluente Dagiſthaeo, Perſae] portas pandunt, effuſique accedunt ad hoſtium tabernacula, vt caſtra diripiant. Accurrunt eo Tzani (neque enim Dagiſthaeum ſecuti fuerant) ac facile verſis in fugam hoſtibus, non paucos occidunt. Fugientes Perſae committunt ſe vrbi: Tzani vero Romana caſtra deprae-

3 (line "[GVBAZES...") 4 (line "Perſae validas") 5 (line "[Obſidionem")

3. PROCOP. de B. P. p. 163. 5. Id. ibid. p. 167.
4. Id. ibid. p. 166.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 549.

depraedati, recta Rhizaeum, hinc petierunt Athenas: vnde per Trapezuntios domum redierunt.

§. 6.

a. C. 550.

6 [ANTIQVIORES] non omnia accurate tractarunt: cum eorum nonnulli Sanos v), quos Tzanos vocamus hodie, Lazis conterminos, vel eosdem cum Colchis eſſe dixerint; ita vt Lazorum appellatione donarint alios, qui iam etiam ea gaudent. At vtrumque falſum. Etenim Tzani a littore maris remotiſſimi et Armeniorum accolae mediterranei ſunt: inacceſſi ac praecipites montes interſunt plurimi, et vaſta ſolitudo, et inuii torrentium aluei, et colles ſiluoſi, et hiatus terrae inſuperabiles, quae omnia Tzanos a mari diſtrahunt. Nec fieri poteſt, vt a Colchis Lazi diuerſi ſint. —

§. 7.

a. C. 551.

7 [MERMEROE Perſa Archaeopolin exercitum ducente, in Romano exercitu militabat,] Varazes Perſarmenius, ex Italia recens, qui ſecum Tzanos octingentos ducebat.

§. 8.

a. C. 553. x)

8 [CVM Romani, qui duce Martino Telephe, caſtello Lazicae munitiſſimo, in praeſidio erant, Mermeroë cum omnibus Perſarum copiis ſubito irruente, ſe ad reliquum exercitum Oſlaia, locum ſeptem inde ſtadiis diſſitum, recepiſſent:] erat — quidam inter praecipuos clariſſimosque duces, Theodorus y) nomine, genus

v) Σȣανȣς, alias Σανοι. Procopio vocantur, *Suani* vero ab iis diuerſi fuiſſe videntur.

6. PROCOP. de B. G. p. 566. vbi expeditionem a Perſis a. XXIV. imperii Iuſtiniani I. in Lazicam ſuſceptam narrare inſtituit. Cfr. de B. P. p. 170.

7. Id. ibid. p. 601.

8. AGATHIAS p. 57-59.

x) Ab hoc anno hiſtoriam Prycopii continuat Agathias.

y) Huius viri et infra p. 98. [quem locum in *Lazicis* §. 105. adfero] et alibi meminit Agathias.

a. C. 553. Imp. IVSTINIANO I.

nus quidem ducens e gente Tzanorum z), ſed apud Romanos educatus, quique iam barbaricos mores, tametſi patrii erant, exuerat, et ad ſummam vrbanitatem traduxerat. Hic itaque Theodorus cum ſuo agmine (ſequebantur enim ipſum non pauciores quingentis ſuae nationis viri) circa Telephin adhuc ſtationem habebat. Mandarat enim ei Martinus, ne prius inde diſcederet, quam omnes hoſtes irruentes vidiſſet, eorumque numerum, quoad fieri poſſet, obſeruaret, cognoſceretque, quid virium, quid animi haberent. Tum ille (vt erat ad omnia ſtrenuus atque audax) mandata exſequitur. Ac deinde, cum iam Perſarum copias propugnaculum ingreſſas vidiſſet, cognouiſſetque, non eo tenus ſubſtiturum hoſtem, ſed conflictus eſſe percupidum, confeſtim inde ſe ſubduxit. In itinere vero cum Romanos palantes et Lazorum domus diripientes fruſtra reuocare niteretur, nec ipſi locus eſſet praefectis mature nunciandi, Perſas imminere: hi in exercitum ad Ollaria ſubito irruentes, eum in fugam verterunt a).

§. 9.

a. C. 556.

[AD bellum Miſimianicum praeter alios miſſi ſunt] Maxentius ac Theodorus Tzannicarum copiarum dux b), — bellicoſi ambo et ordinum duces. Atque hi quidem expeditionem aggreſſi ſunt. 9

§. 10.

a. C. 556 - 562. c)

[PACE Romanos inter et Perſas hac lege compoſita, vt quisque, quae in Lazica occupaſſet, retineret] Tzanni, gens auſtralia 10

z) των Τζανων.

a) Locum integrum vide in *Lazicis* §. 74, 75.

9. AGATH. p. 121. Locum integrum vide in *Miſimianicis* §. 5.

b) ὁ της Τζαννικης δυναμεως πρωτοςατης. eiusdem mentio fit apud Agath. p 122. 126.

10. Id. p. 143 - 145.

c) Vide *Lazica* §. 127. not. ii.

d) Τζαννοι ita et infra hoc nomen ſcribitur, interpres Lat. *Zanos* vocat.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 556-562.

ſtralia ad Euxinum Pontum loca incolens, circa vrbem Trapezuntem: ex his, inquam, Tzannis, cum ab antiquo foederati ſubditique Romanorum fuiſſent, nonnulli veteribus pactis ſtabant, neque proterue inſoleſcebant, alii priſtino vitae ſtatu neglecto, praedonum in morem viuebant, locaque Ponto [Euxino] adiacentia hoſtiliter percurrentes et agros depraedabantur, et viatoribus erant infeſti: quin et in Armeniam transgreſſi, quoad poterant, praedas agebant, neque aliter ſe, quam ſi aperti hoſtes eſſent, gerebant.

§. 11.

Mittitur itaque in eos Theodorus, eorum popularis, primas inter Romanos duces partes obtinens, cuius ſupra frequenter memini. Nam ille vt ſuae regionis peritiſſimus, et e qua parte optime eam inuaſuri viderentur, vbi etiam comodiſſime caſtra locanda, et quo modo hoſtes perueſtigandi eſſent, ad vnguem norat; merito imperatoris iuſſu ad hoc negotium conficiendum eſt miſſus. Caſtris itaque e Colchica regione cum iuſto exercitu motis, eius fines vltra Phaſidem occaſum verſus praetergreſſus, ſtatim in penitiſſima hoſtilis regionis loca peruenit. Caſtris vero circa Theodoriadem vrbem et Riſaeum e) dictam locatis, ibique vallo exercitui circumducto, Tzannos f), qui adhuc quieti et amici ac nondum auerſi erant, accerſitos muneribus proſequebatur, eorumque prudentiam moderationemque collaudabat g); eos vero, qui iam proterue ruptis foederibus defecerant, punire quam citiſſime bello apparabat. At illi nihil morati, propius ad vallum acceſſerunt, et in proximum quendam eminentiorem collem magnis copiis collecti, tela et ſagittas in Romanos ex editiore loco torquebant; ita vt vniuerſus exercitus inopinata illa audacia perturbaretur. Multi tamen vallo erumpentes, ſtrenue in hoſtes ferebantur; ſed incompoſite nulloque ordine procedebant, neque opperiebantur, dum eos in planum apertumque campum euocaſſent; ſed ira praepediti et perturbatione, transuerſis ſcutis ſupra capita praetenſis, ſenſim ſeſe ſummittentes, in arduum collem conſcendere nitebantur.

Tzanni

e) Ῥιζαῖον.

f) Nomen interpres addit.

g) καὶ ὑπεραγάμενος ἦν τῆς εὐβουλίας.

a. C. 556 - 562. *Imp.* IVSTINIANO I.

Tzanni vero aſſidue ex edito haſtas iacientes, ſaxaque deuoluentes, facile eos repulerunt, eruptioneque facta viros quadraginta interfecerunt, reliquos in turpiſſimam fugam verterunt. Barbari autem re feliciter ex inſperato geſta, quam proxime ad caſtra acceſſerunt, ibique acerrima pugna eſt excitata, Tzannis *h)* caſtra perrumpere omnesque profligare nitentibus, Romanis vero turpe exiſtimantibus, non ſolum niſi e veſtigio hoſtes propulſarent, ſed niſi penitus eos delerent. Pulſi itaque inter ſe mutuo et renitentes manusque conferentes, nihil omnino de alacritate animorum remiſerunt; ſed aequo marte diu vtrinque pugnabatur, omniaque erant ſtrepitu et clamore confuſo plena et adhuc incerta. Theodorus autem, Romanorum dux, videns eos duce belli perito deſtitutos, neque admodum in tuto praeliantes, neque diuerſis e partibus vallum obſidentes atque inuadentes, ſed omnes ſimul in vnam quandam partem conglobatos incumbere, nonnullos quidem e ſuis loco ſuo manere et aduerſa fronte cum hoſte pugnare iubet, maximam vero copiarum ſuarum partem clam mittit, qui in hoſtem a tergo impetum faciant; qui quidem occultiſſime profecti, cum iam Tzannis *i)* a tergo imminerent, confeſtim immanem acutiſſimumque clamorem claſſicum ſonantem excitarunt, adeo vt Tzannis perculſis perturbatisque nihil aliud in mentem venerit, quam turpem fugam capeſſere. Romani vero eos, ita fugientes et prae metu extra ſe quodammodo poſitos, facillime trucidarunt; et duo quidem eorum millia ſunt caeſa, reliqui, alius alio, ſunt diſſipati.

§. 12.

Theodorus itaque, vniuerſa gente domita, imperatori quae geſta erant nunciauit; ſimulque, quid in eos ſtatui vellet, ſciſcitatus eſt. Is certum eis tributum annuum, quod deinceps penderent, imponi iuſſit, vt ex eo intelligerent, ſe ſubditos et tributarios eſſe penitusque ſubactos. Confeſtim itaque recenſus omnium eſt habitus, et onus inferendi tributi eis impoſitum, et exinde in hunc vsque diem Romanis ſunt vectigales. Iuſtiniano vero factum hoc tanquam ex maximis rebus geſtis valde placuit. Quocirca etiam

h) Nomen ſupplet interpres. *i)* Nomen in Graeco omittitur.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 556-562.

etiam in quadam ſuarum conſtitutionum, quas Nouellas appellamus, alias victorias recenſens, huius etiam gentis inter primas meminit. ‘Tzannorum itaque proterua inſolentia k) hunc habuit exitum, et Theodorus per Lazicam regionem ad praefectos exercitus rediit l).

§. 13.

11 QVI dicuntur ‘*Salli*, qui et *Sanitae* m) vocantur, vbi ſunt caſtra Apſarus et Sebaſtopolis et ‘Hoëſſi portus n), Phaſisque fluuius: vsque ad Trapezuntem gentes illae porriguntur.

§. 14.

Imp. MICHAELE *Balbo.*

Imp. MICHAELE *Balbo.*

a. C. 822. o)

12 ‘THOMA rebelle debellato, vnus ex eius domeſticis Gazarenus occupabat Sanianam p), ex quo praeſidio crebras ille excurſiones habebat, latronisque more ac tyrannice viuebat. Quem cum Michael ad officium reuocare non poſſet, eius’ legatus ruſticum quendam vocis modulantiam affectantem, ſolutisque ac ruſticano more compoſitis canticis ſeſe oblectantem ‘humaniter excepit, et’ carmen quoddam contexuit, quo Gazareni Oeconomum alloqueretur, cuius hic ad verbum tenor: „Audi, domne Oeconome, quid dicat Gyberi, Si Sanianam dederis, faciam te metropolitam, Et Neocaeſaream tibi concedam„. ‘Oeconomus, re intellecta’, egreſſo quandoque Gazareno, portas claudit, et foris hominem relinquit. ‘Qui viuus captus et e ligno ſuſpenſus eſt’.

§. 15.

k) τα μεν ουν της Τζαννικης αλαζωνειας.

l) Circa Natalitia Chriſti tunc terra contremuit, quod Theophanes a. XXXI. imperii Iuſtiniani I. contigiſſe refert p. 196.

11. CHRONICON PASCHALE p. 34. Habet haec auctor dicti Chronici, vbi gentes totius terrarum orbis recenſet.

m) Σαλλοι οἱ και Σανιται.

n) Οἰσσȣ λιμην.

12. CONSTANTINI CONTINVATOR p. 45, 46.

o) Hoc anno Thomam captum et occiſum referunt.

p) Σανιαναν.

§. 15.

Imp. LEONE *Sapiente.*

a. C. 886-911. q)

Imp. LEONE *Sap.*

IMPERATORE Leone a themate Buccellariorum in Charſiani thema haec banda translata ſunt, puta vicariatus Myriocephili, venerandae Crucis et Berinopoleos, factaque ex iis fuit turma, quae nunc temporis Saniana appellatur. 13

§. 16.

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

a. C. 911-959. r)

Imp. CONSTANTINO *Porph.* 14

AD Archontes *Zanariae* s), ad Archontem Sarbani (iacet ea natio media inter Zanariam et Alaniam) — inſcriptio litterarum eſt — mandatum a Philochriſtis dominis ad illum Archontem, illius vel illius prouinciae.

13. CONSTANTINVS de Adm. Imp. p. 135. Id. de Them. p. 11. *Buccellariorum thema — aſcendens ad metropolin Ancyram, et protendens ſe vsque ad confinia Cappadociae, et vsque ad propugnaculum Saniana dictum, in quae extenditur Galatarum natio.*

q) Anni imperii Leonis ſap.

14. CONSTANT. de Cerim. A. B. T. II. p. 397.

r) Sunt anni imperii Conſtantini Porph.

s) Τζαναριας.

Chalcocondylas p. 264. Muhammedes II. circa a. C. 1461. regno Trapezuntio potitus, relicto ibi praeſidio — *iter fecit per continentem. Proficiſcebatur per Tzanorum regionem* (*δια της των Τζαπνιδων χωρας*): *quam, quia admodum munita erat, haud facile tranſire poterat.*

SVANICA.

INDEX PARAGRAPHORVM.

§. 1. *Suani cum Lazis bellum gerunt, in cuius ſocietatem Romani et Perſae veniunt.*

§. 2. *Petrus et Zichus, ille Rom., hic Perſ., legati de Suania diſputant.*

§. 3. 4. *Petrus cum Choſroë rege, vt Suaniam Romanis dedat, ſemel iterumque, ſed fruſtra, agit.*

§. 5. 6. *Iuſtinus per Ioannem legatum a Choſroë, vt Suania ſibi cedat, fruſtra poſtulat.*

§. 7. *Choſroës eadem de re ad Iuſtinum legatum mittit.*

§. 8. *Perſae legatis Romanis e Turcis redeuntibus in Suania inſidiantur.*

§. 9. 10. *Hormiſdas, Perſ. rex exercitum in Suaniam mittit, qui eam populatur.*

§. 11. *Pancratius Iberiae regulus per Colchos et Suanos Trapezuntem venit.*

SVANI-

SVANICA
E
PRISCO, PROCOPIO, AGATHIA, MENANDRO, THEOPHYLACTO SIMOC., THEOPHANE ISAACIO, ANASTASIO ET CEDRENO.
Ab a. C. 457 - 1048.

§. 1.

Imp. LEONE I.

a. C. 457-474. a)

Imp. LEONE I.

MAXIMA b) intercedente Romanis et Lazis cum Suanorum gente c) controuerſia, cum Suani promte ad pugnam in- 1
eundam ad primum ſignum concurrerent,. Perſas quoque cupido belligerandi inceſſit propter oppida, quae Lazi Suanis eripuerant. Lazus tunc legatis ad imperatorem miſſis, valida ab eo impetrauit auxilia d)".

§. 2.

1 PRISCVS in Excerptis de Legatt. p. 46.

a) Sunt anni imperii Leonis I.

b) Haec iis, quae *Tom. I.* in *Gothicis* §. 75. leguntur, ſtatim ſubiungit Priſcus, ſequuntur vero, quae *Tom. I.* in *Hunnicis* §. 164. habes.

c) πρὸς τὸ Σουαννῶν ἔθνος. ita et infra ſcribitur, alii Σουάνους vocant.

d) Cfr. *Lazica* §. 7.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 2.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 562. [e])

2 [PACE Iuſtinianum inter et Choſroëm Perſarum regem in quinquaginta annos compoſita] omnia, quoad eius fieri potuerat, quae adhuc in controuerſia erant, compoſita transactaque fuerant, exceptis, quae ad Suaniam pertinebant, quae in ſuſpenſo et adhuc indeciſa manebant.

Itaque Petrus Zicho [hic Choſrois, ille Iuſtiniani legatus fuit] dixit: — „Suania ditionis Romanorum fuit, et Suanis Romani imperarunt. ‘Tum *Tzatheus* eorum dux erat [g]): quo tempore quoque praeerat Romanis militibus, qui illic in praeſidiis agebant, ‘quidam Romanus vir, omnibus grauis et terrori [h]); tum quoque multi Romani inter Suanos domicilium habebant, et commorabantur. Orta quadam inter Lazorum regem et Martinum, Romanorum tunc temporis in his partibus ducem, diſcordia, Colchus mittere Suanis praeſtari ſolitum frumentum recuſauit. Mos enim erat, mitti a rege Colchorum frumentum. Suani [i]) grauiter et iniquo animo tulerunt, ſe priuatos eſſe his, quae ſibi ex conuentione debebantur. Quamobrem ſignificarunt Perſis, ‘ſe, ſi illuc accederent, in eorum manibus Suaniam tradituros [k]). ‘Eodem temporis momento denunciauerunt reliquis Romanis ordinum ducibus [l]), animum Perſis geſtire in Suanos impe-

2. MENANDER in Excerptis de Legatt. p. 138, 139.

e) Petri magiſtri, poſt pacem cum Perſis in ſeptem annos compoſitam, CPlin reducis a. XXXVI. imperii Iuſtiniani I. meminit Theophanes p. 203.

f) Σουανιαν.

g) ἀμελει Τζαθιου Σουανων ἐξηγουμενου. De *Tzatheo* Lazorum rege vid. *Lazica* §. 95. 98.

h) δειτατος τις Ρωμαιος ἀνηρ. Vide infra not. *l*.

i) ὁι Σαννοι, in marg. Σουανοι.

k) ὡς ἐι γενησοιντο ἀυτου Σουανιων [in marg. Σουανιαν] ἐγχειρισουσιν ἀυτοις.

l) ἐν τουτω ἐξισατω και τοις ἑτεροις ἡγεμοσιν των Ρωμαικων ἐφησαν. Valeſius in Notis ad Menandr. p. 214. „Hic Exiſatus ſupra Δειτατος [p. 138. vid. ſupra, not. *h*.] vocatus eſt vnus e ducibus Romanorum in Suania. At interpres, nomen proprium eſſe, haudquaquam putauit„.

impetum facere. Quamobrem cum non idoneas ad reſiſtendum haberemus copias, 'ſuadere, quod eius et ſtipendiariorum militum Romanorum commodo fieret, vt Medis longe fortioribus cederent m). Hoc dolo Suani vſi, et donis demeriti legionum noſtrarum duces, eiecto Romanorum praeſidio, Perſis celeriter accedentibus, Suaniam veſtrae poteſtatis fecerunt. Hinc facile eſt intelligere, olim Romanorum iuris fuiſſe Suaniam, hodieque iure illis competere Nam ſi optimo iure conſtituti ſumus domini Laziccs (ſic enim et vos iampridem aequum cenſuiſtis), non abſque ratione Suania, quae Laziςes pars eſt, in noſtrum ius dominiumque cedere debet„.

Cui Surenas:„ Eo iniquiori animo et grauius iſta fertis, o Romani, quod ea gens ſua ſponte et vltro ſeſe noſtrae poteſtati permiſit„. Zichus eius verba ſuſcipiens: „Suani ſuis legibus ſunt vſi, neque vnquam Colchorum imperio paruerunt„. '„Num tu, o Ziche„, addidit Petrus, „verba conuentionum pacis in hac ſignificatione accipi, aequum cenſes, te mihi Lazicen reddere cum gentibus, quae Suaniae ſubſunt„ p). „Si hoc facio„, inquit Zichus, „aditus tibi aperietur, de Iberia quoque controuerſiam mouere, Nam in tuo arbitrio eſt etiam dicere, ipſam quoque ſubiectam fuiſſe Lazis„. „Clarum eſt igitur, o Ziche, te nolle nobis integram Lazicen reſtituere, ſed ſolam eius partem„, Multa etiam alia vltro citroque Perſae et Romani et dixerunt, et audierunt de Suania. Neque tamen conuenire' potuerunt; ſed totam rem ad regis Perſarum arbitrium reiecerunt, apud quem Zichus ſe Petro, qui, vt de Suania cum rege ageret, proficiſcebatur, neque ſtudio, neque gratia defuturum,

m) ἀλλα το συνοισον βȣλευσαϑαι ξυν τοις ἐνταυϑα Ῥωμαιων καταλογοις ὑποχωρȣντες τῃ Μηδικῃ ϛρατιᾳ.

n) Σȣανιοι in marg. Σȣανοι.

o) Σȣανιας της ὑπο Λαζικην.

p) ἐιγε μη βȣλει, ὠ Ζιχ, ἐν τοις της ἐιρηνης συμβȣλαιοις ὀνοματι Σȣανιας εγχαραξαι, σημανον. ὡς ἀποδιδως μοι Λαζικην ξυν τοις ὑποτεταγμενοις ἐϑνεσιν ἀυτῃ.

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 562.

rum, iureiurando, quod apud Perſas ſacroſanctum habetur, fidem ſuam obſtrinxit.

§. 3.

Petrus vero ad regem Perſarum acceſſit in loco, qui Bi-
3 tharmaſus appellatur, vt de Suania cum illo ageret, et in regiam introductus — „Vnus fomes, inquit, relictus eſt (fomitem dico malorum) Suania, quae minatur nobis maximum inimicitiarum et hoſtilitatis incendium. Sis igitur obſtaculo et impedimento grauiſſimis, qui impendent, caſibus. — Vnica enim et ſola perfecta et omnibus numeris abſoluta belli finiendi ratio eſt, ſi quidem domini Lazices effecti ſumus, vt Suaniam quoque nobis reſtituas. Qui enim dominium aſſequitur eius, quod imperat, qui fieri poteſt, vt non quoque dominus ſit eius, quod ſubeſt, et paret? Atqui Lazi, ſed ne quidem ipſi Suani, minime in dubium reuocauerint, quantum memoria ſe in praeteritum extendere poteſt, Suaniam ſubiectam fuiſſe Lazices et regi Lazorum ius fuiſſe, ſuffragio ſuo, qui Suaniam regeret, conſtituere. Quae cum diceret Petrus, per inſtrumenta Choſroëm docuit, Lazorum reges, alios aliis per ordinem ſuccedentes, Suanis reges dediſſe: deinde eius eo, vnde profecta erat, rediit oratio, et dixit: „ Si tu igitur nobis, o rex, (iuſtum enim eſt) Suaniam reddideris, neque potiorem lucri, quod in ea retinenda facis, rationem duxeris, vtrumque aſſequeris, 'et minime iniurii et iniuſti famam reportabis, et liberalis eſſe omnibus et munificus — videberis t): — Victoria potitus, victus es ab honeſtate et aequitate, et plane nobis Lazicen reſtituiſti. — quod et idem de Suania ſupplices petimus, vt gratis, quod nobis proprium eſt, recipiamus, et vr-

bis

3. MENAND. p. 143-145.

q) περι Σουανας marg. Σουανιας.

r) και ὁτι ψηφῳ του Λαζων βασιλεως ὁ Σουανιας ἀρξων το κυριος [marg. κυρος] ἐδεχετο.

s) ἐν γραμμασιν ἐπεδεικνυ Χοσροῃ παλαιτερους [παλαιοτερους] Λαζων βασιλεις, και ἀλλους ὑπο ἀλλων χειροτονηθεντας Σουανων βασιλειας [marg. ἡγεμονας].

t) και το δοξαι μη ἀδικειν, και το δοκειν δωρεισθαι το προσηκον πασιν.

a. C. 562. *Imp.* IVSTINIANO I.

his gratias habeamus, quod eo, quod noſtrum eſt, minime nos mulctaueritis. —„

Rex autem ita reſpondit: „ — 'Demus, vt cauſam meam agam, de Suania ita ſe rem in veritate habere v), Lazicen bello ſubegi, Suanos nunquam bello appetii. Solo auditu a Mermeroë accepi, qui ſignificauit, regionem non eſſe dignam noſtra cura, neque pro qua certaremus, neque operae pretium nos quicquam facturos, ſi exercitum regium eo mitteremus. Sitam eſſe inter eas gentes, quae circa Caucaſum habitant, habere regulum, et eſſe tranſitum Scytharum. Deceſſit Mermeroës, adminiſtrationem exercitus ſuſcepit Nachoërgan. Scripſit ille nobis eadem. Suanos x) iuga Caucaſi habitare, eſſe latrones, praedarum abactores, et quorumcunque grauium et immanium ſcelerum patratores. Conſtituimus 'aduerſus illos exercitum mittere, qui in illos impetum faceret y). Perſae, Suanis timentes, nos adierunt, manifeſtum eſſe, regionem ſe in noſtram poteſtatem tradere: et eam tenere minime inficior. Nec obſcurum eſt, illos nobis lubenti animo parere, et a noſtris ſeruis regi. Poſtremo Zichus nos per litteras certiores fecit, Romanos repetere Suaniam, in quo tam longe vos ab eo, quod iuſtum erat, diſcedere exiſtimaui, quantum abfui a fide adhibenda his, quae ad me contra rationem deferebantur. 'Imo vincere ab eo quod fieri poſſet, et huic petitioni obtemperarem, ſi vnquam in mentem veſtri regis veniſſe, vt id aequum iudicaret, exiſtimarem„ z). Has diſceptationes, quas multo ante Perſarum rex mente voluerat, excreuit, et effudit, et hic finiuit eius breuis de Suania oratio!

§. 4.

Rurſus inter ſe de Suania [Petrus et Choſroës rex] contenderunt, et rex dixit: „Cum occupaui Scendes, Sarapa, et Lazi- 4

 cen;

v) δοιημεν ὡς ἐδικαιολογησω περι Σουανιας την ἀληθειαν οὑτως ἐχειν.

x) Nomen interpres addit.

y) κατα σφων ἐλασαι ςρατειαν.

z) πλην ἡττηθησομαι τε δυνατε, καθοσον ᾠηθειην περιεσεσθαι, μη οὐχι ταυτα φρονειν τῳ καθ' ὑμας βασιλει.

4. Id. p. 146, 147.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 562.

cen; 'nunquam vobis venit in mentem proponere, Suaniam prouinciarum vobis ſubditarum numero a vobis cenſeri a). Ex quo apparet, eam nunquam ſubiectam fuiſſe Lazis. Si enim ita ſe res habuiſſet, et vna cum Lazis, quibus potiti ſumus, in noſtram poteſtatem veniſſet„.

Petrus contra reſpondit: „Res non ita cecidiſſet. Etenim Lazus multo ante vobis ſeruiebat, quam Suania a nobis deficeret. Apud nos autem ſeruus ſerui nunquam dicitur„. Dixit rex: „Hodie praeterierunt decem anni, ex quo Suaniam occupauimus. Legatos ſaepius a vobis excepimus, et ad vos miſimus, et nullam vnquam mentionem de Suania feciſtis„. „Quia, Petrus ait, Lazices dominium eras adeptus. Etenim ſi te interpellaſſem, vt mihi Suaniam cederes, cauſam, cur id faceres, interrogaſſes, quam ſi reddidiſſem, quia Lazicae eſt ſubdita: An neſcis, me Lazices dominum effectum eſſe? reſpondiſſes, neque nobis quicquam reliqui fuiſſet, quod vltra eloqui potuiſſemus„. „Ain tu, inquit rex, Suaniam Lazis fuiſſe ſubiectam? Hoc niſi tu validis inſtrumentis probare potis es, quae tui muneris ſunt, non expleueris„. Et Petrus: „Haud cunctabor. Docebo te verum. Vetus mos, o Domine, obtinuit apud Lazos, vt Suaniae dux ſubeſſet Lazo: 'non tamen inter hos, qui illi tributa pendebant, adſcriptus reperitur c), nihilo minus Lazus accipiebat ab ipſo fructus, mella, pelles et alia quaedam. Quin etiam quando Suaniae rector vita excedebat, ſuffragio eius, qui Lazis praeerat, eligebatur, qui in locum defuncti regionis adminiſtrationem ſuſciperet.

a) ὑμεις οὐ φατε τηνικαυτα, Σȣανιαν ἐν ὑπηκοων ειχετε μοιρᾳ.

b) τȣτο οὐ γεγόνεν, ἐπει ὁ Σȣανος οὐκ ἀπεϛη, καθα δηπȣθεν ὁ δȣλος ἠν ὁ Λαζος. φημι δε, ὡς τȣ καθ' ἡμας δȣλȣ ὁ δȣλος ἐφηνιασεν οὐδαμως. Henr. Valeſ. in Not. p. 214. „Totus hic locus peſſime acceptus eſt ab interprete: quem ego ſic interpretor. *Petrus contra reſpondit: Id quidem minime contigit, propterea quod Suani a nobis non defecerant, cum Lazi nobis ſeruirent. hoc igitur affirmo, ſeruos ſeruorum noſtrorum minime a nobis defeciſſe*„.

c) και ἀναγραπτος οἱ [τῳ Λαζῳ] ἐπεφυκει ἐς δασμοφοριαν.

a. C. 562. *Imp.* IVSTINIANO I.

peret [d]. Tunc Lazorum praefectus litteris imperatorem certiorem faciebat de his, quae euenerant. Et imperator Lazices praefecto per epiſtolam ſua manu ſcriptam iubebat ipſum mittere diploma praefecturae et adminiſtrationis Suaniae [e], cui voluiſſet, modo Suanus eſſet. Quod iam tum a tempore Theodoſii imperatoris noſtri, ad Perozem [f] auum veſtrum vsque et Leonem, qui apud nos imperauit, inualuit„.

Deinde e chlamyde Petrus in medium protulit, neſcio quem, librum, in quo numerabantur ordine et diſtincte Lazorum reges, qui Suanis duces elegerant. Haec autem erat inſtrumenti vis; verba enim non id expreſſe continebant. „Hi Lazorum reges, qui regulos Suanis conſtituerunt, a tempore, quo Theodoſius Romanum rexit imperium et Varanes Perſarum, ad Leonem imperatorem et Perozem vsque„. Petrus in iſtorum explicationem digrediens, dixit: „Ad hos vsque habemus in ſcriptis Lazorum reges, et omnes, qui ab eis Suaniae praefecti conſtituti fuerunt„. Et rex: „Si conceſſerimus, inſtrumentum exhibitum et a veſtra republica depromtum fidem facere: num et quoque noſtris fidem adhiberi aequiſſimum eſt? opinor, niſi forte, inquit rex, quam fidem, dices, habebunt, quia horum regum alii ita, alii aliter res adminiſtrarunt. Sed quoniam de ſeruo inter nos con-

d) Huius rei etiam meminit Procopius de B. G. p. 569. Extremo et curuo Ponti Euxini littori *praetenta plaga omnis, quam late patet, eſt ac dicitur Lazica. Interiores ſunt Scymnia atque Suania, itaque a Lazorum dominatu pendent, vt incolae principibus quibusdam popularibus ſuis pareant. Vbi principum horum aliquis diem ſupremum obiit, Lazorum rex alterum ſubrogare et ipſis praeficere conſueuit. Hinc a latere, proxime Iberiam, Meſchi.* — Id. ibid. p. 607. *Mermeroës cum vniuerſo exercitu* [ad Cutatiſium caſtellum] *ſtatiua habebat, obtinens partem optimam Colchidis, atque hoſtes ſic intercludens, vt nec Vchimerium commeatus vllos inferre, neque in Suaniam Scymniamque, ditionis ſuae prouincias, ire poſſent. Quoties enim habent hoſtes Muchireſin, Lazis ac Romanis praecluſum eſt iter in ea loca.* Procop. de B. G. p. 611. *Perſae Vchimerio potiti — aditum Romanis et Laz. regi praecluſerunt in Scymniam et Suaniam.*

e) τα συμβολα της των Σȣανων ἡγεμονιας.

f) μεχρι Πεϱοζȣ. Interpres hic et infra *Peruſum* vocat.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 562.

contentio eſt, qui cuius ſit, dubium eſt: ſi claris et manifeſtis probationibus probare potes, tuum eſſe; accipies: ſin minus id potes, et Suanus velit Romanorum imperio ſubeſſe; non intercedam. Nec eſt vltra id quicquam, quod facere poſſim. Ne rem arbitrii Suani facias, o domine, cuius velit eſſe. hac enim conditione delata, ſe in libertatem aſſereret. Aduerte, o rex, me minime in animo habere, quantum ad regionem Suaniam, quicquam Suanorum voluntati credere. Etenim neque fas neque iuſtum eſt, de cuius patria, an ſeruiat, quaeſtio eſt, eius iudicii periculum ſubire„.

Atque hi inter vtrosque habiti ſunt ſermones. Nihil vero quicquam Petrus de Suania obtinuit; ſed infecto negotio a finibus Medorum receſſit, quamuis inſtaret, et Perſas vrgeret g): ſed vtraque regna bellum depoſuerunt, et Medi quidem a Colchorum finibus domum reuerterunt h).

§. 9.

g) ὅμως δὲ ἐπιςατο Περσαις. Valeſius in Notis ad h. l. p. 214. Scribe ἐσπεισατο. Haec legatio Petri patricii foedusque Romanorum cum Perſis contigiſſe videtur anno XXXVI. Iuſtiniani, vt ex ipſo Menandro colligere eſt, qui p. 145. et 146. ſcribit, decem annos tunc praeteriiſſe, ex quo Choſroës Suaniam occupauerat. Suaniam porro ceperant Perſae anno VI. poſt foedus quinquennale initum cum Perſis, vt docet Procopius in lib. IV. Gotth. [videtur memoria lapſus eſſe Valeſius, nihil enim ibi de Suania a Perſis occupata habet Procopius] id eſt a. XXVI. Iuſtiniani: quippe illud foedus quinquennale cum Perſis initum fuerat a. XX. Iuſtiniani, quemadmodum teſtatur Marcellinus in Chronico„.

h) Ad Suanos etiam referenda videntur haec, Procop. de B. P. p. 43. Perſis duce Mirrhane a Beliſario ad Daram vrbem victis *in Armeniam Romanis ſubditam alium Cabades exercitum miſit e Perſarmenis et Sunitis* (Σουνιτων), *qui ſunt Alanis finitimi, conflatum.* Agathias p. 117. Ruſticus, quaeſtor Rom. in oratione apologetica poſt caedem Gubazis Lazorum regis habita, *Sicubi*, inquit, *fortaſſis lapſi fuiſſemus — nuncii ſtatim ab ipſo* [Gubaze] *emiſſi id perferebant in Iberiam, in Alanos, Suſanorum nationi, barbaris vltra Caucaſum habitantibus.* —

Imp. IVSTINO II.

§. 5.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 565.

IVSTINVS, Iuſtiniani nepos, quo fere tempore imperium ſuſcepit, miſit Ioannem, Domentioli filium, in Perſiam, vt legatione fungeretur? Legatio vero haec erat (ſic enim accepi, et vulgo ferebatur), vt pro more inter Romanos et Perſas recepto nunciaret, Iuſtino imperium delatum: deinde, ſi ſe offerret occaſio, in ſermonem de Suania incideret. nondum enim eam iuri Romanorum Choſroës ceſſerat, quamuis Lazicen, cuius dominii Suania pars erat, Romanis reſtituiſſet; ſed ſemper in Perſarum ditione Suania remanſerat. Foedera quidem, quae in quinquageſimum annum Petrus k) pepigerat, obſeruabantur; ſed quoad Suaniam res adhuc in ſuſpenſo remanſerant. Iuſtinus vero imperator Ioanni in mandatis dederat, Perſas monere, ſi vellent, et illis videretur, vt pecunias pro regione acciperent, ſi eo deſcenderent, et venum exponerent, paratiſſimum eſſe morem gerere, diceret. 5

Erat Suania non illa quidem magni momenti aut pretii, ſed ſitu valde commodo et apto, vt magnum adiumentum adferret ad arcendos Perſas ab inuadendis Colchorum finibus.

§. 6.

[IOANNES ad Choſroëm admiſſus, et varia cum eo collocutus] deuenit in ſermonem de Suania (cum magnopere cauisſet videri id de induſtria et cogitato facere): quandoquidem Lazice, et iure, illis reſtituta eſſet, oportere quoque ipſam Suaniam Romanorum poteſtati permittere. Viſus eſt autem Perſarum rex ſermonem de Suania excipere, et, ſibi amplius de ea re cum principibus Medorum deliberandum, dixit. Nec multo poſt Ioannes 6

5. MENAND. p. 148.

i) παρενεγγυησε δε μοι, ἐκ μεν τȣ ἐμφανȣς ἀνακηρυξιν ποιησαϑαι της ἀυτȣ ἐπι την βασιλειαν [illegible], κατα το ἐιωϑος Ρωμαιοις τε και Περσαις.

k) ὁ των περι τον βασιλεα κατα λογον [marg. καταλογων] ἡγεμων omiſit interpres.

6. Id. p. 150, 151.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 565.

annes colloquium habuit cum Zicho et Ieſdegunapho l) et reliquis Perſarum primoribus. Illi quidem dixerunt, paratos ſe eſſe Romanis cedere Suania, hac conditione, vt pretium eius acciperent; et eius reſtitutionem venum exponebant, multasque alias conuentiones in medium proponebant turpes et indignas Romani imperii maieſtate, et quae minime exiſtimationi, quam Iuſtinus adeptus erat, conſentiebant. Grauis enim et elati animi vir, et qui omnia exquiſite perpenderet, habebatur. Quae cum Ioannes audiſſet, neque ſatis ad ea, quae imperator illi praeceperat, aduertiſſet, imprudenter fecit, qui ad Suanos, 'vt cum eorum rege dextram iungeret m), miſit. Eo abſurditatis illum pellexerat Choſroës, qui id animo voluebat, et machinabatur, vt, quicunque ex Suanis ei, tanquam aliquid iuſtum petenti, fauiſſent, non impune ferrent, ſi Romanis parere vellent. Ad eum enim, ſi quid profeciſſent, qui a Ioanne miſſi fuerant, cognitio erat peruentura. Nec multo poſt rumor fuit, Choſroëm mittere legatum ad Romanorum imperatorem, qui haec omnia componeret, et in ſtatum commodiorem reſtitueret. Et reuerſus eſt Ioannes Byzantium.

Iuſtinus imperator vbi accepit, Suanos his, qui in Suaniam erant miſſi, minime aures praebuiſſe, grauiter moleſteque tulit, et Ioannem legationis non ex vtilitate reip. geſtae condemnauit. Nec enim, ſe inſcio aut non iubente, debuiſſe mittere et ex hoc occaſionem Perſis praebere, qua ſuam iniuſtitiam tegerent, et palam praedicarent, Suanos Romanorum imperio nuncium remiſiſſe. Nec enim hanc ab imperio ſuſcepiſſe prouinciam, vt aut Suanis ſuaderet, vt ſe Romanis ſubderent, aut huius rei gratia Byzantium legatus veniret. Neutrum enim e re vtriusque populi eſſe exiſtimabat.

§. 7.

a. C. 565-569.

7 IVSTINO nunciatum eſt a Perſarum imperio Zichum legatum, vt de Suanis n) ageret, ad ſe venire; — Iuſtinus vero conſi-

l) Ιεσδεγουναφ. Interpres, *Iedouſacho.*

m) τον σφων βασιλεα βουλομενος δεξιωσασθαι.

7. Id. p. 103, 104.

n) περι Σουανων.

a. C. 565 - 569. *Imp.* IVSTINO II.

conſilium cepit, aut minime legationem admittere, aut, ſi admitteret, Zicho ſignificare, nequaquam rem exitum, quem mente et opinione praeceperat, habituram. — [Mebodes, qui Zicho, interim mortuo, ſubſtitutus erat] inflatus opinionibus et ſuperbus in regiam peruenit, magnam ſpem habens, ſermonem motum iri de Suania o), ſeque foedus ex Perſarum ſententia facturum. — Sed Mebodem imperator contemtui et ludibrio habuit, — neque vllum omnino verbum de Suania fecit.

§. 8.

a. C. 569.

[ZEMARCHO, Romano legato, a Turcis redeunte, Sarodius, Alanorum regulus, eum monuit,] ne per Mindimianos p) iter faceret, propterea quod Perſae circa Suaniam in inſidiis erant: conſultius faceret, ſi per Darinem domum rediret. 8

§. 9.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6080. a. C. 580. a. 6. (8) imp. Maur.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 589. q)

a) [ANNO ſexto imperii Mauricii] Hormiſdas [Perſ. rex] Daram ducem deſignans, cum ingentibus copiis in Suaniam transmittit. 9

a) THEOPHYLACTVS: *Age, age, etiam quae ad Suaniam* (Σουανιαν) *a Romanis geſta ſunt, hiſtoriae campis, velut plantam aut ſtirpem, inſeramus. — Octauus Mauricii annus voluebatur, cum Varamus, Perſarum dux, ab Hormisda re-*

o) περι Σουανιας. ita et infra.

Horum etiam infra meminit Menander p. 124. vbi, cum Perſas, qui Daras vrbem Romanis reddere legatis a Tiberio miſſis pollicebantur, doloſe egiſſe, dixiſſet, pergit, *Sicut et prius, quantum ad Suaniam Petrus deceptus fuerat a Zicho, idem quoque Mebodes volebat facere.*

8. Id. p. 109. Cfr. *Tom. III. Turcica §. 17.*

p) Cfr. *Miſimianica §. 16.* et ibi not. r.

9. THEOPHANES p. 221. Anaſtaſ. p. 74. Theophylact. p. 69.

q) Annus VIII. imp. Mauricii, ad quem Petauius etiam hanc de Varamo relatam victoriam aſſignat.

Imp. MAVRICIO. a. C. 589.

mittit. Hic, impreſſione in eam facta, Turcos Perſicae poteſtati armorum vi omnino ſubiicit. —

§. 10.

10 Vbi, eneruatis Turcorum viribus, res illi [Hormisdae] ex ſententia proceſſit, et Mars Scythicus Perſarum virtute emarcuit, gladium contra Suaniam ſuſtulit. Itaque Varamus, bello Turcico claritatem adeptus, Suaniae infeſtam manum admouet, factaque praeda non contemnenda et Babyloniam miſſa ad Araxem fluuium, quem barbari Eras nominant, exercitum adducit. Mauricius haec audiens, Romanum militiae ducem conſtituit. Is vt in Colchidem peruenit (Lazicen vulgaris lingua mutata voce appellat) et cum antiſtite regionis conſilia communicauit, in Albaniam perrexit.

§. 11.

Imp. CONSTANTINO *Mon.*

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

a. C. 1048.

11 PANCRATIVS [Iberiae regulus, a Liparita rebelle victus] per Phaſidem fluuium, Suanos et Colchos iter faciens, Trapezuntem peruenit. —

ge cum copiis barbaricis contra Suaniam (κατα Σεανιαν) *mittitur, repentinoque hoſtium aduentu deſidia ad ſedulitatem excitatur. Depraedationibus quippe maiorem in modum vexabatur, nec erat tolerabilis calamitas: quando et duce, a quo defenderetur, carebat, (quia Colchis tum praetorem non habebat) et tanquam orphana tutore quoque deſtituebatur, armis in oriente feruentibus ſcilicet.* reliqua vide *Tom. III.* in *Turcicis §. 27.*

β) THEOPHANES et ANASTASIVS: *Baram ea victoria* [de Turcis relata] *circa res bellicas magnum nomen adepto, et ad Araxem fluuium iam caſtra metato, certior factus Mauricius, Romanum, ducem inſtitutum, cum exercitu in Suaniam dirigit. Is vbi Lazicam deuenit, et ad Phaſidem amnem appulit, in Albaniam caſtra mouet,* et Baramem vincit.

10. THEOPHYLACTVS pag. 70. Theophan. Anaſt. ll. cc.

11. CEDRENVS T. II. pag. 770. Cfr. *Auaſgica §. 25, 26.*

MESCHI-

MESCHICA
E
PROCOPIO, MENANDRO, CONSTANTINO PORPH., CEDRENO ET ZONARA.
Ab a. ante C. N. 65 vſque ad a. C. 1045.

§. 1. Iberes ad Meſchicos montes pertinent.

§. 2. Meſchi Iberibus ſubiecti, Meſchorum ſedes, in agris et vineis colendis dexteritas.

§. 3. Legati Rom. e Turcis redeuntes ſibi ab Horomeſchis timent.

§. 4. Adranutzium clauis Miſchiorum.

§. 5. Liparita, pace cum Iberiae regulo facta, partem Meſchiae obtinet.

§. 1.

a. ante C. N. 65.

POMPEIVS — per gentes Caucaſi montis accolas Mithridatem 1
eſt perſecutus: quarum maximae ſunt Albani et Iberes: hi ad Meſchicos montes a) et Pontum pertinentes. —

1. ZONARAS T. I. p. 477. Locum integrum vide in *Alanicis §. 1.*
Conſtantinus Porph. de Them. p. 7. *Caeſarea metropolis* [Cappadociae], *a magno illo Caeſare Iulio ita nuncupata; quae antea vocabatur Mazaca, a Moſoch primo Cappadocum auctore.* De Moſocho et gentibus ab eo ortis vide *Genealogiam Gentium.*

a) ἐπὶ τὰ Μεχικὰ ὄρη

Imp. IVSTINIANO I.

§. 2.
Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 550. b)

2 A latere [Scymniae et Suaniae c)], proxime Iberiam Meſchi d), iam inde antiquitus Iberibus ſubditi, in montibus habitant, non aſperis nec ſterilibus, ſed omni fructuum genere feraciſſimis, accedente Meſchorum in colendis agris ac praeſertim vineis dexteritate. Montes celſiſſimi veſtiti nemoribus adituque difficillimi regioni huic imminent, et ad Caucaſios montes excurrunt; vltra quos ab oriente ſita Iberia, euadit ad Perſarmenios. Inter hos montes meat fluuius Phaſis, natus ex Caucaſo, ſeque in Pontum euoluit.

Imp. IVSTINO II.

§. 3.
Imp. IVSTINO II.

a. C. 569.

3 [LEGATI Romanorum e Turcis redeuntes] in Alaniam magna cum trepidatione, propterea quod metuebant gentem Horomoſchorum e), properarunt.

Imp. CONSTANTINO Porphyr.

§. 4.
Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

a. C. 911-956. f)

4 TERRITORIVM — Vrbis Adranutzii, ſiue Arzen, amplum et fertile, eſtque clauis Iberiae, Abaſgiae et Miſchiorum.

§. 5.

2. PROCOPIVS de B. G. p. 569.

b) Procop. de B. G. pag. 566. coll. de B. P. p. 170. Vid. *Abaſgica* §. 2. not. g.

c) Cfr. *Suanica* §. 4. not. d.

d) Μεσχοι.

3. MENANDER in Excerptis de Legatt. p. 109. Cfr. *Alanica* §. 21.

e) το Φυλον των Ορομοσχων. *gentem Moſchorum montanorum.*

4. CONSTANTIN. de Adm. Imp. p. 126. Cfr. *Iberica* §. 43.

f) Anni imperii Conſtantini.

§. 5.

Imp. CONSTANTINO *Mon.*

Imp. CONSTANTINO *Monomacho*

a. C. 1048.

[IMPERATOR Conſtantinus Monom. pacem Pancratium, Iberiae regulum, inter et Liparitam, qui contra eum rebellauerat, conciliauit, hac lege,] vt Pancratius omnem Iberiam atque Abaſgiam obtineat, Liparita autem parti Meſchiae per omnem vitam praeſit, ac Pancratium dominum regemque ſuum agnoſcat. 5

5. CEDRENVS T. II. p. 770. Cfr. *Abaſgica* §. 25, 26.

ZICCHICA.

INDEX PARAGRAPHORVM.

§. 1. *Zicchiae ſitus. Zicchi olim Romanis ſubiecti, Procopii aetate liberi.*
§. 2. *Frigus ingens in Zicchia.*
§. 3. *Zicchi Thomae, contra Michaelem Balbum rebellantis, ſocii.*
§. 4. *Patzinacae imperatori Romano miniſterium praebent in Zicchia.*
§. 5. 6. *Zicchiae ſitus e Conſtantino Porph.*
§. 7. *Archiepiſcopi in Zicchia.*
§. 8. *Zicchi a Tataris ſubacti.*
§. 9. *Tatarorum mores, linguam, viuendi rationem et veſtitum aſſumunt, ſub ſignis eorum militant.*
§. 10. *Zicchiae archiepiſcopatus ad Metropolis dignitatem euehitur.*
§. 11. *Zicchi Temyr-Chanis ſocii.*

ZIC-

ZICCHICA
E
PROCOPIO, THEOPHANE, ANASTASIO, CONSTANTINO PORPH., CEDRENO, NICEPHORO GREGORA, PACHYMERE, ANONYMO BANDVRII, DVCA ET CODINO;
Ab a. C. 549 - 1400.

§. 1.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 549, 550. a)

I [AD extremum Caucaſum] cum alias gentes multas ſedes habent, tum Alani atque Abaſgi, veteres Chriſtianorum amici: Zecchi b) praeterea, poſtque hos Hunni cognomento Sabiri. 1

FONTI Euxini littus Zecchi inſederunt: quibus regem olim dabat Romanus imperator: nunc Romanis nulla in re parent hi barbari. Ipſis ulterior eſt Sagidarum regio. 2

§. 2.

1. PROCOPIVS de B. P. p. 164.

a) Annum imperii Iuſtiniani XXIII. habet Procopius de B. P. p. 170.

b) Ζηχοι

2. Id. de B. G. p. 572.

c) Ζηκχοι. ita et infra ſcribitur.

Imp. CONSTANTINO *Cop.* a. 23. imp. Conſt.

§. 2.
Imp. CONSTANTINO *Copronymo.*

a. C. 763.

3 HOC anno *d)* — a menſis Octobris exordio frigus ingens — incubuit —: quod etiam in toto illo tractu, qui a Zecchia *e)* vsque ad Danubium, et Cuphem fluuium, et Danaſtrin, et Danaprin, et Necropylas reliquumque littus vsque ad Meſembriam et Mediam [Moeſiam] interiacet, obtinuit.

Imp. MICHAELE *Balbo.*

§. 3.
Imp. MICHAELE *Balbo.*

a. C. 821.

4 [THOMAS, quorundam ſententia barbarus genere *f)*, contra Michaelem imperatorem rebellans] manum — militum validam cum ipſe coëgit, tum ab Agarenis accepit, non ex noſtris modo vicinis conflatam, ſed etiam ex remotioribus, Aegyptiis, Indis, Perſis, Aſſyriis, Armeniis, Chaldaeis, Iberis, Zicchis *g)* et Cabiris.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

§. 4.
Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

a. C. 949.

5 PATZINACARVM gens altera Cherſonis parti conterminą eſt, quae etiam cum Cherſonitis negotiationem exercet, et tam ipſis, quam imperatori miniſterium praebent in Ruſſia, Chazaria, Zicchia *h)*, atque in omnibus iſtis poſitis regionibus, pactam videlicet mercedem a Cherſonitis accipientes —.

§. 5.

3. THEOPHANES p. 365.

d) Vide marg.

e) ἀπο Ζηκχιας. Anaſtaſius Biblioth. p. 148. *a Lycia.*

4. CEDRENVS T. II. p. 501.

f) *Slauum* fuiſſe Conſtantini Porph. Continuator ait, vid. *Tom. II. Slavica* §. 129.

g) Ζικχων. P. Goar in Notis Poſterioribus in Cedrenum p. 45. „Inter Sarmatas Aſiaticos Ζιγχους numerat Ptolemaeus Geogr. Lib. V. c. 9. —„.

5. CONSTANTINVS de Adm. Imp. p. 57. Cfr. *Tom. III. Patzinacica* §. 12.

h) εις — την Ζιχιαν. ita et infra. De Zichia vide et Gyllium de Boſporo Thracio et infra §. 11. not. r.

a. C. 942.

Imp. CONSTANTINO Porph.

§. 5.

EST et Maeotidis paludis oſtium, quod *Burlic* i) cognominatur, et in Pontum defluit; vbi Boſporus eſt, cui oppoſita vrbs *Tamatarcha* k) nuncupata; praedictum autem oſtium eſt traiectu octodecim milliarium, et in medio octodecim milliarium inſula eſt magna et depreſſa, quae *Atech* l) nuncupatur. A Tamatarcha octodecim aut viginti milliaribus fluuius eſt *Vcruch* m) appellatus, qui Zichiam et Tamatarcha ſeparat. Ab Vcruch vsque *Nicopſin* flumen, in quo etiam vrbs eiusdem nominis habetur, Zichia eſt, ad ſpatium milliarium trecentorum: ſupra Zichiam *Papagia* n) regio iacet; ſupra Papagiam *Caſachia* o) ſupra Caſachiam mons Caucaſus, ſupra montem Caucaſum Alaniae regio. 6

Zichiae autem ora maritima inſulas habet, vnam magnam et tres paruas; intra quas et aliae ſunt inſulae a Zichis cultae habitataeque, puta *Turganerch* p) et *Tzarbagam* q), et praeterea alia quaedam, et ad portum fluminis alia, et ad *Pteleas* r) alia, in quam, Alanis inuadentibus, Zichi confugiunt. Quae vero 8
mari adiacet regio a complemento Zichiae, ſiue Nicopſis fluuii, vsque ad vrbem Soteriopolin, Abaſgia eſt, ſuntque milliaria trecenta.

§. 6.

SCIENDVM — eſt, extra vrbem Tamatarcha multos eſſe 7
fontes, qui bibentibus vlcera in ſummo ore excitent s); ſic quoque

6. Id. ibid. p. 113.

i) ςομιον το Βυρλικ.

k) Ταματαρχα. Ita in Mſſc. in Editis vero Ταμαρ ταρχα legi, monet Bandurius. In inſcriptione capitis eſt: μεχρι τȣ καςρȣ, τȣ Ματαρχα λεγομενȣ.

l) Ἀτεχ.

m) Οὐκρȣχ.

n) Παπαγια.

o) Κασαχια.

p) Τȣργανερχ.

q) Τζαρβαγαν.

r) Πτελεας.

7. CONSTANT. de Adm. Imp. p. 156.

s), πηγαι ὑπαρχȣσι, αἵτινες ... αναδιδȣσαι.

Imp. CONSTANTINVS *Porph.*

a. C. 949.

in Zichia *t)*, ad locum, qui *Page* dicitur *v)*, verſus Papagiam, vbi Zichi *x)* habitant, nouem fontes ſunt, 'qui vlcera in ſummo ore faciant *y)*: ſed non eundem colorem habet nouem horum fontium oleum *z)*; nam hoc rubrum eſt, illud flauum, iſtud ſubnigrum. In Zichia, in loco qui *Papagi a)* dicitur, cui vicinum eſt, quod *Sapaxi b)* appellatur, id eſt, *puluis*, ſcaturigo eſt, quae vlcera in ſummo ore excitet *c)*; exſtatque altera etiam ibidem ſcaturigo, eiusdem efficaciae in agro nuncupato *Chamuch d)*, qui a Chamuch auctore ſuo nomen habet. Diſtant vero loca haec a mari ſpatio quod vno quis die proprio equo conficere poſſet.

In *Derzenes* quoque themate, 'prope pagum *Sapicii* dictum et alterum Epiſcopii nuncupatum, itidem fons eſt vlcus excitans *f)*, vt et in themate *Tziliapert g)*, in loco, qui eſt pagi *Srechiabarax h)*.

§. 7.

g [DE autocephalis vel independentibus archiepiſcopis ordine] XXIVtus in eparchia Zechiae *i)* eſt Cherſonis archiepiſcopus. XXVtus in eparchia Zechiae eſt Boſpori archiepiſcopus. XXVItus *k)* in eparchia eiusdem eſt Nicopſis *l)* archiepiſcopus.

§. 8.

t) ἐν Ζηχιᾳ, ita et infra.

v) προς τον τοπον της Παγης.

x) Ζηχοι.

y) ἀφθαν ἀναδιδωσι.

z) τα ἐλαια. Hoc, in ſuperioribus Ναφθα legendum eſſe, euincere videtur.

a) Παπαγι.

b) Σαπαξ, „ita in MS. Cod. eſſe, editos habere Ζαπαξ, Bandurius monet.

c) ἀφθαν ἀναδιδωσι.

d) Χαμȣχ.

e) πλησιον τȣ χωριȣ τȣ Σαπικιȣ. ita e MS. Cod. pro τȣσαπικȣ reſtituit Bandurius.

f) Vt ſupra.

g) Τζιλιαπερτ.

h) το Σρεχιαβαραξ.

g. CONSTANT. de Cerim, A. B. T. II. p. 459. Codin. in Notit. Graec. Epiſc. p. 339.

i) Ζηχιας. ita et infra. Codin. Ζιχιας.

k) Codinus, eos ordine LVIII. LIX. LX. fuiſſe ait. Caeterum eadem repetit Codinus p. 367.

l) Vide ſupra §. 6.

§. 8.

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1222-1233.

Imp. IOANNE Duca.

[ALTER Sitziſchanis Tatarorum principis filius Telepugas, poſt patris obitum] — Tanais fontibus ſuperatis, impetu aduerſus Europaeas gentes deſcendit: quae multae ac variae fuerunt. — quae — Maeotidis confinia et Ponti oram accolebant, Zicchi m) et Abaſgi, Gotthi et Hamaxobii, Tauroſcythae et Boryſthenitae erant, —. 9

§. 9.

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

a. C. 1271.

Imp. MICHAELE Pal.

[TATARI Noga duce in Boreales Euxino gentes eum impetum feciſſent; eas facile ſubegerunt.] Proceſſu deinde temporis miſcentes ſe ipſis, qui mediterranea illic incolunt, Alani videlicet, Zicchi, Gotthi et Rhoſſi — mores paulatim ipſorum didicerunt, et cum vitae vſu linguam etiam ac veſtitum eorum vſurpantes, in militiae quoque conſortium aſſumti ſunt —. 10

§. 10.

Imp. ANDRONICO *Seniore.*

a. C. 1283-1328. n)

Imp. ANDRONICO Sen.

ZICCHIA o), cum archiepiſcopatus eſſet, ad metropolitani honorem euecta eſt p), tenuitque locum XCVII. 11

[Ex archiepiſcopo metropolita factus eſt] Metrochorum q) [archiepiſcopus] qui etiam Zecchiae appellatur. 12

Ii 2 §. 11.

9. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 20, 21. Cfr. *Tom. III. Tatarica §. 5, 6.*

m) Ζικχοι. ita et loco ſequente Pachymeres.

10. PACHYMERES T. I. p. 235, 236. Cfr. *Tatarica §. 39, 40.*

11. ANONYMVS in Expoſit. Noua Andron. {Bandur. Imper. Orient. P. III. p. 235.] Codin. Notit. Graec. Epiſc. p. 403.

n) Anni imperii Andronici Sen.

o) Ζηκχια.

p) ἐτιμηθη εις μητροπολιν.

12. CODINVS Notit. Gr. Epiſc. p. 408.

q) Μετραχων [marg. Ματρ.] ὁς και Ζυκχιας λεγεται. in marg. „Regg. ὁ Γαρθιας.

Imp. EMANVELE *Pal.*

§. III.

Imp. EMANVELE *Palaeologo.*

a. C. 1400.

13 TEMYR Chan [bello aduerſus Baiazitem Sultanum ſuſcepto] ineunte vere ex Perſia verſus Tanain mouet, collectoque Tauroſcytharum, Zynchorum r) et Abaſgorum ingenti numero — in Armeniam — acceſſit.

13. DVCAS p. 33. Cfr. *Tatarica* §. 157. in Varietate narrationis.

r) Ζυνχȣς.

Iſmaël Bullialdus in Notis ad Ducam p. 231, 232. „Zinchi populi ſunt ad Euxinum Pontum, *Sindi* alias dicti. Plinius lib. 6. cap. 7. *A Cimmerio accolunt Maeotici, Vali, Serbi, Archi, Zingi, Pſeſii.* Qui *Zyngi* [*Zingi*] Plinio, ii *Zynchi* ſunt, in peninſula Corocondama ſiti. *Sindi* et *Zinchi* iidem ſunt Euſtathio ad Περιηγησεως Διονυσιȣ hunc verſum: Σινδοι, Κιμμεριοι τε και οἱ πελας Ευξινοιο, ὁτι Σαυροματαις ἐπεχȣσι οἱ Σινδοι, οἱ και Ζιγχοι λεγομενοι κατα τινας. *Sauromatis ſuccedunt Sindi, qui apud quasdam Zinchi appellantur.* Regio Zynchorum Ζυνχια appellatur in Biblioth. Regiae MS. libro, in formulis ſubſcriptionum et inſcriptionum epiſtolarum patriarchae CPleos: et habetur inter metropolitas, quibus ſcribit patriarcha, ὁ Ματραχων ὁς και Ζηκχιας [Neſcio an ad locum Codini §. 10. allatum reſpiciat Bullialdus]„.

IBERICA

IBERICA
EX
SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE IBERIBVS.

Nomen, Genus et Sedes Iberum.

QVI eodem nomine ſemper et a Scriptoribus Byzantinis omnibus appellantur Iberes (Ἴβηρες), vnde genus ducant, nullus iſtorum ſcriptorum prodidit. Ex interpretatione quidem Clauſeri, qui Chalcocondylam Latino habitu induit, eosdem cum Alanis fuiſſe colligas. ſed parum eo loco auctorem ſuum interpres intellexiſſe videtur.

Sedes Iberum licet antiquiſſimis iam temporibus inter Pontum Euxinum et Caſpium mare Caucaſo a meridie fuerint, non iisdem tamen ſemper terminis circumſcriptae fuiſſe videntur. Anno enim ante C. N. 65. a Caucaſo vsque ad Meſchicos montes et Pontum Euxinum pertinebant. Circa a. C. 521. et poſtera quoque aetate a Septemtrionibus portis Caſpiis, ab occaſu Lazis, quorum regio Cotaeſium et caſtella Scanda et Sarapanis in finibus Iberiae ſita memorantur, ab ortu populis Perſicae ditioni ſubiectis oppoſitae fuerunt. Metropolis gentis iam tunc *Tiphlis* vocabatur.

Aetate Conſtantini Porphyrogennetae, Leonis Philoſ. filii, a. C. 911-959. praeter terram ſupremi principis, qui a temporibus

bus dicti Leonis inde ab imperatoribus Conſtantinopolitanis Curopalatae titulo inſigniebatur, quatuor fuerunt praefecturae, *Beriaſach*, puta, *Carnatae*, *Cuel* et *Atzara*, quarum vltima ad fluuium eiusdem nominis et fines Romanorum ſita fuit. Vrbes memorantur *Adranutzium* ſeu *Arzen*, clauis Iberiae, Meſchiae et Abaſgiae [a]), *Cetzeum*, quae vrbs non longe aberat Theodoſiopoli, et *Tyrocaſtrum*. Tunc et *Phaſianes* pars, in ſeptemtrionali ripa fluminis Phaſidis, Erax etiam dicti, et a Lazico, vt videtur, diuerſi, ſita Iberiae acceſſit. Acampſe et Murgule, Romanae ditionis terrae, Iberiae finitimae fuerunt.

Sub Conſtantino Monomacho de *Oſurtru* planitie quadam in Iberia, de *Capetro* et *Comio* caſtellis mentio incidit.

Chalcocondylas de Iberiae ſitu haec fere memoriae prodidit: Iberia Colchidi ſeu Lazicae finitima eſt. A loco *Bathy* dicto et a Phaſide fluuio vſque ad Chaltzichi praefecturae ſunt *Gorguri*, *Corii*, *Cachetii* et *Typhliſii*, Samachiae finitimae. hanc Turci tenent, praeter vrbem Cachetii maritimi et *Sebaſtopolin Minceliorum*, quae *Dadiano* paret, *Mamiam*, *Samantaulam*, *Guriam* et alias maritimas vrbes [b]).

Iberum Hiſtoria.

IBERES, qui, ab antiquiſſimis temporibus fortitudinis gloria praeſtantes ac liberi, neque Perſarum neque Macedonum armis ceſſerunt, anno ante C. N. 65. a victore Romanorum exercitu Pompeio M. duce debellati ſunt: iisque Tiberio et Claudio imperantibus paruerunt. Poſtero vero tempore Perſarum iugum ſubiiſſe videntur. pace enim Perſas inter et Romanos imperante Dio-

a) Locum, ex quo haec deſumta ſunt, vid. §. 43. caeterum neſcio, an quae hic Abaſgia vocatur, ſimul Lazicam complexa ſit. Abaſgia enim proprie ſic dicta Lazicae verſus ſeptemtriones oppoſita erat; Adranutzium vero Lazicae verſus meridiem finitimum fuiſſe, credibile eſt. neque ideo clauis Abaſgiae proprie dictae, quam inter et Adranutzium Lazica interiacebat, commode dici potuiſſet.

b) Ipſum Chalcocondylae locum, vid. §. 85. Graeca ibi mira obſcuritate laborant, eaque neque interpres intellexiſſe videtur, neque me ſatis intelligere fateor.

Diocletiano a. C. 297. facta, vt Iberum reges ab imperatore Romano regni inſignia acciperent, cautum eſt.

Conſtantini M. aetate, miraculis a muliere Chriſtiana editis moti, relicto idolorum cultu, Chriſto nomen dediſſe memorantur. Attamen vel non gentem vniuerſam tunc temporis ſanctiſſimam religionem amplexam eſſe, vel ab ea rurſus defeciſſe, ex eo credibile eſt, quod circa a. C. 432. multos eorum, Simeonis illius Stylitae admiratione ductos, ſacro fonte luſtratos eſſe legimus.

Leone I imperatore cum Lazis bellum habuerunt Iberes, a quo Saragurorum et Acatirorum irruptione, qui tunc terram eorum vaſtarunt, auocati eſſe videntur.

Sexaginta circiter annis poſt a. C. 521. cum Cauades, Perſarum rex, cui tunc Iberes parebant, eos relicto veri Dei cultu Perſarum ſuperſtitionem amplecti iuberet, GVRGENES rex fidem Iuſtini Auguſti implorauit. Hic ſtatim ſuorum quendam Boſporum cum ingenti pecunia miſit, vt collectis ibi Hunnorum auxiliis Iberibus ſe adiungeret. qui cum inde re infecta rediiſſet, imperator Petrum ducem cum parua Hunnorum, aliorum credo, manu in Lazicam ire iuſſit. Accedente interea numeroſo Perſarum exercitu, Gurgenes, ſibi ad impetum eorum ſuſtinendum haud idoneas adeſſe copias animaduertens, cum vxore, liberis, fratribus omnique Iberum nobilitate in Lazicam conceſſit. vbi cum, locorum difficultate munitus, Perſis aliquamdiu reſtitiſſet, cum comitibus Byzantium abiit. Pace a. C. 532. Choſroën inter et Iuſtinianum, quorum ille Perſis hic Romanis imperabat, conciliata, Iberibus, pacis lege, liberum relinquebatur, vtrum in patriam redire, an in terra Romana remanere vellent. qua libertate quisque, prout ipſi commodum videbatur, vſus eſt. Duobus annis poſt ZAMNARSVS, Iberum rex, CPlin venit, et foedere cum Iuſtiniano percuſſo, donis atque honoribus auctus in patriam reuertit. Caeterum, in defectionis ſupra dictae poenam, Perſae iis regem ſibi creandi poteſtatem ademerunt, et, vt eosdem facilius in officio continerent, Lazicam imperio ſuo adiungere maxime anniſi ſunt.

Et hoc ſtatu res Ibericae ad exitum vſque Iuſtiniani Auguſti manſiſſe videntur. At Iuſtino II. et Tiberio II. imperantibus Iberia a Romanis tenebatur. Perſaeque cum de pace cum Tiberio agerent, eam alia ſe daturos conditione negarunt, quam ſi

Romani Iberia cederent: qui hac tandem lege id ſe facturos promiſerunt, vt vrbem Daran viciſſim acciperent. Haec vero res quem tandem exitum habuerit, non prodiderunt ſcriptores Byzantini.

Sub Heraclii Aug. imperio Iberum alii, quorum tunc princeps fuit BARSAMOESES, Perſis, alii Romanis ſubiecti fuerunt. Sed rebus ab illo imperatore contra Perſas fortiſſime geſtis, Iberes etiam multas Perſarum vrbes occuparunt.

Ab anno C. 627. vſque ad a. 889. rara admodum eſt Iberum memoria. eoque temporis ſpatio nunc Saracenis et Romanis ſimul, nunc his ſolis paruerunt; a Turcis etiam bello petiti ſunt. Leo Philoſophus, qui a. C. 889. ſuſcepit imperium, ADRANESEN, ASOTII, Iberum principis, filium, curopalatae dignitate auxit, quo titulo ex eo tempore ſupremi Iberum principes, beneficio imperatorum Romanorum, vſi ſunt. Idem Leo Aug. eiusque filius Conſtantinus Porphyrogenneta et Romanus Lacapenus Saracenos Phaſiane et vrbibus in ea ſitis Abnico, Mantziciert et Theodoſiopoli inprimis pellere ſaepius conati ſunt. Ideoque ab Iberibus contendebant, vt in Cetzeum vrbem Romanum reciperent praeſidium, ne Theodoſiopolitanis inde commeatus ſubueheretur. Id tamen nullo modo ab Iberibus impetrare potuerunt, quippe qui cum vrbium iſtarum incolis amicitiam colerent. Regione vero illa tandem Romanorum armis ſubacta, Iberes eam ſibi tradi poſtularunt. At id ſolum impetrarunt, vt quae in ſeptemtrionali Phaſidis ſeu Erax fluuii ripa ſita eſſent, ipſorum iuri cederent, reliqua Romanae ditionis eſſent. His etiam temporibus inter Iberiae principes poſt *Curcenii* magiſtri, qui vnus illorum fuit, obitum varia orta ſunt diſſidia, quae tandem, imperatore Romano eius rei arbitro, compoſita ſunt.

Nicephoro Phocae a. C. 964. Iberes in Cilicia militarunt. Baſilio Porphyrogennetae a. C. 976. rex eorum DAVID contra Bardam Sclerum auxilia ſubmiſit, eumque a. C. 989. heredem inſtituit; fratri ſuo *Georgio* interiori Iberia aſſignata.

Conſtantino Monomacho imperatore a. C. 1048. PANCRATIVS, Iberum regulus, a *Liparita*, viro potente, cuius vxorem violauerat, bello petitus ac proelio ſuperatus in interiorem Auaſgiam, quae tunc et ipſa Iberibus parebat, compulſus eſt. quos inter tandem, Conſtantini Monomachi auctoritate, his legibus pax

stitu-

reſtituta eſt, ut Pancratius omnem Iberiam atque Anaſgiam obtineret, Liparita vero Meſchiae parti praeeſſet, et Pancratium dominum agnoſceret. Idem imperator in bellis, quae cum Cacicio, Anii principe, et Turcis gerebat, Iberum auxiliis adiutus eſt, quibus deinde, quinquaginta millium numero, exauctoratis, magna, militum loco, vectigalia ex Iberia collegit.

Poſt id vero tempus Iberia Turcorum incurſionibus patuit, donec tandem a Scythis [Tataris, puta] facta eſt tributaria.

Reges et Viri inter Iberes illuſtres.

MITHRIDATES et poſt eum COTES (Κοτης) frater, reges Iberiae a. C. 20-54.

BACCVRIVS rex (Βακκυριος) a. C. 325.

DAVID rex, et *Spandiates* (Σπανδιατης) frater Hieroſolymis in Iberiam veniſſe feruntur.

PANCRATIVS.

ASOTIVS.

ADRANASE (Αδραναση) qui a Leone Philoſ. a. C. 889 —. curopalata appellatus eſt.

GVRGENES, (Γυργενης) cum ſuis, Perſarum metu, ad Iuſtinum I. fugit a. C. 521-527. cuius frater *Peranius* (Περανιος).

ZAMANARSVS (Ζαμαναρσος) rex a. C. 534.

Phazas (Φαζας) in Italia contra Gothos ſtrenue pugnat, a. C. 547.

BARSAMOSES (Βαρσαμωσης) Iberum, Perſis ſubiectorum, princeps, a. C. 627. a Romanis in proelio capitur.

Zurbaneles Azatus (Ζυρβανελη ὁ Αζατος. quae poſterior vox lingua Armenica *ambidexter* ſignificare dicitur), Adranaſae protoſpatharius, a. C. 945-956.

Theudatus (Θευδατος) patricius, cuius filius *Tzitzicius* (Τζιτζικιος) Doroſtolo praefectus a. C. 1016.

Georgius et *Baraſbatze* (Βαρασβατζε), Theudati patrueles, a. C. 1028. ob coniurationem contra Romanum Argyrum factam verberati. poſterior, vel alius eiusdem nominis a. C. 1038. Edeſſam ſeruat.

PANCRATIVS, rex a. C. 1045.

Horatius Liparites; cuius filius *Liparites* contra Pancratium rebellat, partem Meſchiae obtinet a. C. 1048.

Pharaſmanes Apocapes (Φαρασμανης Αποκαπης) protobueſtiarius.

ALEXANDER, rex, cuius filia Saeculo XIV. Ioanni Trapezuntino nubit.

Genea-

Genealogia regum Iberiae ex Conſtantino Porphyrogenneta.

SYMBATIVS (Συμβατιος)

DAVID		PANCRATIVS	*Mampalis* (Μαμπαλις) i. e. *Sanctiſſimus.*
Symbatius, vxor filia Pancratii.			
Aſotius ſ. *Ciſcaſes* (Ασωτιος, Κισκασης), vxor, Georgii Auaſgorum regis ſoror.		*Adranaſer* (Αδρανασερ).	*Curcenius* (Κερκενιος); vxor, filia Aſotii Ciſcaſe.
filia, Curcenio magiſtro nupta.			
Aſotius.	*Pancratius.*	*Dauid.* a. C. 976. Baſilium Porph. heredem inſtituit.	*Georgius.*

Scriptores de Iberibus.

RES Iberum enarrarunt Priſcus, Petrus Patricius, Procopius, Agathias, Theophanes Byzantius, Menander, Theophylactus Simocatta, Auctor Chronici Paſchalis, Georgius Syncellus, Theophanes Iſaacius, Anaſtaſius Bibliothecarius, Continuator Theophanis, Georgius Monachus, Conſtantinus Porphyrogenneta, Cedrenus, Zonaras, Cinnamus, Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Glycas et Chalcocondylas.

Antiquiſſima gentis memoria; de Iberibus a Pompeio M. victis, apud Zonaram et Syncellum eſt. Sub Tiberio, Claudio et Diocletiano eorum Petrus Patricius meminit. De eorum ad religionem Chriſtianam conuerſione, primum Conſtantino M., deinde Theodoſio II. imperatore facta, Theophanes et Cedrenus memoriae prodiderunt. Res ſub Leone I. geſtas Priſcus perſequitur. De Gurgene rege in fidem Iuſtini I. concedente apud Me-

Menandrum et Theophanem Byzantium, de rebus eorum Iuſtiniano I. imperante geſtis apud Procopium, Agathiam, Menandrum, Theophanem Iſaacium, Anaſtaſium et Cedrenum relatum legimus. Romanorum et Perſarum de Iberia controuerſiam, rerum Ibericarum ſub Heraclio ſtatum Theophanes, Anaſtaſius et Conſtantinus Porph. breuiter attingunt. Ab a. C. 85. vſque ad a. C. 821. ſparſa quaedam et pauca de rebus a Saracenis, Turcis et Romanis in Iberia geſtis apud Theophanem, Anaſtaſium et Zonaram occurrunt. Genus regum Ibericorum, genealogiam, et domeſticas diſcordias et alia quaedam imperantibus Leone Philoſopho, Conſtantino Porph. et Romano Lacap. geſta Conſtantinus Porph. enarrauit; ſemel Iberum ea tempeſtate Theophanis Continuator et Georgius Monachus meminerunt. Romanorum imperantibus Nicephoro Phoca et Baſilio Porph. in bellis ſocios fuiſſe Iberes, Cedrenus et Zonaras auctores ſunt. Sub Romano Argyro et Michaele Paphl. hominum Ibericorum Cedrenus memoriam conſeruauit. Bellum a Conſtantino Monomacho cum Anii principe geſtum, et quae Iberum in eo partes fuerint, Cedrenus narrat. Idem bellum domeſticum Pancratii et Liparitae, et externum cum Turcis geſtum fuſe perſequitur. Ibericum exercitum a Conſtantino Monom. exauctoratum et loco militum vectigalia Iberibus imperata eſſe, Glycas tradit. Iberum ſub Conſtantino Duca, et Romano Diogene Ioannes Scylitzes, ſub Michaele Duca Bryennius, ſub Emanuele Comn. Cinnamus breuiſſime meminerunt. Iberes a Tataris ſubactos eſſe, Nicephorus Greg. et Chalcocondylas referunt. Cazanem Tatarorum Chanum Iberibus in bello ſociis vſum Pachymeres auctor eſt. Chalcocondylas res Trapezunticas enarrans, Iberum bis meminit. De ſitu denique Iberiae varia apud Procopium, Auctorem Chronici Paſchalis et Chalcocondylam leguntur.

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Antiquiſſima Iberorum memoria, ſeu res eorum geſtae ab anno ante C. N. 65. vſque ad a. p. C. N. 461.*

§. 1. *Iberi, Caucaſi accolae, ad Meſchicos montes et Pontum pertinentes, gens bellicoſiſſima, a Pompeio M. ſuperantur.*

§. 2. *Iberorum principes a Pompeio in triumpho ducti.*

§. 3. *Mithridates, Iberorum rex, vt Phrahates Parthorum regno eo facilius potiretur, in Armeniam irrumpere a Tiberio Caeſare iubetur.*

§. 4. *Mithridates, res nouas moliens, fratrem Cotyn Romam mittit, qui fratris conſilia enuncians, a Claudio in locum fratris rex Iberiae conſtituitur.*

§. 5. *Galerius et Diocletianus de pace cum Perſis agentes, vt rex Iberiae a Romanis regni inſignia accipiat, poſtulant.*

§. 6. *Iberi miraculis a muliere Chriſtiana patratis adducti fidem Chriſtianam amplectuntur; rex Bacurius.*

§. 7. *Iberorum multi ad Simeonem Stylitem veniunt, Chriſtiani fiunt.*

§. 8. *Iberorum reges ſe a Dauide Iud. rege genus ducere, gloriantur; qui et quando Hieroſolymis commigrarint.*

§. 9. *Saraguri et Acatiri Iberiam et Armeniam imperante Leone I. vaſtant.*

§. 10. *Lazi impetrata a Leone contra Iberos auxilia remittunt.*

CAP. II.

CAPVT II. *Iberorum ſub Gurgene rege ad Romanos a Perſis defectio; variae ob eam rem motae Romanis a Perſis controuerſiae; Iberi nunc Perſarum, nunc Romanorum in bellis ſocii; ab a. C. 521-627.*

§ 11. *Iberorum ſedes, in religione Chriſtiana conſtantia; Cabades eos ad Perſarum ſacra vult adigere, et mortuos tumulare vetat.*

§ 12. *Gurgenes cum gente ſua in fidem Iuſtiniani concedit; Perſis irruentibus reſiſtendo impar, in Lazicam indeque cum uxore, liberis et nobiliſſimis gentis Byzantium fugit.*

§ 13. *Pace Perſas inter et Romanos reſtituta, Iberorum alii Byzantii manent, alii in patriam redeunt.*

§. 14. *Zamanarſus Iberorum rex cum uxore et aulicis CPlin venit; a Iuſtiniano in ſocietatem admiſſus et donis cumulatus reuertitur.*

§. 15. *Lazica Perſis ad Iberos, qui ipſis inuiti parebant, in officio continendos idonea.*

§. 16. *Phazas cum Iberorum manu Romanis in Italia militans, fortiter pugnat, a Gothis cum ſuis occiditur.*

§. 17. *Ruſticus caedem Gubazis Lazorum regis hoc inter alia excuſat, quod is rerum a Romanis parum proſpere geſtarum nuncios in Iberiam, Alaniam cet. miſerit.*

§. 18. *Miſimiani ob Soterichi caedem ſibi a Romanis timentes, ad Perſarum ducem de defectione legatos in Iberiam mittunt.*

§. 19. *Perſae Miſimianis auxilio veniunt, bruma inualeſcente in Iberiam redeunt,*

§. 20. *Zichus Perſa Petro Iuſtiniani I. legato, Suaniam repetenti, ne, ea conceſſa, de Iberia quoque controuerſiam moueant, verendum, reſpondet.*

§. 21-23. *Perſae cum legatis Tiberii de pace agentes Perſarmeniam, Iberiam, et defectionis auctores ſibi dedi poſtulant.*

§. 24

ſ. 24. *Iberi, Lazi et Auaſgi, Romanorum ſocii cum Heraclio Aug. in Perſiam irrumpere recuſant.*

ſ. 25. *Proelio cum Perſis commiſſo, Iberorum princeps viuus in Heraclii poteſtatem venit.*

ſ. 26. *Iberi, metu Heraclii magis quam viribus ſuis, plures Perſarum vrbes ſubiugant.*

CAPVT III. *Iberia a Saracenis, Romanis et Turcis infeſtata; res Iberorum geſtae tempore Leonis Philoſophii et filii eius Conſtantini Porph. ab a. C. 685 - 949.*

ſ. 27. *Abimelech Saracenorum princeps et Iuſtinianus II. Aug. Iberiam vectigalem habent.*

ſ. 28. *Iuſtinianus, Saracenis per Leontium occiſis, Iberiam ſibi ſubiicit.*

ſ. 29. *Alanos ad bellum Iberis inferendum ſollicitat.*

ſ. 30. *Turci in Iberiam irruentes, ibi cum Arabibus proelio congrediuntur.*

ſ. 31. *Iberi Thomae in Michaelem Balbum rebellantis ſocii.*

ſ. 32. *Adraneſe, Iberorum principis filius, curopalatae dignitate a Leone Philoſ. ornatur.*

ſ. 33. *Leo miſſo exercitu Phaſianem, Saracenis ſubiectam, vaſtat.*

ſ. 34. 35. *Romani Phaſianem, Romano Lacap. imperante, vaſtant; Iberos, vt Cetzeum, ne inde Theodoſiopoli, Saracenorum vrbi, commeatus adueheretur, dedant, fruſtra hortantur.*

ſ. 36-38. *Iberi Phaſianem et vrbem Abnicum ſibi a Conſtantino Porph. dedi poſtulant, id nullo iure fieri, oſtenditur.*

ſ. 39. *Iberorum princeps Romano Lacap. et Conſtantino Porph. impp., Conſtantinopolin venit, ibique benigne exceptus domum reuertitur.*

ſ. 40-42. *Genealogia principum Iberiae.*

ſ. 43.

ſ. 43-49. Adramutzium ſiue Arzen urbs, Aſotio ſiue Ciſcaſe dedente, in Romanorum poteſtatem venit, reliquis Iberiae principibus ſi minus factum, facti certe rationem improbantibus.

ſ. 50. Litterarum ab imperatore CPlitano ad Iberiae curopalaten, quatuor reliquos praefectos et catholicon Iberiae datarum inſcriptio.

CAPVT IV. *Iberi Romanorum in bellis ſocii; bellum inter Conſtantinum Monomachum et Anii principem, Iberorumque in eo partes; domeſticum Pancratii cum Liparite Ibero bellum; iteratae Turcorum in Iberiam irruptiones; Iberi Tataris ſubiecti; ab a. C. 964-1306.*

ſ. 51. Iberi imperatori Nicephoro Phocae in Cilicia militant.

ſ. 52. Bardas Phocas a Barda Sclera rebelle proelio victus in Iberiam abit, ibique a Dauide principe impetratis auxiliis Bardam Sclerum ad Halyn vincit.

ſ. 53. Baſilius Porph. Iberiam ſibi a Dauide principe hereditate relictam occupat, et cum fratre eius Georgio foedus iungit.

ſ. 54. Tzitzicius, Theudati Iberi patricii filius, Doroſtolo praefectus.

ſ. 55. Georgius et Baraſbatzes, patrueles Theudati conſpirationis aduerſus Romanum Argyrum rei verberantur

ſ. 56. Baraſbatzes Iberus Edeſſae praefectus, urbem ab inſidiis Saracenorum ſeruat.

ſ. 57-61. Bellum Anii principi a Conſtantino Monomacho illatum, Iberi Romanorum in eo bello ſocii.

ſ. 62. Pancratius, Iberiae regulus, a Liparite, ob violatam eius uxorem bello petitur; pax inter eos auctoritate Conſtantini Monom. reſtituta.

§. 63-67. Turci in Baaſpracaniam irruptionem faciunt, Romani cum Iberis duce Liparite eos adorti vincunt: captus Liparites et ad Sultanum adductus, ab eo dimittitur.

§. 68. Sultanus in Iberiam irrumpit, ad Comium progreſſus, incolis ſe munitis caſtellis includentibus, in Baaſpracaniam redit.

§. 69. Sultanus conſobrinum Cutlumus in Iberiam ſecutus, omnia vaſtat; Francorum et Varangorum exercitu in ipſum mouente, Tabrezium abit.

§. 70. Conſtantinus Monom. loco militum Iberis immenſa vectigalia imperat.

§. 71. Iberia Turcorum incurſionibus deſolata.

§. 72. Romanus Diogenes Turcis et Saracenis ad Hierapolin victis, hic arcem aedificare ſtatuit, Phareſmane Ibero huic rei praefecto.

§. 73. Iberia Neſtorii et Acephalorum haereſi infecta.

§. 74. Romanus Diogenes Turcos petens, in Iberiam contendit, et Theodoſiopolin venit.

§. 75. Romanus Diogenes a Sultano e captiuitate dimiſſus, Turcis comitantibus Theodoſiopolin et per vicos Ibericos Coloniam venit.

§. 76. Michael Ducas Iberorum principis filiam in matrimonio habet.

§. 77. Iberi in bello cum Siculis imp. Emanuele I. Comn. rem ſtrenue gerunt.

§. 78. Cazanes Tatar. Chanus Iberis, ob fortitudinem et mores inculpatos maxime in bellis vtitur, in gratiam eorum Arabum Sultanum bello petit, et Hieroſolyma capere, ſed irrito conatu, nititur.

§. 79. Ioannes Comn. Trapezuntini imperatoris Alexii Comneni filius a ſuis in Iberiam relegatus ibi Alexandri regis filiam ducit.

§. 80. Zyches cum Turcis Trapezuntem obſidet; omnes magiſtratus inde ſe in Iberiam proripiunt.

CAP. V.

CAPVT V. *De ſitu Iberiae miſcellanea quaedam.*

§. 81. Porta Caſpia eſt, quam in exitu faucium, quae ſtadiis L. in longitudinem patent vltra Iberiam, natura molita eſt.

§. 82. In regionem Dubios ex India, proximaque Iberia, Perſide et Romano imperio merces important.

§. 83. Boas fluuius, in Armenia ortus, ad Iberiae et Caucaſi extremum limitem facile ſuperabilis, ibi multum increſcens Phaſidis nomen accipit.

§. 84. Viam, quae ex Iberia ad Colchos ducit, antea etiam viro expedito inſuperabilem, ita complanarunt Perſae, vt facile elephanti per eam tranſire poſſent.

§. 85. Fines Iberiae, vrbes; genus Iberorum incertum, religio Chriſtiana.

§. 86. Iberia Scythis [Tataris] ſtipendiaria.

IBERICORVM [a]

CAPVT I.

Antiquiſſima Iberorum memoria, ſeu res eorum geſtae, ab anno ante C. N. 65, vſque ad a. p. C. N. 461.

§. 1.

Anno ante C. N. 65.

1 [Pompeivs M. Tigrane Armeno in deditionem accepto] per gentes Caucaſi montis accolas Mithridatem eſt perſecutus. quarum maximae ſunt Albani et Iberes [b]: hi ad Meſchicos montes et Pontum pertinentes, illi verſus ortum et mare Caſpium habitantes. —

"Albanorum regi pace data, Pompeius" contra Iberes eſt profectus, Albanis bellicoſiores: qui neque Perſis, neque Medis ceſſe-

a) Ad Iberorum Caucaſi accolarum, non Hiſpanorum, qui et ipſi cum ab aliis, tum a Byzantinis ſcriptoribus Iberi appellantur, hiſtoriam excerpta haec pertinere, lectores vel me non monente intelligunt.

1. ZONARAS T. I. p. 477, 478. Cfr. *Alanica* §. 1.

b) Ἴβηρες. De Iberorum gente a Iapheto orta vide *Genealogiam gentium ex Scriptt. Byzantt.*

Anno ante C. N. 65.

ceſſerant, et Macedonum quoque dominatum effugerant, Alexandro celeriter ex Hyrcania digreſſo. Sed et his magno proelio ſuperatis c), multos occidit, multos cepit d). —

§. 2.

a. C. N. 59.

2 [POMPEIVS, rebus in Aſia compoſitis] Romam contendit. Victos autem reges ſecum ducebat Pharnacem, Mithridatis filium, — Lazorum reges, principes Iberorum viginti et Ariſtobulum denique Iudaeorum regem.

§. 3.

Imp. TIBERIO.

a. C. 20. f)

Imp. TIBERIO.

3 [TIBERIVS cum Parthis, rogantibus, vt regem ipſis ex obſidibus daret, Phrahatem, eoque mortuo Tiridatem miſiſſet: is] quo facilius regnum capeſſeret, ſcripſit MITHRIDATI, Iberorum regi g), vt in Armeniam deſcenderet, quo ſe Artabanus conferret, ſuppetias filio laturus. Et Tiridates quidem, qua coeperat, pergens, regnum obtinuit. —

Sub

Caligula nulla fit Iberorum mentio.

c) Horum breuiſſime meminit Georg. Syncellus p. 297. quem locum in *Alanicis* §. 2. not. c. attuli.

d) Reliqua vid. in *Alanicis* §. 2.

2. GEORG. SYNCELL. p. 299.

e) Inter gentes, de quibus Pompeius Romam redux triumphauit, Iberos etiam memorat Zonaras T. I. p. 479. Vid. *Lazica* §. 4.

3. PETRVS PATRICIVS in Excerptis de Legatt. p. 23.

f) Hoc anno, vel ſecundum Caluiſium a. C. 16. Vonones Phrahatae IV. filius ab Artabano regno exutus eſt. Contra quem Tiberius Tiridatem miſit, qui a. C. 37. et ipſe ab Artabano eiectus eſt.

g) Ponti rex fuit, vnde a Romanis pulſus ad Cotyn, Thraciae regem, cui mater ipſius nupſerat, fugit. Tandem a Claudio regnum Boſporanum obtinuit a. C. 44. quo poſtea, Romanis volentibus, Cotys, Tiridate pulſo, potitus eſt.

Imp. CLAVDIO.

§. 4.

Imp. CLAVDIO.

a. C. 54.

4 MITHRIDATES, Iberorum rex, nouas res tentauit, et ſe ad bellum Romanis inferendum praeparauit. Huic mater contradixit, et, quoniam non perſuadebat, fugere voluit. At ille, quamuis in apparatu erat, volebat tegere, quod ſuſceperat. Itaque *Cotim*, fratrem [h], mittit legatum ad Claudium, qui gratulationes deferret: ſed non ex fide legationem obiit, et omnia, quae frater animo voluerat, enuntiauit, et rex Iberiae Mithridatis loco conſtituitur.

Sub

Domitio Nerone et reliquis imperatoribus [i] vſque ad Numerianum nulla fit Iberorum mentio

Imp. DIOCLETIANO.

§. 5.

Imp. DIOCLETIANO.

a. C. 297. [k]

5 GALERIVS et Diocletianus Niſibi conuenerunt. Ibi communicato conſilio, mittunt legatum in Perſidem Sicorium Probum, contraſcribam a memoria. — [Inter capita legationis erant etiam haec: vt] Zintha caſtrum, in confinibus Mediae ſitum, Armeniam terminaret, rex Iberiae regni ſui inſignia a Romanis accepta ſuſciperet [l]. — [Quibus a Perſa conceſſis, pax reſtituta eſt].

Sub

Conſtantio Chloro et Maximiano nulla fit Iberorum mentio.

§. 6.

4. Id. ibid.

h) Κοτην τον ἀδελφον.

i) Sub Adriano Pharaſmanis, qui, vt alii docent, Iberorum rex fuit, Zonaras T. I. p. 590. meminit. quem locum vide in *Alanicis* §. 4.

5. PETRVS PATRIC. in Excerptis de Legatt. p. 30.

k) Hoc anno pacem, cuius hic Petrus meminit, conciliatam, aliunde conſtat.

l) τον δε Ιβηριας βασιλεα της οικειας βασιλειας τα συμβολα Ρωμαιοις ἐφειλεν.

§. 6.

Imp. CONSTANTINO M.

a. C. 325.

Imp. CONSTANTINO M.

m) IBERES — ſub Conſtantino fidem acceperunt, viſis a Chriſtiana muliere captiua patratis miraculis: quae inter caetera oculorum caliginem regi inter venandum ingruentem ſanauit. Haec Rufinus ab Iberum rege BACCVRIO n) audita narrat. 6

Sub Conſtantino II. et reliquis imperatoribus vſque ad Marcianum nulla fit Iberorum mentio.

§. 7.

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 432. o)

Imp. THEODOSIO II.

[TEMPORE Theodoſii Iunioris Simeon ille magnus Stylites a columna, in qua habitabat, nominatus,] veluti lumen ſplendidiſſimum in candelabro poſitum ſolis inſtar radios ſuos in omnes partes emittebat: licebatque videre Iberes, Armenios, Perſas et Iſmaëlitas quotidie venientes, ac ſacro baptiſmo potientes. 7

§. 8.

a. C. 452. p)

IBERES Curopalatae glorİantes q) originem ſe ducere dicunt ab vxore Vriae, quam rex et propheta Dauid adulterauit; ſiqui- 8

a) CEDRENVS: *Hoc imperatore* [Conſtantino M.] *multi populi*

6. THEOPHANES p. 19. Cedren. T. I. p. 284.

m) Hunc annum habet Theophanes. Cedrenus a. M. 5838. indict. β. ponit.

n) *παρα τȣ αυτȣ βασιλεως των Ιβηρων Βακκȣριȣ.*

7. CEDRENVS T. I. p. 340.

o) Cedrenus p. 339. Synodi Epheſi habitae a. 25. imperii Theodoſii a. M. 5915. (in Gr. eſt *ϛϡιέ.* mendoſe, vt videtur) meminit.

8. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 45. p. 121, 122.

p) Ad hunc annum, vel ad a. C. 552. haec noſtra referenda ſunt, ſi quidem Conſtantinus infra numerum annorum recte ſubduxit. Id quod nemini facile perſuadebitur. Qui enim fieri poteſt, vt inter Dauidem eiusque abnepotem Adraneſe quingenti circiter vel ad minimum quadringenti anni, ab anno, puta, 452. vel 552, vſque ad a. 886. quo Leo Philoſophus, quem Conſtantinus infra intelligere videtur, imperium ſuſcepit, interceſſerint.

q) *Ιϛεον, ὁτι ἑαυτȣς σεμνυνοντες οἱ Ιβηρες, ἠγȣν οἱ τȣ Κȣροπαλατȣ.*

Imp. THEODOSIO II.

a. C. 45[illegible].

ſiquidem ex liberis inde natis deſcendere credi volunt, cognatique eſſe regis ac prophetae Dauidis, ac propterea etiam ſanctiſſimae Deiparae, quod ex ſemine Dauidis ea oriunda ſit. Ea propter etiam Iberum magnates inter eos ſine vllo impedimento cognatas ducunt, veterem ſe legem obſeruare exiſtimantes: et Hieroſolymis nationem ſuam ortum trahere dicunt, atque inde, in ſomnis monitos, migraſſe, ſedesque poſuiſſe in partibus Perſidis, quas etiam in hodiernum vſque diem incolunt.

Qui autem Hieroſolymis exceſſerunt, *Dauid* ille erat et frater ipſius *Spandiates* r): qui quidem Spandiates, vt ipſi narrant, gratiam a Deo accepit, vt gladio vulnerari in bello nullum ipſius membrum poſſet, excepto corde, quod etiam in proeliis armatura quadam muniebat: vnde et terribilis Perſis erat, quos deiicit, debellauitque, cognatosque Iberes in locis difficilibus, quae nunc etiam temporis occupant, collocauit: vbi paulatim multiplicati auctique ſunt, et in magnam gentem euaſerunt s). — Quia vero, vti dicunt, Hieroſolymis originem ducunt, multumque fidei illis praeſtant, et ſepulchro Domini noſtri Ieſu Chriſti, et temporibus quibusdam vbertim pecunias mittunt vrbis ſanctae patriarchae, quique in illa degunt Chriſtianis.

Dauid autem ille, quem dixi, Spandiatae frater, filium genuit *Pancratium;* iſte *Aſotium* habuit; Aſotius vero genuit *Adranaſe*, qui curopalatae dignitate auctus fuit a Leone, Chriſti amante Romanorum imperatore. At Spandiates, frater praedicti Dauidis, ſine vllis liberis deceſſit. Ex quo autem Hieroſolymis migrarunt in terram, quam nunc incolunt, *anni ſunt quadringenti, vel quingenti* hodie, quae eſt indictio decima, a condito vero mundo 6460. Conſtantino et Romano Chriſti amantibus ac Porphyrogenitis imperatoribus. —

§. 9.

religionem Chriſtianam amplexi ſunt, Celtarum et Gallorum occidentalium: tum inde interiores Iberesque et Armenii, Teridate eius rei principe.

r) Σπανδιατης.

s) Quae hic ſequuntur vid. infra §. 26.

t) Παγκρατιον.

u) τον Ασωτιον.

x) τον Αδρανασε.

Imp. LEONE I.

§. 9.

Imp. LEONE I.

a. C. 457. y)

[SARAGVRI, Acatiris aliiſque gentibus aggregati, exercitu in Perſas educto, cum Portas Caſpias praeſidio munitas offendiſſent; aliam viam ingreſſi, et] ad Iberes z) accedentes, regionem vaſtarunt, et excurſiones in oppida Armeniorum fecerunt. 9

§. 10.

a. C. 457-461.

[LAZORVM rex] miſſa [a Leone Auguſto] — cum Heraclio valida auxiliariorum manu, Perſis et Iberis, quibuſcum illi bellum, alio bello aduerſus alias gentes occupatis, cum grauis illi et moleſta eſſet commeatuum praeſtatio, auxilia remiſit. 10

Sub
Leone II., Zenone et Anaſtaſio nulla ſit
Iberorum mentio.

9. PRISCVS in Excerptis de Legatt. p. 44.

y) Annus, quo Leo I. imperium iniit.

z) Ἰβηρας.

10. Id. ibid. p. 46. Cfr. *Lazica* §. 7.

CAPVT II.

Iberorum ſub Gurgene rege ad Romanos a Perſis defectio, variae inde motae Romanis a Perſis controuerſiae; Iberi nunc Perſarum, nunc Romanorum in bellis ſocii; ab a. C. 521-627.

Imp. IVSTINO I.

§. II.

Imp. IVSTINO I.

a. C. 521-527. a)

II α) IBERVM b) Aſianorum ſedes Portas Caſpias contingunt a Septemtrione, ſiniſtra Lazicam ab occaſu, dextra ab ortu populos, qui Perſis parent c). Chriſtiani ſunt, inter omnes, quos eo nomine cenſeri ſcimus, ſacrarum legum ac caerimoniarum tenaciſſimi, quamuis regi Perſarum iam inde antiquitus ſubditi fuerint.

Eos

α) THEOPHANES BYZANTIVS: *Poſt* [Armenios a Perſis] *deſciuerunt ſtatim etiam Iberes, et Gorgone ipſos ducente* (Γοργονυς, in marg. Τοργινυς, αὐτων ἡγεμονευοντος) *ad Romanos tranſierunt. Metropolis autem Iberorum Tiphilis* (Τιφλις, in marg. Τιφιλις) *tunc erat.* ſequuntur res a. VIII. imperii Iuſtini geſtae.

II. PROCOPIVS de Bello Perſ. p. 33, 34. Theophanes Byzant. in Eclogis Hiſt. de Reb. Byz. p. 22.

a) Cfr. *Lazica* §. 14. not. p.

b) Ιβηρες.

c) τα Περσων ἐθνη.

a C. 521-527. *Imp.* IVSTINO I.

Eos Cabades cum ad religionis ſuae inſtituta vellet adigere; GVRGENI, ipſorum regi d), mandauit, vt cum caeteros Perſarum ritus amplecteretur, tum inprimis ne mortuos tumularet, ſed in praedam auibus canibusque proiiceret.

§. 12.

Mouit ea res Gurgenem, vt in fidem Iuſtini concederet. Eam igitur implorauit, petiitque, vt ſibi promitteretur, nunquam Iberes a Romanis Perſarum poteſtati permiſſum iri. Fidem ille perlibens dedit: mox Probum, imperatoris Anaſtaſii a ſorore nepotem, virum patricium, miſit Boſporum cum ingenti pecunia, qua Hunnorum auxilia Iberibus adiungeret e). — Illinc Probus re infecta cum rediiſſet; miſit imperator in Lazicam Petrum ducem cum Hunnis aliquot, vt ſociis armis pro virili iuuaret Gurgenem. Aduerſus quem f) et Iberes exercitum Cabades interea deſtinauit ſane florentem, duce Boë, homine Perſa et ad Varizis dignitatem euecto.

Gurgenes vero animaduertens, ſibi vires tenuiores eſſe, quam vt poſſet Perſarum impetum ſuſtinere; neque enim ſufficiebat Romanum praeſidium: cum Ibera omni nobilitate, germanis, vxore ac liberis, quorum erat maior natu *Peranius* g), fugit in Lazicam. Vbi ventum ad eius fines, conſiſtunt, ibique hoſtem opperiuntur, muniti difficillimo locorum ſitu: qui Perſas inſequentes ita prohibuit, nihil vt memoratu dignum patrarint. Deinde Byzantium conceſſerunt Iberes.

§. 13. *Imp.* IVSTINIANO I. a. 6. imp.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 532.

[PAX Iuſtinianum inter et Choſroëm compoſita eſt, qua 12
inter alia conuenit, vt] Iberibus permitteretur h) optio vtrum mal-

d) αὐτων τῳ βασιλει Γȣϱγενῃ.

e) Hic omiſſa vide *Tom. I. in Hunnicis* §. 191.

f) ἐπι τε Γȣϱγενην.

g) Πεϱανιος. Idem forte, cuius filius *Pacurius* inter duces Rom. bello Gothico memoratur. Procop. de B. G. p. 528.

12. PROCOPIVS de B. P. p. 64.

h) τοις τε Ιβηϱσιν ἐδεδοκτο, in marg. ἐδεδοτο.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 532.

mallent remanere Byzantii, an repetere patriam. Caeterum manſere horum multi, multi item ſedes patrias reuiſerunt. Ita confecta pax eſt perpetua, annum principatus agente ſextum Iuſtiniano.

§. 14.

a. 8. imp.

a. C. 534.

13 HOC anno rex Iberorum ZAMANARSVS i) ad piiſſimum imperatorem Iuſtinianum cum vxore et aulicis cunctis Conſtantinopolin acceſſit, in Romanorum ſocietatem et fidam amicitiam admitti deprecatus. Imperator, probato eius propoſito, ipſum et aulicos dignis honoribus excepit: ſimiliter Auguſta varium mundum et ex gemmis ornatum eius vxori largita eſt. Atque ita demum imperator ipſos in regnum proprium remiſit.

§. 15.

a. C. 545.

14 [PERSARVM rex Choſroës] ſi Colchidem — firme poſſideret, lucrum inſperatum ac luculentum ipſi eſſe videbatur, id regno Perſico in multas partes fore commodum reputanti. Nam in poſterum ſub manu futuram Iberiam videbat; quando non haberent amplius Iberes, ad quos ſalui transfugerent. Ex quo ſane praecipua barbarorum iſtorum nobilitas cum ſuo rege Gurgene ad Romanos deſciuerat, vti in ſuperiore libro narrauimus k), ipſos Perſae creandi ſibi regis poteſtate priuarant. Nec Perſis parebant Iberes voluntate ſua: at ſuſpicione diffidentiaque incenſi mutua diffidebant. Neque obſcurum erat, ſecum Iberes grauiſſime indignari, ac breui res nouaturos, ſi quam arripere occaſionem poſſent.

§. 16.

13. THEOPHANES p. 183. Anaſtaſius Biblioth. p. 62. Cedren. T. I. p. 371.

i) Theophanes: *Ζαμαναρσος*, Anaſt. *Zamaſſardus*, Cedr. *Ζαβαναρδος*. hi reliqua omnia vt Theophanes.

14. PROCOPIVS de B. P. p. 160. Cfr. *Lazica* §. 28.

k) Vide ſupra §. *11*, *12*.

l) *οὔτε βασιλεα σφισι καταστησασθαι το ἐνθενδε ξυνεχωρεν.*

Imp. IVSTINIANO I. a. 13. Belli Goth. m)

§. 16.

a. C. 547.

[BELISARIVS cum anno XIII. belli Gothici tempeſtate coactus ad Crotoniatarum portum applicuiſſet,] ibi nec munitionem 15
vllam nec militis alendi copiam nactus, ipſe quidem eo loci ſubſtitit, — equites vero omnes procedere longius et caſtra metari iuſſit ad regionis illius fauces, ductu *Phazae* Iberis n) et Barbationis protectoris. [Sub idem tempus Totilas cum delectis tribus equitum millibus ad vicinum quoddam caſtellum, cladem, quam ſui breui ante ibi acceperant, vlturus, contendit.] Tum Phazas e proximo, vbi tetenderat, obuium ſe ferens hoſti, et viro forti digna edens facinora, nonnullis [Romanorum] euadendi ſpatium dedit: at cum omnibus, qui ipſum ſtipabant, occubuit.

§. 17.

a. C. 555.

[RVSTICVS, quaeſtor Romanus, in oratione, qua Gubazen Lazorum regem iure caeſum oſtendere nititur, inter alia] Sicubi 16
[inquit] lapſi fuiſſemus, — haec ille [Gubazes] proclamabat, et ſignificabat non ſolum Perſarum exercitibus, — ſed nuncii ſtatim ab ipſo emiſſi id perferebant in Iberiam, Alaniam —. Nuncii ſumma haec erat; Romani imbelles et a barbaris ſuperantur.

§. 18.

'MISIMIANI, Sotericho Romanorum legato occiſo, ne Ro- 17
mani hanc caedem vlciſcerentur, veriti, viros ſuae gentis nobiliſſimos in Iberiam ad Nachoraganum, Perſarum in iis regionibus ducem, miſerunt, qui et factum exponerent, et gentem vniuerſam, in fidem Perſarum concedere paratam ſignificarent.'

15. PROCOP. de Bello Goth. p. 530, 531.

m) Vid. Procop. p. 533.

n) Φαζαν τε τον Ιβηρα.

16. AGATHIAS p. 117. cfr. *Lazica* §. 120.

17. Id. p. 120. Cfr. *Miſimianica* §. 4.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 19.

a. C. 556.

18 [NACHORAGAN, Miſimianis benigne exceptis, ipſis auxilia promiſit; ſimulque vere ineunte, cum Romanos in Miſimianos mouere cognouiſſet, motis ex Iberia et caſtellis, quae circa Muchiriſidem ſunt, caſtris, exercitum in Romanos duxit.]
19 Bruma vero inualeſcente, Perſae quidem ſtatim ſolutis caſtris Cotaeſium et Iberiam verſus ſeſe receperunt, animo ibi hibernandi, auxilio Miſimianis ferendo longum dicentes vale.

§. 20.

a. C. 562.

20 [PETRVS, Iuſtiniani ad Choſroem legatus, cum, Lazica Romanis reddita, etiam Suaniam, quippe olim Lazicae ſubiectam, repeteret,] Zichus, Perſa, [inter alia] Si hoc [inquit] facio, aditus tibi aperietur de Iberia quoque controuerſiam mouere. Nam in tuo arbitrio eſt etiam dicere, ipſam quoque ſubiectam fuiſſe Lazis.

Sub Iuſtino II. nulla fit Iberorum mentio.

Imp. TIBERIO II.

§. 21.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 574-582.[o)]

21 [ZACHARIAS et Theodorus, Romani ad Perſas legati, cum in finibus vtriusque imperii cum Mebode, Perſarum regis legato, congreſſi, de pace agerent: Mebodes inter alia poſtulabat, vt Romani] Armenia et Iberia cederent [p)], et omnes defectionis

18. Id. p. 121. Cfr. *Miſimianica §. 4-7.*

19. Id. p. 123.

20. MENANDER in Excerptis de Legatt. p. 139. Cfr. *Lazica §. 123.*

21. Id. Ibid. p. 121-124.

o) Prior eſt annus, quo Caeſaris dignitate a Iuſtino II. ornatus eſt Tiberius, alter, quo obiit.

p) Horum etiam in Legatione Iuſtini ad Perſas meminit Menander p. 166. vbi cum Theodorum et Zachariam legatos a Mebode arroganter tractatos dixiſſet, pergit: *Choſroës enim in ſpem adducebatur, — fore, vt — Caeſarem perterrefaceret, qui tandem Armenia et Iberia et locis finitimis cederet,*

nis auctores regi Perſarum redderent, quos merita morte afficeret. Haec et alia huiusmodi Mebode proponente, Romanorum legati ex parte Caeſaris contra diſſeruerunt, et confeſtim reſponderunt, ſe pacis nomen non admittere. — [Tandem Perſa, nulla pecuniarum, quas antea poſtularat, habita ratione, ſe pacem aequis conditionibus facturum, ſignificauit. Huius rei fama CPlin. perlata, omnes pacem ſpe praecipiebant;] maxime cum Caeſar Perſarmenia et Iberia Perſis cederet. Sic enim ſtatuebat q) [Caeſar], ſic iudicabat, Perſas, etiamſi eorum res perditae forent, et ad nihilum redactae, nunquam quieturos, quamdiu his tantis regionibus priuarentur. Id tamen minime his, qui generationibus praeerant, aut illis genere coniunctis, aut omnino vlli cuipiam, qui a Perſis ad Romanos confugiſſet, eam rem fraudi fore neque eos tradi r). Imo non alia conditione pacem tenere, niſi liberum ſit Perſarmeniis et Iberis, qui ſuam patriam reliquerint, ad Romanorum partes tranſire. Etenim Caeſar multum in eo ſermone verſatus eſt, ſub Iuſtiniano imperatore iureiurando fidem datam eſſe Perſarmeniis et his, qui ex Iberia migrauerant, Atque adeo ipſum imperatorem iuraſſe, quantum in ſe

aut pluris vaſtationem orientis, Perſarmeniorum et Iberorum ceſſione faceret. Id. p. 167. Tiberius eosdem *iterum ad Choſroëm miſit, ad quem quoque litteras humanitatis plenas ſcripſit. Tenor vero epiſtolae talis fuit: Ego pacem volo, et a Deo datam colam et obſeruabo. — Paratus ſum abſtinere ab omni Perſarmenia et Iberia, tametſi Perſae, qui Perſarmeniam et Iberiam incolunt, velint mihi parere. Reſtituo et Afumum caſtellum, et Arſanice vobis cedo, modo oppidum Daras pro his omnibus a vobis obtineam.* Ad haec Choſroës reſpondit: *ſiquidem rem iuſtam facere velles, o Rom. rex, recte quidem faceres, ſi Perſarmenios genearchas, defectionis auctores nobis traderes, vt meritas poenas mihi darent, quia in finibus Perſarum nouas res moliti ſunt, et turbas excitarunt: atque etiam ſi damna Perſis illata rependeres.* —

q) σαφεϛατα ἐξεπιϛαμενος. In interpretatione Lat. erat — *ſtatuebant.* non recte. haec enim ad Caeſarem adhuc referenda et ita fere vertenda erant: *quippe qui probe intelligeret, Perſas* cet.

r) τȣς μεν τοι γε νεαρχας (coniuncte legendum γενεαρχας) Περσαρμενιων, ἀλλα γαρ και τȣς τῳ γενει σφων ἡνωμενȣς, και ἁπλως τον ὁντιναουν, ὁιγε αυτομολησαντες ἠσαν ὡς Ρωμαιους, ουτε ἐκδωσειν.

Imp. a. C. 574-582.
TIBERIO II.

ſe eſſet, omni ope anniſurum, quo terram, quae ipſos aluerat, ſibi ſubiectam efficeret. Neque tamen, ſi bellum ad finem vſque perducere non poſſet, defectionis auctores, aut qui ex eorum genere et conſanguinitate eſſent, aut alium quemquam et, vt omnia verbo complecteretur, qui particeps reipublicae Romanae fieri vellet, vnquam deditum iri.

§. 22.

G ata et iucunda res Perſarum regi contigit, Romanos non renuere Armenia et Iberia cedere, modo harum regionum incolis, quo vellent ire habitatum, poteſtatem faceret. Nec ſine ratione, meo quidem iudicio, ſ) Satis enim nouerat, paucis exceptis ex principibus, qui defectionis ad Romanos auctores fuerant, fore, vt reliqui, amore et deſiderio terrae altricis capti (hoc enim natura omnibus hominibus ineſt, et eorum animos pungit) minime ad exteros demigrarent. In ſpem etiam adducebatur, bello poſito in commodiorem ſtatum res redactum iri. Praeterea regiones ipſae erant foecundae et omnium, quae ad vitam neceſſaria ſunt, feraces, vnde ampla tributa et vectigalia colligi poterant. Itaque Perſarum regi placuit his conditionibus a bello diſcedere.

Ad haec, ne qua in poſterum reſtaret belli cauſa, Caeſari venit in mentem cogitare, vt pro Perſarmenia et Iberia oppidum Daras a Perſis viciſſim acciperet. — aſſentiebantur Perſae. Sed non prius ceſſuri erant Romanis oppido Daras, — quam conſtaret, Romanos Armenia et Iberia exceſſiſſe.

§. 23.

Dum haec legati inter ſe diſceptabant, pugnatum eſt in Armenia, in qua pugna multum ſua ſpe exciderunt Romani: nam victi caeſique ſunt. [Qua elati victoria Perſae nullam de Daras oppido Romanis dedendo mentionem fieri ſuſtinuerunt, dicentes] Romanos — adhuc contra foedera poſſeſſioni Perſarmeniae

ſ) ἠπιςατο γαρ, πλην ὀλιγιςων των ἐν τελει, οἱ της ἀποςασεως ἠρξαν, ὡς οὐδεις Περσαρμενιων και Ιβηρων ποθῳ της θρεψαμενης, — ἀνασκευασοιντο ἐς την ὀθνειαν.

a. C. 574-582. *Imp.* TIBERIO II.

niae et Iberiae incumbere, et earum regionum incolas, qui a Perſis deficiebant, tueri et ſuſcipere. — Nihilo minus tamen conuenta res eſt, et quibusdam iuramentis fides praeſtita: ſi conuentiones, vt tunc ſe habebant, manerent, regem deinceps Caeſari Daras tanquam peculiare donum vrbem traditurum. Qua in re apparebat, eum minime ſalutaria Romano imperatori ſentire, et, quae a vero abhorrebant, dicere. Nam eo tendebat, vt Romani ſine vlla pugna Perſarmenia et Iberia excederent *t*).

Sub

Mauricio et Phoca nulla ſit Iberorum mentio.

§. 24.

Imp. HERACLIO. *Imp.* HERACLIO.

a. C. 624. a. 14. imp.

[IMPERATOR cum in Perſiam irruptionem facere pararet;] 22 exercitus, — ex Lazis maxime, Abaſgis et Iberis ſocii, conſilium huiusmodi exſequi auerſabantur: ex quo demum ingens ſuborta calamitas.

§. 25. a. 17. imp. a. M. 6118.

a. C. 627. a. C. 618.

[HERACLIVS ad flumen Zabas cum Perſis proelio congreſſus, inſigni potitus eſt victoria.] Ad haec BARSAMOESES, Iberorum, qui Perſis Romanisque ſubſunt, princeps viuus captus.

§. 26.

t) Horum etiam meminit Theophylactus Simocatta in Excerptis de Legatt. p. 178. *Tiberius per nuncios cum Hormiſda* [Chofroïs filio, Perſarum rege] *egit, vt vtrinque bellum componeretur. At vero ille ſuperbior hac legatione factus, voluit aperte ſibi tributum reddi a Romanis, Armenios et Iberos ſibi ſubiici, conſentientibus in hoc Romanis: neue amplius oppidum Daras a Caeſare tentaretur.*

22. THEOPHANES p. 259. Anaſtaſ. p. 93. Cfr. *Lazica* §. 138.

23. THEOPHANES p. 266. Anaſtaſ. p. 97.

v) Βαρσαμουσης. Anaſt. ita: *Porro tentus eſt viuus Barzamuſes princeps Hiberorum ſub Perſis degentium.*

Imp. HERACLIO.

a. C. 627.

§. 26.

24 HERACLIO x) imperatore cum armis contra Perſidem proficiſcente; icto foedere cum eo militarunt [Iberes]: ex eoque tempore metu magis Heraclii, Romanorum imperatoris, quam ſuis viribus ac armis multas vrbes terrasque Perſarum ſubiugarunt. Semel enim victi ac profligati ab Heraclio imperatore Perſae, corumque principatu deleto, facile non ab Iberibus tantum, ſed et a Saracenis vinci in poſterum potuerunt.

Sub
Conſtantino, Heraclii F. et reliquis imperatoribus vſque ad Conſtantinum Pogon. nulla fit Iberorum mentio.

24. CONSTANTINVS de Adm. Imp. p. 121, 122.

x) Praemiſſis nonnullis de origine principum Iberiae [vid. ſupra §. 8.] pergit Conſtantinus: *Deinde ita Heraclio* cet.

CAP. III.

CAPVT III.

Iberia a Saracenis, Romanis et Turcis infeſtata; Res Iberorum geſtae tempore Leonis Philoſophi eiusque filii Conſtantini Porph.; Genealogia principum Iberiae; ab a. C. 685 - 959.

Imp. IVSTINIANO *Rhin.* a. 1. imper. a. M. 6178. a. C. 678.

§. 27.

Imp. IVSTINIANO *Rhinotmeto.*
a. C. 685.

Hoc anno Abimelech [Saracenorum princeps pacem cum imperatore fecit, et inter alia conuenit, vt] vterque princeps iuſta et aequali portione Cypri, Armeniae et Iberiae vectigalia inter ſe diuiderent. 25

§. 28.

[EODEM adhuc anno Iuſtinianus] Leontium ducem cum Romanis copiis in Armeniam miſit. Hic, Saracenis, qui illic erant, occiſis, Armeniam Romanae ditioni ſubiicit, quemadmodum et Iberiam, et Albaniam, et Bulcaciam, et Mediam, 'et vectigalia inde collecta ad imperatorem tranſmiſit [a].' 26

Sub Leontio et Tiberio Apſim. nulla fit Iberorum mentio.

 §. 29.

25. THEOPHANES p. 302. Anaſtaſ. p. 115, 116.

26. THEOPHAN. p. 303. Anaſt. p. 116. Zonar. T. II. p. 92.

a) Cfr. *Alanica* §. 29.

Imp. IVSTINIANO Rhinot. a. M. 6209. a. C. 709. a. I. Iuſtiniani 2do imper.

§. 29.

a. C. 703.

27 [IVSTINIANVS in imperium reſtitutus, Leonem ex Iſauria oriundum] cum ingenti pecunia in Alaniam delegauit, vt Alanos in Abaſgiam, et Lazicen, et Iberiam concitaret b). —

Sub

Philippico et reliquis imperatoribus vſque ad Leonem Iſaur. nulla fit Iberorum mentio.

Imp. CONSTANTINO Cop. a. 24. imp. a. M. 6256. a. C. 756.

§. 30.

Imp. CONSTANTINO Copronymo.

a. C. 764.

28 HOC anno Turci in Caſpias portas et Iberiam irruptionem ſecundam fecerunt, pugnaque cum Arabibus conſerta, ex vtraque parte cecidere non pauci.

Sub

Leone Porphyrog. et reliquis imperatoribus vſque ad Leonem Arm. nulla fit Iberorum mentio.

Imp. MICHAELE Balbo.

§. 31.

Imp. MICHAELE Balbo.

a. C. 821. c)

29 [THOMAS contra imperatorem rebellans,] manum militum validam cum ipſe coëgit, tum ab Agarenis accepit; non ex noſtris modo vicinis collectam, ſed etiam ex remotioribus, Aegyptiis, Indis, Perſis, Aſſyriis, Armeniis, Chaldaeis, Iberis, Zicchis, Cabiris. His omnibus munitus atque ſtipatus — totum agebat ferebatque orientem.

Sub

Theophilo, Michaele III. et Baſilio Maced. nulla fit Iberorum mentio.

§. 32.

27. THEOPHAN. pag. 327, 328. Anaſt. p. 128.

b) Locum integrum vide in Alanicis §. 30. ſeqq.

28. THEOPHAN. p. 366. Anaſt. p. 149.

29. CEDRENVS T. II. p. 501.

c) Ad hunc annum initium rebellionis Thomae vulgo referunt.

§. 32.

Imp. LEONE Sapiente.

a. C. 886-911. d)

Imp. LEONE Sap.

[ADRANASER, Aſotii Iberorum principis filius e),] europalatae dignitate auctus fuit a Leone, Chriſti amante Romanorum imperatore. — 30

§. 33.

Chriſti f) autem amans Leo ille Porphyrogenitus ac praeclarus imperator audiens, Phaſianes eccleſias a Saracenis inuadentibus in caſtra conuerſas eſſe, Lalaconem patricium et Armeniacorum praetorem miſit, vna cum praetoribus Coloniae, Meſopotamiae Chaldiaeque, qui huiusmodi caſtra euerterunt, eccleſias liberarunt, totamque Phaſianen, quam tunc temporis Saraceni tenebant, deuaſtarunt. Poſtea rurſum Catacalum magiſtrum et ſcholarum domeſticum miſit, qui ſcum vrbem Theodoſiopolin inuaſiſſet, omnem circum regionem populatus, et Phaſianes terra vrbibusque vicinis ſimiliter perditis magno Saracenis hac re vulnere inflicto, domum rediit.

§. 34.

Impp. CONSTANTINO Porph. et ROMANO Lacap.

a. C. 919-944. g)

Impp. CONSTANTINO Porphyr. et ROMANO Lac.

Imperante vero Domino Romano Ioannes Curcuas magiſter contra Tibium vrbem h) proficiſcens, in tranſitu omnem Phaſianes regionem i), vtpote Saracenorum ditioni ſubditam, vaſtauit, quemadmodum et ea ipſa de cauſa k) ante eum Ioannis

N n 3 iſtius

30. CONSTANTINVS de Adm. Imp. p. 110-125. Id. ibid. p. 114, 115. legationis a Leone Sap. ad Taronis principem de filiis Arcaicae, Criconicii patricii, protoſpatharii Aſotii [an idem, cuius ſupra §. 8. facta eſt mentio?] patris, patruelibus repetendis, itemque ad Adranaſer (Αδρανασηρ) Iberiae Curopalaten miſſae meminit; de cauſa vero poſterioris nihil dicit.

d) Anni imperii Leonis ſap.

e) Vid. ſupra §. 8.

f) Continuantur, quae ſupra §. 8. attuli.

g) Anni, quibus Romanus Lacapenus vna cum Conſtantino Porph. imperium moderatus eſt.

h) κατα τε καςρε Τιβιε.

i) την πασαν χωραν της Φασιανης.

k) ἐπραιδευσε την τοιαυτην χωραν της Φασιανης, ὡς και τοτε ὑπο των Σαρακηνων δεσποζομενην.

Impp. CONSTANTINO *Porphyr.* et ROMANO *Lac.*

a. C. 919-944.

iſtius frater, Theophilus patricius, cum Chaldiae praetor eſſet. Quamdiu enim res cum Theodoſiopolitanis eſſet, in Phaſianes regione nullus locus illaeſus conſtitit, ne ad vrbem quidem Abnicum vſque l); Iberesque amicitiam ſemper colebant cum Theodoſiopolitanis, Abniciotis, Mantziciertanis et vniuerſa denique Perſide; ſed in Phaſiane nihil terrae poſſidebant.

§. 35.

Dominus autem Leo et Dominus Romanus, imperatores, imperatrixque noſtra m) ſaepenumero *Cetzeum* vrbem n) recipere et praeſidiarios imponere ſtatuerunt, ne amplius inde Theodoſiopoli commeatus ſuppeditaretur: affirmantes Curopalatae o) eiusque fratribus, ſimulac capta foret Theodoſiopolis, illam ſe reddituros; ſed Iberes hoc facere non ſuſtinuerunt, amore Theodoſiopolitanorum, ne eorum vrbs p) vaſtaretur, imperatorique Romano et imperatrici reſponderunt: Si hoc fecerimus, opprobrium erimus vicinis noſtris, Magiſtro et principi Abaſgiae, Baſpracanitae et gubernatoribus Armeniae; dicere item poſſent; infidos imperatori Iberas eſſe, nimirum Curopalaten ac eius fratres, neque illis confidere, ideoque hanc ab illis vrbem cepiſſe: quin potius mittat imperator turmarcham, aut Caeſarianum aliquem, qui in vrbe Cetzeo reſideat, et obſeruet. Reſcriptum autem receperunt in formam mandati, „Quid proderit, ſi turmarcha, aut Caeſarianus mittatur? qui ſi veniant cum decem, aut duodecim ad ſummum, viris, intrare poterunt et reſidere in diuerſorio, quod vos iis aſſignaueritis. Et quandoquidem multae viae ſunt, quibus Theodoſiopolin intrare licet, fieri non poteſt, vt ab vrbe proſpiciantur caruania q) Theodoſiopolin ingredientia, quae noctu intrare poſſunt, illis nihil tale cogitantibus„.

Iberes

l) ἐις το κάςρον τȣ Ἀβνικȣ.

m) *Zoë*, mater Conſtantini.

n) το κάςρον το Κετζεον.

o) *Iberorum* puta, regulo.

p) το κάςρον Θεοδοσιȣπολιν.

q) Καρβανια, vox Turcica, quae ſignificat multitudinem mercatorum aliorumque peregrinantium, qui ſimul iter inſtituunt, vt tanto tutius commeent. Bandur. in Animaduerſſ. ad h. l. p. 130.

a. C. 919-944.

Iberes itaque, quia vaſtari Theodoſiopolin nollent, ſed potius commeatus ſuppeditari, non obedierunt, neque vrbem Cetzeum tradiderunt, licet iuramentum ſcriptum acceperint, capta Theodoſiopoli, ſe hanc vrbem recepturos eſſe. Nullo enim modo voluerunt Iberes, loca Theodoſiopoli circumiacentia vaſtari aut diripi, vt neque vrbes Abnicum et Mantziciert eorumque territoria. Imp. CONSTANTINO Porphyr.

§. 36.

a. C. 945-956. r)

Inſtabat quoque curopalates de regione Phaſianes, eam totam cum vrbe Abnico poſtulans, praetendensque aureas ſe bullas habere a beato imperatore, Domino Romano, et a noſtra maieſtate; quarum item exemplaria ad nos miſit per *Zurbanelen* protoſpatharium *Azatum* ſuum s): quibus conſideratis, nihil haec iuuare ipſum comperimus. Aurea enim bulla ſoceri mei continet; „Spondere Curopalaten, vt ipſe ſcripto etiam propria manu iuramento confirmauit, in fide ſe imperii noſtri permanſurum, amicos quoque et hoſtes eosdem habiturum, orientem nobis ſubiecturum, vrbes expugnaturum et res pro nobis magnas geſturum„. Socerum autem meum reſpondere: „Si fidem ſeruet, ſi ſeruitutem officiaque haec praeſtet, et ipſum et eius poſteros principatum et auctoritatem hanc perpetuo habituros, dummodo ditionis ſuae fines nunquam transferat, ſed priorum imperatorum conuentis acquieſcat, neque ea tranſgrediatur, aut Theodoſiopoleos euerſionem impediat, aut aliarum vrbium hoſtilium, ſiue ab ipſo ſolo eae obſideantur, ſiue ab exercitu noſtro„. Atque haec quidem aurearum bullarum ſumma erant capita, quae curopalatae prodeſſe nihil poſſunt: nam quae ſoceri noſtri eſt, ea ſancit, ne antiquis ditionis ſuae terminis eum dimoueamus; quodque Theodoſiopolin et reliquas hoſtium vrbes vel ſolus, ſi poſſit, vel cum noſtris militibus obſidebit ſubiugabitque; ſed dominium [illegible] ac

r) Anni, quibus Conſtantinus Porph. ſolus imperium tenuit.

s) διὰ τȣ Ζȣρβανέλη [πρωτοσπαθαρίȣ] τȣ Ἀζάτȣ αὐτȣ. Vox Armenica eſt Ἄζατος et ſignificat ambidexter. Vid. Conſtant. de Them. p. [illegible]

Imp. CONSTANTINO *Porphyr.*

a. C. 945-956.

ac proprietatem non retinebit. Noſtrae autem ſumma eſt: „Vt Agarenorum quaecunque loca vel ipſe, vel affinis eius, magiſter Adranaſe t), ſuis copiis ſubiicere ſibi poterit, vel ab hoc vſque die ſubiecerit, eorum et dominium et proprietatem habeat. Et quandoquidem neque ſuis copiis Theodoſiopolin expugnauit, neque Abnicum, neque Maſtatum v), non debeat ea poſſidere, vtpote quae cis Erax flumen ſint, ſiue Phaſidem: tum etiam quia Abnicum ad hodiernum vſque diem ſui iuris fuerit, propriòque domino parens, et Ameram proprium habens, noſtris ſaepenumero illud populantibus„.

§. 37.

Verum etiam protoſpatharius Ioannes, praetorque Arrhabonites et Theophilus patricius, paulo ante Theodoſiopoleos praetor reliquique praetores praedam inde magnam et captiuorum multitudinem abduxerunt, incenſis pagis eius; quod nunquam a Curopalata factum eſt.

Hisque ita a nobis deletis, venerunt Iberes, eaque ceperunt, vrbem exinde tenere conati x). Ameras vero crebro compellatus a Theophilo patricio et praetore, nullam ſibi vitae ſpem eſſe videns, imperio ſe noſtro ſubmiſit, et filium obſidem dedit. Maſtatum vero Theodoſiopolitanorum erat; cumque Ioannes Magiſter Theodoſiopolin per ſeptem menſes obſideret, neque expugnare valeret, miſſo milite Maſtatum cepit, introducto illuc protoſpathario Petrona Boila, qui tunc temporis Nicopoleos capitaneus erat y).

§. 38.

At *Pancratius* magiſter z), qui vna cum Ioanne ante Theodoſiopolin ordines duxerat a), receſſurus, vrbem illam dari ſibi ab

t) ὁ μαγιστρος Ἀδρανασή.

v) το Μαστατον.

x) κατεκρατησαν αὐτης [τα χωρια] πειρωμενοι ἐκ τουτου το καστρον κρατησαι.

y) του τοτε ὀντος κατεπανω Νικοπολεως.

z) ὁ δε μαγιστρος Παγκρατιος.

a) συνταξιδευσας τῳ αὐτῳ μαγιστρῳ ἐν Θεοδοσιουπολει.

a. C. 945-956.

ab eo petiit, ſcripto iuramento affirmans, ſibi perpetuo eam ſe aſſeruaturum, neque vllo pacto Saracenis traditurum. Pancratius autem laudatus quia erat Chriſtianus et imperii noſtri ſubditus, fides iuramento ipſius habita eſt, eique vrbs concredita; at ille rurſus Theodoſiopolitanis reſtituit. Cumque Theodoſiopolis capta eſſet, venientes Iberes eam tenuerunt. itaque neque vrbis Maſtati neque Abnici repetendae facultatem habent. *Imp.* CONSTANTINO *Porphyr.*

Sed poſtquam Curopalates fidus ac integer ſeruus ac amicus noſter eſt, ad ipſius poſtulationem fiat terminus Phaſianes Erax fluuius, ſiue Phaſis; et ſiniſtras partes Illyrium verſus Iberes teneant [b]), dextrae vero verſus Theodoſiopolin tam vrbes, quam agri noſtri imperii ſint, flumine ſcilicet vtrasque diſterminante, quemadmodum etiam beatae memoriae Ioannes Curcuas, cum viueret, interrogatus expedire pronunciauit, vt flumen pro termino eſſet. Nam ſtricto iure nulla poteſtas Curopalatae competit neque in citeriora fluminis, neque in vlteriora: ſiquidem omnis ille Theodoſiopolitanorum tractus a noſtro milite igne ferroque vaſtatus eſt, neque vnquam ſine eo Iberes egreſſi Theodoſiopolin populati ſunt; ſed mutuam perpetuo amicitiam colentes negotia inter ſe exercebant: [c]) et verbo quidem deleri Theodoſiopolin volebant, re tamen ipſa nullo modo cupiebant, vt ea caperetur. Sed noſtra maieſtas, vt dictum eſt, propter adfectum in Curopalatem, terminum intermedium eſſe voluit fluuium Erax, ſiue Phaſin, qua quidem poſſeſſione contenti eſſe neque quidquam amplius petere debent.

§. 39.

a. C. 922. Indict. 10.

[ROMANO Lacapeno et Conſtantino Porphyrogenneta imperantibus, menſe Februario, indictione decima.] Iber Curopalata in 31

b) τα μεν αϱιστεϱα μεϱη τα πϱος την Ιλλυϱιαν [quam hic dicat Illyriam Conſtantinus, non expedio] κατεχεωσιν οἱ Ιβηϱες.

c) ἐπϱαγματευοντο μετ' αυτων.

31. CONTINVATOR THEOPHANIS p. 249. Georg. Monach. pag. 577. qui omnia vt Continuator Theoph. narrat.

Imp. CONSTANTINO *Porphyr.*

a. C. 927.

in vrbem [Conſtantinopolin] venit, perque medium forum deductus magnifico apparatu ornatum cum magna claritate et honore ſuſceptus eſt. Induxerunt etiam illum in Sanctae Sophiae [templum], vt ſacrae eius aedis pulchritudinem et immanitatem ac pretioſiſſimum cultum oculis ipſe luſtraret. Splendide namque ornantes auroque textis aulaeis parietes circumueſtientes, omnisque generis cultu decorantes, ſic eum admiſerunt. Ille mirandam immaniſque molis templi fabricam ſtupens, ſupraque modum admiratus illius pretioſiſſimum cultum, ac cum dixiſſet, „Sacrum hunc locum vere Dei habitaculum eſſe,„ domum reuerſus eſt.

§. 40.

De Iberum genealogia et oppido Adranutzio [d]).

32 Sciendum eſt, *Pancratium*, *Dauidem* et *Mampalin* [e]), quod *ſanctiſſimum* ſignificat, filios fuiſſe magni *Symbatii* Iberis [f]). Et Adranutze [g]) quidem in hereditatem Pancratio ceſſit, Dauidi vero alia regio [h]). Habuit autem Pancratius filios tres, *Adranaſer*, *Curcenium* et *Aſotium* patricium, qui etiam *Ciſcaſes* nuncupatur [i]): diuiſitque ipſis terras ſuas, et Adranutze Curcenii hereditas fuit; qui ſine liberis cum decederet, fratri Aſotio, qui et Ciſcaſe, id reliquit. At Aſotius patricius, qui et Ciſcaſes, generum ſibi aſciuit Curcenium [k]) illum magiſtrum, qui, principatu accepto, ſocero Aſotio Adranutze per vim ademit, et compenſationis vicem dedit Tyrocaſtrum, terramque, quam *Atzara* [l]) flumen alluit, confinem Romaniae ad *Colorin* [m]).

§. 41.

32. CONSTANTINVS de Adm. Imp. p. 125-129.

d) Eſt ipſa capitis inſcriptio, quae Gr. ſic habet: περι της γενεαλογιας των Ιβηρων και τȣ καστρȣ Αδρανȣτζιȣ.

e) Μαμπαλις.

f) τȣ μεγαλȣ Συμβατιȣ τȣ Ιβηρος.

g) το Αδρανȣτζη.

h) Hic deſiderari, quae de hereditate Mampalis dicenda erant, Meurſius ſuſpicatur.

i) Αδραναсερ (Cfr. tamen ſupra §. 8. 32.) Κȣρκενιον, — Ασωτιον τον και Κισκασην.

k) Κȣρκενην h. l. et infra aliquoties vocat Conſtantinus.

l) Ατζαρα.

m) συνορον της Ρωμανιας ἐις Κωλωριν.

a. C. 922?

Imp. CONSTANTINO Porphyr.

§. 41.

Vxor autem Aſotio huic patricio, ſiue Ciſcaſe, ſoror fuit Georgii magiſtri et Abaſgiae principis. Cumque diſſiderent inter ſe Curcenius magiſter et Georgius magiſter et Abaſgiae princeps, quia Aſotii patricii partibus faueret Abaſgiae princeps; potentia ac viribus antecellens Curcenius, eripuit etiam quod pro Adranutzio [n] ei dederat, expulitque, et in Abaſgiam profectus eſt.

Mortuo vero Curcenio magiſtro, Adranutzium accepit vxor eius, Aſotii patricii, ſiue Ciſcaſe, filia tanquam patrimonium. At cum Aſotius Curopalates, Georgius magiſter, Abaſgiae princeps, et Pancratius magiſter, iam dicti Curopalatae frater, Curcenii terram armis diuiderent, re inter ſe compoſita, vnuſquiſque propinquas ſibi partes cepit. Adranutzium [o] vero *Symbatio* propinquum erat, Dauidis, quem antea diximus, filio. Itaque omnes, comprehenſa Curcenii magiſtri vxore, Aſotii patricii ſiue Ciſcaſe filia, dixerunt ei, „Tu, cum mulier ſis, habere illam vrbem non potes„: deditque ei Symbatius pro illa pagos quoſdam, atque ita Adranutzium [p] ipſe accepit.

§. 42.

Et Iberum quidem horum cognatio ita habet. Mater Dauidis et Adranaſe Curopalatae duorum fratrum filiae erant, Symbatius autem, Dauidis filius, vxorem habuit filiam Pancratii magiſtri, qui pater Adranaſe pridem magiſtri; eaque defuncta Adranaſe ſororem accepit Symbatii, Dauidis filii.

§. 43.

Adranutzium vero munitum valde eſt, habetque vallum magnum inſtar magnae vrbis [q]. Et negotia Trapezuntis, Ibe-

Oo 2 riae

n) ὑπερ τȣ Ἀδρανȣτζιȣ.

o) το Ἀδρανȣτζη.

p) το Ἀδρανȣτζιν.

q) ἐχει δε και ϕαπατιν μεγα ὡς χωροπολιν. Banduriius in Animaduerſ. p. 130. „Nimirum *habebatque vallum magnum inſtar magnae vrbis*. Meurſius vero aliter interpretatur, *habetque territorium magnum inſtar regionis:* et pro χωροπολιν ſcribendum ait χωροπȣλον ſiue χωριοπȣλον„.

Imp. CONSTANTINO Porphyr.

a. C. 922?

riae et Abaſgiae totiusque Armeniae et Syriae illic agitantur, vnde capit magnum vectigal. Territorium vero vrbis Adranutzii, ſiue Arzen, amplum et fertile, eſtque clauis Iberiae, Abaſgiae et Miſchiorum r).

Beatus autem imperator dominus Romanus, miſit Conſtantem patricium et drungarium rei naualis, qui tunc temporis protoſpatharius et manclabita erat, deditque ei veſtem magiſtri, vt Curcenium Iberem magiſtrum crearet, qui quidem Conſtans, patricius reique naualis drungarius, cum Nicomediam vſque progreſſus eſſet, acceſſit Agapius monachus, Cymenae filius, qui tunc temporis in vrbe ſancta fuerat, voti cauſa, tranſiensque Iberiam Adranutzium venit.

§. 44.

Erat autem Aſotio patricio, ſiue Ciſcaſe, odium aduerſus generum Curcenium: itaque Agapio monacho dixit: „Adiuro te per Deum et per virtutem honorandae ac viuificae crucis, vt in vrbem abeas, imperatorique nuncies, aliquem ad me mittat, vrbemque hanc meam accipiat, et in poteſtate ſua habeat„. Agapius autem monachus in Vrbem veniens, imperatori narrauit, quaecunque ipſi Aſotius patricius, qui et Ciſcaſes, dixiſſet.

§. 45.

Cumque Conſtans, quem diximus, patricius et rei naualis drungarius Nicomediae eſſet, ad praefatum magiſtri Curcenii Iberis negotium deputatus, ex mandato imperatoris litteras accipit a patricio Symeone a ſecretis, quarum haec ſumma: „Iubet te ſanctus noſter imperator, relictis rebus omnibus, ad Aſotium patricium, ſiue Ciſcaſen, e veſtigio abire et vrbem Adranutzium ab eo accipere, quandoquidem per Agapium monachum ſacrae imperatoris maieſtati ſignificauit„, vti aliquem e ſuis fidum mittat, et Adranutzium, ipſius vrbem, accipiat. Vbi autem in Chaldiam veneris, adiunge tibi principes vtiles, quos fortes fidosque cognoueris, vrbemque ingredere et cape„.

§. 46.

r) των Μιχιων. Bandurius ad h. l. p. 151. „Ita etiam habetur in MSſ. verum pro Μιχιων ſcribendum puto cum Meurſio Μοχιων„.

A. C. 922?

Imp. CONSTANTINO Porphyr.

§. 46.

Cumque Conſtans, patricius et rei naualis drungarius, in Chaldiam profectus, ibique ſtrenuis turmae praefectis principibusque et militibus aſſumtis trecentis, in Iberiam veniſſet, detinuit eum beatae memoriae *Dauid*, Aſotii, pridem curopalatae, frater, interrogans, quonam ab imperatore et cuius rei cauſa miſſus, tantam ſecum multitudinem traheret. Timebant enim propter mortem Adranaſe Curopalatae, ne Curcenius ea dignitate ab imperatore ornaretur, quandoquidem inter Adranaſae curopalatae filios, poſt patris eorum obitum, et eorum patruelem contentiones ortae eſſent, et quia primum famulum cum ingenti munere ad imperatorem Curcenius miſiſſet, ad curopalatae aut magiſtri honorem petendum quatuor fratres, Adranaſae curopalatae filii, ſuſpicabantur, ideo eum illuc venire, vt Curcenium curopalaten faceret. At Conſtans patricius excuſauit, dicens: Curcenium ſibi magiſtrum creandum, eaque de cauſa cum tanto comitatu venire; atque ab illo diſcedentem iturum ad Dauidem magiſtrum; quippe laudatus Conſtans patricius habebat etiam ad Dauidem mandata ab imperatore ac munera.

Itaque abiens ad Curcenium praedictus patricius Conſtans, magiſtri honorem ei contulit: ingreſſusque patricii Aſotii, ſiue Ciſcaſe, vrbem Adranutzium, dedit ille quae mandata ab imperatore habebat, non de Adranutzio, ſed de aliis quibusdam rebus. Dixit autem ei Conſtans patricius, „Quamuis de Adranutzio quidem nihil mandatum hoc contineat; tamen, quia Agapius monachus imperatorem conueniens retulit ea, quae ei de Adranutzio praecepiſti, ideo me miſit, vti vrbem acciperem, et hos, quos adduco, illi imponerem.„

Cumque, vt antea dictum eſt, inter Aſotium patricium, ſiue Ciſcaſen, eiusque generum Curcenium inimicitiae eſſent, vrbem ſuam imperatori dare maluit. Habebat autem ad manum Conſtans patricius flammula, eaque patricio Aſotio, ſiue Ciſcaſe, dedit, qui ea accipiens conto circumpoſuit, et Conſtanti patricio dedit, vt in muris ea collocaret, vnde omnibus conſtaret, ex illo die vrbem illam ad imperatorem pertinere. Quod vbi Conſtans patricius feciſſet, flammulumque in muro poſuiſſet, Romanorum-

 que

Imp. CONSTANTINO *Porphyr.*

a. C. 922?

que imperatores pro more fauſtis acclamationibus proſecutus eſſet, omnibus innotuit, patricium Aſotium, ſiue Ciſcaſen, imperatori vrbem Adranutzium donaſſe.

§. 47

Magnus vero Dauid terram ſuam imperatori non dabat, quamuis finitima eſſet regioni Acampſe et Murgule s). Conſtans itaque patricius binas ad imperatores epiſtolas, rerum ſuarum ſucceſſum referentes, miſit, quarum vna de Curcenio erat, quem magiſtrum creaſſet, et quomodo is eum honorem accepiſſet, imperatoremque fauſtis acclamationibus proſecutus eſſet; altera de Adranutzio narrabat, et quomodo illud ab Aſotio patricio, ſiue Ciſcaſe, accepiſſet, magnum item diſſidium magnaque odia exercere inter ſeſe Aſotium patricium et generum eius Curcenium magiſtrum; item vt auxilia mitteret imperator, quae vrbi ei praeſidio eſſent; veniretque cum iis, ſi fieri poſſet, ſcholarum domeſticus.

§. 48.

Haec cum viderent Iberes, magiſter Curcenius et magiſter Dauid, Aſotii curopalatae frater, imperatori ſcripſerunt hunc in modum: „ Si maieſtas tua hoc permittit t), et in terram noſtram veniat, obſequium omne v) deferentes cum Saracenis nos iungemus, quandoquidem proelia cum Romanis gerere cogimur, et per vim coacti contra Adranutzium eiusque territorium et ipſam adeo Romaniam exercitum ducere debemus „.

His

s) κἂν ταχα συνορῆ την τȣρμαν τȣ Ακαμψη και τȣ Μȣργȣλη. Bandurius ad h. l. p. 131. „Τȣρμα hic pro *regione*; quippe prouinciarum praefecturae diſtinguebantur in τȣρμας, *turmae* vero εις βανδα ſeu τοποτηρησιας: ſic autem propterea appellatae, quod eiusmodi militares turmae in praeſidiis eſſent in ſtatis regionibus prouinciarum. Et quidem haec vox occurrit non ſemel eodem ſignificatu apud ſcriptorem noſtrum „.

t) ἐι τȣτο καταδεξηται ἡ βασιλεια σȣ.

v) της δȣλωσεως της βασιλειας σȣ.

a. C. 922?

Imp. CONSTANTINO *Porphyr.*

His intellectis cum per litteras praedictorum principum, tum per homines ab ipſis miſſos, veritus, ne, viribus cum Saracenis coniunctis, Perſiae copias contra Romaniam educerent, Conſtanti protoſpathario manclabitae de vrbe hac eiusque ditione accipienda ſcripſiſſe ſe negabat, ſed propria id imprudentia, vt ita dicam, eum feciſſe. Et haec quidem dicebat imperator, omnino eos delinire cupiens; mandatumque ipſe Conſtans protoſpatharius et manclabita accepit cum conuiciis et minis, cuiusnam iuſſu haec feciſſet; quin potius vrbe exiret, et Aſotium, defuncti Adranaſae curopalatae filium, ſecum aſſumeret, atque in vrbem adduceret, vt dignitate paterna curopalatae augeretur.

§. 49.

Haec vbi accepiſſet patricius Conſtans x), Aſotium patricium, ſiue Ciſcaſen, in vrbe ſua Adranutzio reliquit, adeoque egreſſus ad Dauidem magnum profectus, cui mandata, quae ad ipſum habebat, expoſuit; et reuertens in Iberiam venit, vbi congregatos ſuper ea ipſa re magiſtrum Curcenium, magiſtrum Dauidem, Aſotii curopalatae fratrem, inuenit. coeperuntque contendere et conuiciari Conſtanti patricio, veluti homini verſipelli et maligno, quod conſilium ſuum de Adranutzio occupando ipſis non aperuiſſet, et quod non ſignificaſſet, id imperatori expedire. Seſe quoque rem ad imperatorem retuliſſe, et comperiſſe, nihil illi de ea conſtare, ſed ipſum hoc ſua ſponte feciſſe in gratiam patricii Aſotii, ſiue Ciſcaſe. Conſtans vero patricius ea pro ſua defenſione reſpondit, quae neceſſaria videbantur, et Aſotium, Adranaſe curopalatae filium, aſſumtum in vrbem duxit, vbi ab imperatore curopalatae dignitatem accepit.

§. 50.

AD curopalaten Iberiae bulla aurea biſoldia. Mandatum a 33
Dominis Chriſtum amantibus ad illum glorioſiſſimum curopalaten.
Habet

x) Gr. habent Κωνςας, vt ſupra; interpres, *Conſtantinus*, et ita quidem in Editis ſemper, in MSS. vero Κωνςας legi monet Bandurius.

33. CONSTANTINVS de Cerim. A. B. T. II. p. 397.

Imp. CONSTANTINO Porphyr.

a. C. 959.

Habet autem europalates appoſitas ſibi quatuor adhuc alias poteſtates; nempe praefectos *Beriaſach*, *Carnataae*, *Cuel* et *Atzara*, tractuum Iberiae y). Ad quos haec dirigitur inſcriptio: Mandatum a Dominis Chriſtum amantibus ad illum.

Inſcriptio ad tres catholicos, Armeniae vnum, alterum Iberiae, denique Albaniae: Mandatum a philochriſtis dominis ad illum piiſſimum cathegetem, ſeu conductorem illius prouinciae.

y) *εις τον αρχοντα τȣ Βεριασαχ*, Ιβηρια. ε. τ. α. τ. Καρνατανης, Ιβηρια. ε. τ. α. τȣ Κȣελ, Ιβ. ε. τ. α. τ. Ατζαρα, Ιβ.

Codinus in Notitt. Graec. Epiſcopatuum pag. 364. haec habet: *Quartus ſanctiſſimus et Apoſtolicus thronus Antiochiae et patriarchicus — complectens verſus ortum ſolis iter LXXXVII. dierum — verſus Iberiam et Abaſgiam, — Perſas, Medos — comprehendit.*

CAP. IV.

CAPVT IV.

Iberi Romanorum in bellis ſocii; bellum inter Conſtantinum Monomachum et Anii principem, Iberorumque in eo partes; domeſticum Pancratii, Iberorum regis, cum Liparite, Ibero, bellum; iteratae Turcorum in Iberiam irruptiones; Iberi Tataris ſubiecti; ab a. C. 964-1306.

§. 51.

Imp. NICEPHORO *Phoca*,

a. C. 964.

Imp. NICEPHO-RO *Phoca*. a. 2. imp. indict. 7.

ANNO imperii ſui ſecundo, menſe Iulio, indictione ſeptima 34
Nicephorus magnum exercitum Romanorum ac ſociorum Iberorum et Armeniorum in Ciliciam ducit, comitatus vxore ſua Theophanone et liberis. — Ingreſſus — Ciliciam, Anabarzan, Roſſum et Adanam vrbes aliaque haud pauca ſubigit caſtella. —

Sub Ioanne Tzimiſce nulla fit Iberorum mentio.

§. 52.

34. CEDRENVS T. II. p. 654.

Impp. CONSTANTINO et BASILIO *Porphh.*

§. 52.

Impp. CONSTANTINO *et* BASILIO *Porphh.*

a. C. 976. a)

35 [BARDAS Phocas contra Bardam Sclerum, rebellem, cum exercitu miſſus, ad Thermas imperatorias proelio commiſſo victus,] quanta fieri poterat celeritate in Iberiam abit; 'et a DAVIDO, eius regionis principe b), ſuppetias petit: et impetrat ſane haud exiguas. erat enim Phocas amicitia iunctus Dauido, ex eo tempore, quo Chaldiae dux fuerat. Cum his et ſuis, quos ex fuga collegerat, ad Pancaleam (campus eſt latus ac rei equeſtri aptus, proxime Alyn flumen ſitus) ducit — [vbi ſingulari certamine cum Barda Sclero Phocas congreſſus, hoſte grauiter vulnerato, victor diſceſſit].

§. 53.

a. C. 989. c)

36 CIVILIVM bellorum [a Bardo Sclero et Barda Phoca excitatorum] mole ac curis liberatus imperator [Baſilius, rebus in occidente compoſitis] in Iberiam proficiſcitur: nam eius regionis curopalates Dauidus moriens imperatorem ſuarum poſſeſſionum heredem ſcripſerat. Eo igitur profectus, 'conſtituta hereditate d), et *Georgio*, Dauidi fratre, eo adducto, vt is, ſe interiore Iberia contentum fore neque aliena inuaſurum, promitteret: icto foedere cum eo, et accepto eius filio obſide, in Phoeniciam pergit.

§. 54.

35. Id. ibid. p. 692.

a) Hoc anno Bardas Sclerus a militibus imperator ſalutatus eſt.

b) *και Δαβιδ τω* [in marg. *Ἰωαννῃ*, Scylitzes] *των Ἰβηρων ἀρχοντι προσελθων.*

36. CEDRENVS T. II. p. 701. Zonaras T. II. p. 223. qui omnia vt Cedrenus.

c) Hoc anno, menſe Aprili indict. 2. a. M. 6497. teſte Cedreno, Bardas Phocas obiit.

d) *και την δοθεισαν αὐτῳ κληρονομιαν καταςησαμενος.* Zonar. *και της καταλειφθεισης αὐτῳ χωρας ἐπιλαβομενος.*

§. 54.

Impp. CONSTANTINO et BASILIO *Porphh.* Indict. 14.

a. C. 1016. e)

[BASILIVS imperator iterum in Bulgariam, Caſtoriam vſque, progreſſus,] retro abduxit. Acceperat enim litteras a *Tzitzicio*, Doroſtoli praefecto, *Theudati* Iberi patricii filio f), quibus indicabatur, Cracram [Bulgarum] cum numeroſiſſimo exercitu g) — irrupturum. 37

§. 55.

Imp. ROMANO *Argyro.*

Imp. ROMANO *Arg.*

a. C. 1028. h)

GEORGIVS et *Baraſbatze* i), qui in monte Atho Iberorum Monaſterium condidit, patrueles patricii *Theudati* k), [ob coniurationem factam] grauiter verberati, et per viam publicam ducti deportantur. 38

§. 56.

Imp. MICHAELE *Paphlagone.*

Imp. MICHAELE *Paphl.*

a. C. 1038.

[ANNO mundi 6546.] indictione ſexta parum abfuit, ne Edeſſa dolo caperetur, Deo, ne id fieret, impediente. Praeerat 39
vrbi ei Paraſbatzes l) Iberus protoſpatharius. Accedunt ad eum Arabes primarii viri duodecim, cum equitibus decem et totidem camelis arcas portantibus, in quibus duo armatorum millia latebant, ſeque ad imperatorem munerum offerendorum cauſa ire aiunt: ſtatuerant vero arcis in vrbem illatis noctu milites promere

37. CEDREN. T. II. p. 711.

e) A. M. 6524. habet Cedrenus p. 710.

Id. p. 718. Georgium, Auaſgiae principem, a Liparita rebelle victum in interiores Iberiae montes fuga euaſiſſe refert. Locum ipſum vide in *Auaſgicis* §. 18, 19.

f) Τζιτζικιου, του υἱου του πατρικιου Θευδατη του Ιβηρος.

g) Cfr. *Tom. II. Bulgaricis* §. 164.

38. Id. ibid. p. 724.

h) Hoc anno Romanus Arg. rerum potitus eſt.

i) Βαρασβατζε.

k) Idem, credo, cuius §. 54. facta eſt mentio.

39. Id. ibid. p. 741, 742.

l) Idem forte, de quo §. 55. relatum legitur.

Imp. MICHAELE *Paphl.*

a. C. 1038.

mere et vrbem occupare. Paraſbatzes principes comiter accipit, et conuiuium praebet: equites tamen et impedimenta in vrbem non admittit. [Armenius quidam, re detecta,] ad vrbis praefectum accurrens, id nunciat. Is, in conuiuio relictis principibus, cum ſuis armatis exit, direptisque arcis inuentos Saracenos milites ad vnum omnes vna cum equitibus et agaſonibus occidit. Inde in vrbem reuerſus, de principibus vnum praecipuum, reliquis interfectis, manibus, auribus ac naſo mutilat, domumque rei geſtae nuncium eum mittit.

§. 57.

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

Imp. CONSTANTINO *Mon.* Indict. 13.

a. C. 1045 - 1047. m)

40 INDICTIONE decima tertia bellum de Anio coepit. Sed exponendum eſt, cur et qua ratione Anii principi quieſcenti nullaque ab eo orta iniuria imperator bellum intulerit. 'Georgius, Abaſgorum princeps n), bellum aduerſus Romanos mouens, ſocium eius habuerat Iobaneſicam o), Anii dominum. Verum vbi Baſilius imperator, in Iberiam cum exercitu profectus, Georgium proelio fregit p): Iobaneſices metuens, ne ob belli ſocietatem iratus imperator durius de ſe ſtatueret, cum clauibus vrbis ad eum transfugerat, ſeque et claues ei vltro dediderat. Quam eius calliditatem approbans Baſilius, magiſtri honore ornatum Anii et Armeniae, quae magna dicitur, praefectum eum vſque ad vitae eius exitum conſtituerat: ſcripta cautione profeſſum, mortuo ipſo eam praefecturam ad ſuum dominum redituram partemque Romanae ditionis futuram.

Mortuo Baſilio atque multis poſt annis Iobaneſica, filius huius Cacicius q) occupata praefectura, pacem ſocietatemque cum Roma-

40. CEDREN. T. II. p. 761 - 764.

m) His annis bellum de Anio geſtum eſt, coll. Cedr. p. 764. vbi indictionis primae mentio fit.

n) Γεωργιος ὁ Αβασγων [in marg. των Βουλγαρων. Scylitzes] ἀρχηγος.

o) Ιοβανεσικης, infra Ιωβανεσικης.

p) Vide ſupra §. 53. Cfr. et *Auaſgica* §. 18, 19.

q) Κακικιος.

a. C. 1045-1047.

Romanis ſeruauit, paternam interim ditionem retinens, Romanis, quod ſcriptum iubebat, nequaquam reddidit. *Imp. CONSTANTINO Mon.*

§. 58.

Monomachus, pacti formula in archiuo reperta, Anium vniuerſamque Armeniam, vt Baſilii heres, repoſcit. Cumque Cacicius ſeruum quidem ſe profiteretur Romanorum, nollet autem paterna ditione carere [r]: bello ſuas res repetere imperator ſtatuit. Proinde collectum exercitum *Michaeli Beſtae Iaſitae*, qui iam tum praefectus Iberiae erat deſignatus [s], tradit, mandatque, vt Cacicio bellum faciat. Atque is in prouinciam profectus, mandata imperatoris pro virili exſequitur. Cacicius, ſe pro amico et ſocio Romanorum hoſtem iudicatum ſentiens, ipſe etiam ſuis contractis copiis, ſe, quantum res ferebat, tueri intendit.

Cum autem res Iaſitae male ſuccederent, mittitur etiam Nicolaus praeſes ſcholarum domeſticus, accubitor quondam [t] Conſtantini imperatoris, cum grandi exercitu, vt vel multitudine opprimeretur Cacicius. Mittit etiam litteras imperator ad Apleſpharem [v], Tibii et, quae circa Araxen fluuium eſt, Perſarmeniae praefectum: hortaturque eum, vt, quantum poſſit, magnam Armeniam et ditionem Cacicii infeſtet.

§. 59.

Nicolaus vbi in prouinciam peruenit, ſtatim ſe rei gerendae dat, litterasque imperatoris ad Apleſpharem mittit: ipſe vna ſcribens, eumque donis et pollicitationibus inſtigans, vt imperatoris voluntati morem gerat. Reſcribit is, ea conditione ſe id facturum, ſi imperator litteris ad ſe miſſis paciſcatur, ſe ipſi omnium, quaecunque ipſe Cacicio belli iure eripuiſſet, firmam poſſeſſionem ac dominium concedere. Hanc conditionem imperator probauit, aurea-

r) Haec, vt in margine adnotatur, e Scylitze ſupplentur.

s) Μιχαηλ Βεϛῃ τῳ Ιασιτῃ ἀρχοντι. φθασαντι προβληθηναι της Ιβηριας. Huius Iaſitae etiam infra meminit Cedrenus pag. 766. Glycas p. 320.

t) Haec vox in Gr. abeſt.

v) Απλησφαρην. ita et infra: interpres cuius nunc *Apleſpharem*, nunc *Apleſpharium* vocat.

Imp. CONSTANTINO *Mon.*

a. C. 1045 - 1047.

aureaque bulla id poſtulatum Apleſpharis ratum ſe habere teſtatus eſt. qua accepta, Apleſphares ſtatim rem aggreſſus, multas Cacicii arces ac munitiones expugnatas occupauit. Cacicius a Romanis oppugnatus copiis et a Tibanio praefecto infeſtatus, rebus deſperatis, cum Nicolao pacem facit, per eumque ſe et vrbem imperatori dedit. ad quem profectus, ab eoque magiſterii dignitate decoratus, ampliſſimisque in Cappadocia ad Charſianumque et Licandrum praediis donatus, vitam exinde pacatam ac tranquillam egit.

§. 60.

Monomachus capta a Tibii praefecto caſtella et oppida, vt partem Aniacae ditionis, repoſcens, cum ea Apleſphares ſponte non dimitteret; ſed aurea bulla niteretur: Nicolao praecipit, vt cum Romano et Iberico exercitu et copiis Armeniae magnae, quas Cacicius duxerat, bellum ei faciat. Nicolaus, contractis omnibus copiis, 'Beſtarcham Iaſitam x) eis praeficit, et ſuum ſeruum, Conſtantinum magiſtrum Alanum, eosque ad oppugnandum Tibium mittit. Erat Apleſphares homo, vt quiſquam alius, bellicarum artium peritiſſimus, gnarus rei gerendae et conſilia hoſtium eludere callidus. Is cum ſe pugnae cum Romanis committendae imparem ſentiret, intra muros ſe continet, amnemque alluentem auertit, ita vt omnem vrbi vicinam planitiem is inundaret, ſtagnoque et coeno paludis morem oppleret: et in vineis, quae circum vrbem in orbem erant ſitae, ſagittarios pedites abdit, et exſpectare ſignum, quod ipſe tuba daturus eſſet, iubet. Ita inſtructus, aduentum hoſtium opperitur.

Romanorum autem ductores prae metu ac deſperatione rerum vrbi ſe incluſiſſe et campum aqua oppleuiſſe Apleſpharem opinati, promiſcue et nullo ordine, alii equites, alii ab equis digreſſi, vt cuique placebat, ad vrbem occurrunt, primo ſcilicet aggreſſu eam capturi. Vbi in vias peruenere, quae per medias ducebant vineas, iamque vrbi ſubiuerunt, claſſicum Apleſphares canit. et pedites ex inſidiis coorti, alii ſagittis, alii ſaxis Romanos

x) τον Βεςαρχην [*protoueſtiarium*, Μιχαηλ] τον Ιασιτην. in marg. e Scylitze additur

nos impetunt, alii deſuper de ſeptis vinearum vulnerant; cum quidem Romanis ſui defendendi omnis eſſet erepta facultas. Ingens tum clades accepta et Romanorum innumerabilis caeſa multitudo, cum equi fugere non poſſent limo et lacunis impediti. Aegre elapſi Iaſites et Conſtantinus Anium peruenerunt, Nicolaoque calamitatis nuncii fuerunt.

§. 61.

De qua clade certior factus imperator, Nicolao et Iaſitae abrogat magiſtratum, loco Iaſitae ducem Iberiae y) facit Ambuſtum; pro Nicolao imperatorem exercitus creat Conſtantinum magnae ſodalitatis principem, eunuchum, a Saracenis oriundum, ſibi fidum hominem —. Hi autem prouinciam ingreſſi, collectisque exercitibus ad rem gerendam conuerſi, vrbem Tibium, quae erat eius gentis metropolis, oppugnare incommodum rati, reliqua ad Anium pertinentia caſtella tentant: capiuntque Sanctam Mariam, Ampierum, Sanctum Gregorium, admodum munitas et praeruptis impoſitas ſaxis arces, Apleſphare ſaepe opem iis, dum oppugnarentur, ferre conato, ſemperque victo. Inde ad caſtellum Chelidonium z) veniunt, ſitum in praecipiti colle, haud longe a Tibio. Id cum vallo foſſaque circumueniſſent, obſidione capere intendunt; quod iam praeſidiarios res ad victum neceſſariae deſtituebant, ſubita obſidione praeuentos, ne earum copiam importarent, fuiſſentque eo potiti, niſi in occidente repente patricii Leonis Tornicii exarſiſſet defectio. Is Leo cum Iberiam gubernaret, affectatae tyrannidis accuſatus magiſtratuque ſpoliatus, rurſusque vitam monaſticam agere iuſſus erat a). [Quo rebellionem faciente, imperator] in Iberiam nuncium equis diſpoſitis mittit ad Conſtantinum, omiſſis, quae in manibus erant, celerrime

y) δȣξ Ιβηϱιας.

z) Κελιδονιον, ita etiam infra ſcribitur.

a) De quo Zonaras T. II. pag. 251. *Imperator — ſincerum illum ſororis* [Euprepiae] *erga Tornicium affectum grauiter moleſteque ferens, vt eos longe ſeiungeret, Tornicium Iberibus Romanae ditionis praefecit, relegatione ſpecioſo titulo obumbrata.* — Quae de Leone Tornicio Iberiae praetore et Conſtantino inde reuocato Cedrenus narrat, habet etiam Glycas p. 320.

Imp. CONSTANTINO *Mon.*

a. C. 1045 - 1047.

me ad Conſtantinopolin cum exercitu venire iubens. Is, acceptis litteris, quamquam iam potiturus Chelidonio videbatur, ſoluta obſidione, cum Apleſphare pacem foedusque componit, iurato et diris etiam, ni promiſſa impleret, imprecationibus ſe deuouente, ſe in fide imperatoris permanſurum, neque quicquam contra Romanos moliturum: his ita actis, ad vrbem cum exercitu feſtinat. Hoc modo Chelidonium liberatum.

§. 62.

a. C. 1048.

41 PANCRATIVS — Iberiae regulus b), homo impudicus, vxorem Liparitae violauit. Erat is *Liparites* Horatii Liparitae filius, — magnae poſt Pancratium inter Iberos potentiae. Hic ergo — arma contra Pancratium ſumit, victumque proelio ad Caucaſum et in interiorem Abaſgiam compellit. Ipſe regia occupata, dominam ſuam, Pancratii matrem, vi ſtuprat, totaque Iberia potitur. 'Tandem imperatore Romano ſuam interponente auctoritatem, pax hac lege reſtituta eſt', vt Pancratius omnem Iberiam atque Abaſgiam obtineat, Liparita autem parti Meſchiae per omnem vitam praeſit,' ac Pancratium dominum regemque ſuum agnoſcat. —

§. 63.

42 a) [TVRCIS ſub idem tempus c) cum magno exercitu Aſane duce in Baaſpracaniam irrumpentibus, praefectus huius pro-

a) ZONARAS: Alimo Abramio contra Romanos mouente, *Baaſpracanis* [olim Mediae dictae] *praetor petitis ab imperatore auxiliis, Liparitam, partis Iberiae dynaſtam, exſpectabat, neque cum Turcis ſibi dimicandum cenſebat, priusquam ex mandato imperatoris Iberum auxiliares copiae adueniſſent.*

41. CEDREN. T. II. p. 770. Cfr. *Abaſgica* §. 25, 26.

b) Παγκράτιος ὁ τῆς Ἰβηρίας ἀρχηγός.

42. Id. ibid. p. 770-774. Zonar. T. II. p. 256, 257.

c) Quo ea, quae in §pho praec. leguntur, geſta ſunt: iis certe ſtatim ſubiunguntur.

a. C. 1048.

Imp. CONSTANTINO Mon.

prouinciae d)] Aaron Beſta — 'Catacalonem Beſtam Ambuſtum, Anii atque Iberiae praefectum e), litteris miſſis hortatur, vt ſibi ſuppetias quamprimum ferat. Ambuſtus, litteris acceptis, dicto citius ſuos excitat, cumque iis ad Aaronem ſe confert. 'Hi copiis coniunctis, Turcos ſecure accedentes ex inſidiis adorti, clade afficiunt. De quibus certior factus Sultanus, magnum rurſus exercitum, Abramio Alimo fratre duce, contra Romanos emittit. Romani duces de ratione bellum gerendi deliberatione inſtituta f),' profecti in Iberiam, 'in planitie quadam, quae incolarum ſermone *Oſurtru* dicitur g), caſtris ſub dio poſitis quieuerunt, omni prius agreſti turba, mulieribus, pueris ac quae pretioſa haberent, in munitiones incluſis, et imperatorem curſori traditis litteris de aduentu hoſtium certiorem fecerunt.

§. 64.

Imperator, litteris lectis, ducibus iſtis mandat, vti ſe contineant, donec Liparites h) cum Ibericis copiis ad ipſos perueniat. Et Lipariten per litteras hortatur, vt, ſiquidem ſocius ſit amicusque Romanorum, abſque vlla mora cum omnibus ſuis copiis ſe ducibus Romanis adiungat i). Duces, acceptis litteris, quieuerunt, vti erant iuſſi, et Lipariten exſpectarunt. Atque is, imperatoris mandato percepto, ſuos per otium collegit, atque armauit.

§. 65.

Dum id fit, ac tempus teritur, 'Abramius, Romanorum in Iberiam receſſu cognito, metu eos abiiſſe ratus, eodem, proelio decertaturus, copias ducit k).' Certiores de hac re facti duces impe-

d) Cfr. *Tom. III. Turcica* §. 55, 56.

e) *προς τὸν Βεστην Κατακαλων τον Κεκαυμενον, τον Ανιου και Ιβηριας καταρχοντα.* De quo vide ſupra §. 61. vbi Iberiae tantum dux creatus dicebatur.

f) Cfr. *Tom. III. Turcica* §. 56, 57.

g) *κατα τινα πεδιαδα ἐγχωριως Οσουρτρου λεγομενον.*

h) De quo ſupra §. 62.

i) *και μετ᾽ ἀυτων διαπολεμησαι προς τους βαρβαρους* omiſit interpres.

k) Cfr. *Turcica* §. 58.

Imp. CONSTANTINO *Mon.*

a. C. 1048.

imperatoris, ac veriti, ne vel inuiti cogerentur ante Liparitae aduentum pugnare, ſubduxerunt ſe in locum quemdam aditu difficilem, praecipitiis vndique et conuallibus cinctum, atque ibi quieuerunt: et ad Lipariten ſcripſerunt, vt abſque cunctatione veniat. ' Qui dum a Romanis ducibus exſpectatur, Turci Artzen, pagum et incolis frequentiſſimum et opulentiſſimum, domibus igne iniecto, ceperunt; indeque mouentes Romanum quaeſiuerunt exercitum [l].'

§. 66.

β) Romani autem, cum iam Liparites ad eos veniſſet, e dicta munitione deſcendentes in planitiem ad radices collis, cui *Capatrum* caſtellum [m] eſt impoſitum. Aduentantibus ergo Turcis diſſipato agmine, rurſum conſuluit Ambuſtus, vt in diſperſos et nullis adhuc ordinibus inſtructis vagantes fieret impetus: ſed Liparites a pugna abhorrebat, quod Sabbathum inter dies atros atque infauſtos haberet. erat autem tum Sabbathum dies decima octaua Septembris, indictione ſecunda. Sed Abramius ex praecurſoribus intelligens, quo loco Romani caſtra haberent, vtque quieſcerent, compoſito ad pugnam agmine ad eos acceſſit. Quod

β) ZONARAS: Turci Artze potiti, *inde iterum contra Romanum exercitum properarunt. Cum Liparites cum Iberibus iam adeſſet, ſub veſperam commiſſo ad Bulytum proelio, Alimus et Chorosanes, alter barbarorum dux, cum ſuis conuerſi fugerunt, Romanis eos in multam noctem perſecutis. Liparites vero in alio cornu pugnans ab hoſtibus captus fuerat. quem dum Romani in caſtra reuerſi diu exſpectant, caſus illius ignari, quidam nunciat, captum ab hoſtibus feſtinanter abduci. Quo cognito illi in moerore erant, barbari vero Lipariten ad Sultanum perduxerunt. Imperator autem liberandi illius cupidus, magnam pecuniam eius redimendi ergo et munera Sultano miſit, petens, vt Turci cum Romanis foedus ferirent. cui Sultanus Lipariten gratis reſtituit, omni pecunia illi tradita, pro quo miſſa erat: hortatus, ne in poſterum arma contra Turcos ſumeret.*

l) Cfr. *Turcica* §. 59.

m) τὸ Καπετρε φρέριον.

a. C. 1048. Imp. CONSTANTINO Mon.

Quod Romani videntes, ipſi quoque inuiti ordines inſtruxerunt, dextro cornu Ambuſtus, laeuo Aaron praefectus, Liparites mediam ducebat aciem. Ambuſto oppoſitus erat Abramius, Aaroni alter ducum Turcicorum Chorasanites, Liparitae Aſpam Selarius, Abramii ex altero duntaxat parentum frater.

Proelium initum eſt ſolis iam imminente occaſu: et cum Ambuſtus, tum Aaron vterque ſibi oppoſitos hoſtes fuderunt, atque vſque ad galli cantum perſecuti ſunt. Liparites autem patruelem ſuum occubuiſſe aegre ferens, dum impetum vehementiorem dat, equo ſuo occiſo, capitur. Romani a perſecutione reuerſi, — Lipariten exſpectant, quem et ipſum putant inſequendis hoſtibus ſe dediſſe. Cum autem nullus compareret, ſollicitudo eos inceſſit, incertos, quidnam ei eueniſſet. Haerentibus eis, venit quidam, qui ſub Liparita militauerat, eumque victum et captum nunciat; vtque Abramius a fuga reuerſus, et cum ſuo coniunctus fratre germano — accelerato itinere, abducto ſecum Liparita et captiuis liberis redierint Caſtrocomium.

§. 67.

Duces Romani ad eum obſtupuerunt nuncium, 'et poſtero die alii quidem Ibanem, Baaſpracaniae metropolin, alii Anium redierunt.' Caeterum Abramius Liparita capto contentus, — magnis itineribus ad Re quinque dierum ſpatio peruenit: atque inde diſcedens, rei feliciter geſtae nuncios ad Sultanum mittit, Liparitam captum indicantes. Sultanus, ſimulata laetitia ob captum tantum virum, interim tantam fratri rei gerendae felicitatem inuidens, aſſidue de eo tollendo cogitauit, anſamque captauit.

Imperator Liparitam captum eſſe audiens, totus in eo fuit, vt eum liberaret. Miſſo itaque ad Sultanum Georgio Droſo, ſcriba Aaronis, cum muneribus, pro redimendo eo pretioſis, ſimul et hunc ſibi reddi et pacem componi poſtulat. Sultanus, acceptis legatis, vt magnificus videretur potius rex, quam qui bellum cauponaretur, pro dono imperatori mittit Liparitam: et quae eius redimendi cauſa imperator miſerat, accipit quidem; ſed omnibus

Imp. CONSTANTINO Mon.

a. C. 1048.

iis Liparitam donat, hortatus, vt eius in poſterum diei memoriam coleret, neque contra Turcos arma ſumeret [n].

§. 68.

a. C. 1050.

43 [NON diu poſt Sultanus ob contemtos ſuos legatos] fremens cum omnibus ſuis copiis in Romanam ditionem intrat. Cum vero vſque ad *Comium* perueniſſet, nihilque memorabile agere potuiſſet, quod incolae ſe et res neceſſarias caſtellis, 'qualia per Iberiam et plurima ſunt et munitiſſima [o]), mature incluſerant: vlterius progredi non auſus — rediit in Baaſpracaniam. —

§. 69.

a. C. 1052.

44 [CVTLVMVSVS Abramii conſobrinus, hunc contra Sultanum fratrem armis iuuans, vincitur, et, Abramio capto, fugit.] Hunc a tergo inſequens Sultanus cum ſuis copiis, in Iberiam venit: ideoque Cutlumuſus ad Sabam et felicem Arabiam fugit. Sultanus in Iberia obuia quaeque populando atque incendiis vaſtat. Itaque celeriter imperator Michaelem acoluthum [p]) ex occidente reuocatum in Iberiam mittit. Qui cum eo veniſſet, collectis per Chaldiam ac Iberiam diſperſis Francis ac Barangis, compeſcere quocunque modo graſſationes Sultani conatur. Sultanus, celeri huius aduentu cognito, ſentiensque, velle illum exercitu collecto ſecum pugna congredi, — caſtris motis omni cum exercitu ſuo ad Tabrezium abit.

§. 70.

n) In ſequentibus belli Patzinacici meminit Cedrenus, eoque captos Patzinacas in Iberiam, vt contra Turcos pugnarent, miſſos eſſe narrat p. 778. et Zonaras Tom. II. p. 258. loca ipſa vide *Tom. III.* in *Patzinacicis §. 40. ſeqq.*

43. CEDREN. T. II. p. 780. Cfr. *Tom. III. Turcica §. 62.*

o) *γεμει δε ἡ Ιβηρια φρουριων ἐρυμνοτατων.*

44. Id. ibid. p. 789. Cfr. *Turcica §. 65, 66.*

p) Hoc nomine dux Varangorum intelligitur. De quo vide *Varangica §. 57.*

§. 70. Imp. CONSTANTINO Mon.

a. C. 1053. q)

y) CVM — monaſterium imperator, quod Mangana vocant, exſtrueret, et abſque vlla parſimonia pecunias publicas expenderet, tantam ad egeſtatem peruenit, vt nullam non cauponandi rationem excogitaret, et exactiones abſurdas inquireret. 45 [Hinc et] copiis Ibericis, quae quinquaginta millibus hominum conſtabant, exauctoratis, militum loco de regionibus illis magna vectigalia collegit. Milites vbi dimiſſi fuiſſent, improbe nequiterque ſe gerentes, rem Romanam tanto detrimento affecerunt, vt ea peſſum iret.

Sub
Theodora, Michaele Stratiotico et Iſaacio Comneno
nulla fit Iberorum mentio.

§. 71. Imp. CONSTANTINO Duca.

Imp. CONSTANTINO *Duca*.

a. C. 1059-1067. r)

[IMPERATOR Conſtantinus Ducas cum,] re militari neglecta, 46 nimium ſe otio dediſſet, res Orientis, praecipue loca in finibus Romanorum, ab hoſtibus agi, ferri ac diripi, et omnia vaſtari, et Turcorum excurſionibus et oppreſſione ac violenta fuga et terrore neglectorum militum: — et idcirco felix Iberiae regio omnino deſolata fuit et prorſus deleta, iam ante confecta et imbecillis, ac ſenſim deſerta et corrupta.

§. 72. Imp. ROMANO Diog.

Imp. ROMANO *Diogene*.

a. C. 1068.

[ROMANVS Diogenes Turcis et Saracenis non procul Hierapoli proelio victis, contentus hoſtium fuga] ſtatuit arcem Hiera- 47

y) CEDRENVS: *Cum — inquireret: et Ibericum exercitum — per Leonem Serblium dimiſit — collegit.*

45. GLYCAS pag. 321. Cedren. T. II. p. 790.

q) Sequuntur apud Cedrenum p. 791. res indict. VI. et VII. [a. C. 1053, 1054.] geſtae.

46. IOANNES SCYLITZES (Cedr. T. II.) p. 814.

r) Anni imperii Conſtantini Ducae.

47. Id. ibid. p. 827. Cfr. *Tom. III. Turcica §. 83.*

Imp. ROMANO *Diog.*

a. C. 1068.

rapolis conſtruendam. Praefecto igitur *Phareſmane* illo *Beſte Apocape* s), ex Iberis genus ducente, ſpatium dedit hoſtibus et damni reſarciendi et victoriae de aduerſariis reportandae. —

§. 73.

48 TOT nationum [Turcorum et Saracenorum] concurſus et concitatio, et eorum, qui ſub Romanis degebant, defectio ira diuina quidem euenere, contra haereticos, qui Iberiam et Meſopotamiam vſque ad Lycandum et Melitenen et finitimam incolunt Armeniam, Iudaicamque Neſtorii et Acephalorum colunt haereſin: etenim plenae ſunt hae regiones huiuscemodi prauae opinionis.

§. 74.

a. C. 1071.

49 [BELLO Turcico feruente, imperator Romanus Diogenes] ad Sebaſtiam proficiſcitur, contendens in Iberiam peruenire, vbi etiam eorum, qui cum Manuele Curopalate Comneno ceciderant t), ſpectator fuit et inde ſenſim ac paulatim progreſſus ad Theodoſiopolin ſe confert. —

§. 75.

50 [ROMANVS Diogenes a Sultano, in cuius poteſtatem breui ante proelio victus venerat, dimiſſus, Theodoſiopolin venit.] Indeque profectus peragrabat Iberios vicos vna cum Sultani, qui ſecum aderant, legatis, et inde vſque ad ipſam Coloniam proceſſit.

§. 76.

Imp. MICHAELE *Duca.*

Imp. MICHAELE *Duca.*

a. C. 1072-1078. v)

51 IMPERATOR Michael — cum ipſe — praenobilem praepotentemque Iberorum principis filiam Mariam coniugem duxiſſet: —

s) τον Φαρεσμανην ἐκεινον Βεστην του ἀποκαπης [in marg. Αποκαπην].

48. Id. ibid. p. 834.

49. Id. ibid. p. 837. Cfr. *Turcica* §. 92.

t) Cfr. *Turcica* §. 89.

50. Id. ibid. p. 843. Cfr. *Turcica* §. 100.

v) Anni imperii Michaelis Ducae.

51. NICEPHORVS BRYENNIVS p. 40.

a. C. 1072 - 1078.

xiſſet: huius patruelem, Alaniae rectoris filiam, Irenen, curopalatiſſae filio maiori nuptiarum neceſſitudine coniunxit.

Imp. MICHAELE Duca.

Sub
Nicephoro Botaniate, Alexio I. et Ioanne, Comnenis
nulla fit Iberorum mentio.

§. 77.

Imp. EMANVELE I. Comn.

Imp. EMANVELE I. *Comneno.*

a. C. 1155. x)

[ROMANI, qui ab Emanuele Aug. contra Siculos in Italiam miſſi, duce Alexio, Alexii I. Comneni ex filia nepote, ad Brunduſium caſtra habebant:] vbi Gulielmum [Siculorum regem] prope adeſſe fertur, — inuiti — ineunt proelium. Duos itaque ſpectatae in bello virtutis delectos viros, Ioannicium quemdam Critoplem et Paeramem, natione Perſam, cum Iberis et Maſſagetis y) ad velitandum cum hoſtibus praemittunt. Vbi ſe iis ſtatim immiſcuere, vtpote ad quintum et quadrageſimum ſtadium caſtra habentibus; fugientes, quorum breuis ad ſuos erat reditus, a tergo inuadunt, multos de extrema caedunt acie, plurimosque ſarcinarios capiunt equos, tandemque erepto ad haec militari ſigno Brunduſium reuertuntur. 52

Sub
Alexio II. Comm. et reliquis imperatoribus vſque ad
Michaelem Pal. nulla fit Iberorum mentio.

§. 78.

Imp. ANDRONICO Pal.

Imp. ANDRONICO *Palaeologo.*

a. C. 1306.

[CATANES, Tatarorum orientalium Chanus] nunquam non ſpecioſe ſuccinctus apparebat numeroſa et lectiſſima praetorianorum 53

52. CINNAMVS p. 96, 97.

x) Ad hunc annum bellum hoc in Tabula Chronol. Nicetae praefixa refertur, meminit etiam illius Nicetas Chon. p. 63.

y) *Alani* intelligi videntur, qui a Scriptoribus Byzantinis paſſim *Maſſagetarum* nomine inſigniuntur.

53. PACHYMERES T. II. p. 319. Cfr. *Tom. III. Tatarica §. 70.* Nicephorus Greg. T. I. pag. 214. funambulorum meminit, qui ex Aegypto progreſſi, etiam *Iberiam Cauca ſo finitimam*, *Colchidem — peruagati* — Byzantium venerint.

Imp. ANDRONICO *Pal.*

a. C. 1306.

rum manu: cum bellandum porro eſſet, Iberis potiſſimum vtebatur, optimo et ſibi probatiſſimo militum genere: quippe quibus praeterquam inerat pugnax a ſtirpe indoles generoſaque alacritas periclitandi: accedebat maior etiam ab inculpatis amabilitas moribus, quod ii Chriſtianam religionem pure inoffenſeque tuerentur. Quare non ignarus, quantum vincendi omen in crucis ſigno conſtitutum eſſet, cui proſperorum experientia ſucceſſuum celebrem appellationem Tropaei Chriſtianorum merito peperiſſet, huic praeſertim Ibericae legioni, pro vexillo labarum cruce inſigne praeferenti confidebat in proeliis; eam ſibi ſolitus circumdare et loco triariorum extremo in agmine ſecum habere. qua bellandi ratione cum alia grauia Sultani Arabum damna intulit; tum ipſis quoque Hieroſolymis hoſtiliter admotus, parum abfuit ab vrbe illa tanta, cui Sultan Chriſtianis ereptae dominabatur, expugnanda ſuaeque ſubiungenda ditioni: idque aggreſſus inſtinctu maxime gratificandi ſuis Iberis: quos ſciebat aegre ferre, Saracenos Chriſti Domini hoſtes viuifico ipſius inſiſtere victores et inſultare monumento. In quo etſi haud illi contigit perficere, quod optabat, tamen haud parum afflixit Sultanis partes. —

§. 79.

a. C. ***. z)

54 [IOANNES Comnenus, quem pater Alexius, Trapezuntinus imperator, imperii ſocium aſſumſerat, matre Cantacuzena adulterii cum Protoueſtiario a) ſuſpecta,] Protoueſtiarium necauit: patrem matremque in cubiculo concluſit, vt eos interficeret. Verum ciues ſupplices fiebant Ioanni, ne hoc faceret: ‘ et eum compeſcentes, dimiſerunt in partes Iberiae b). —

Ioannes abiens in Iberiam, vxorem habuit regis c) ALEXANDRI filiam. Poſtea hinc profectus, abiit Capham. ‘Inde cum naui Ianuenſi ſoluens, Trapezuntem venit, ibique patre ſuorum proditione occiſo, rerum potitus eſt’.

§. 80.

54. CHALCOCONDYLAS p. 246.

z) Annus, quo Alexius Trapezunte rerum potitus eſt, parum conſtat. Hoc tamen credibile eſt, id circa finem Saeculi XIV. vel initium XV. factum eſſe.

a) Nomen a Chalcocondyla reticetur.

b) *ἀπεπεμψαν τουτον εἰς τα μερη της Ιβηριας, δυσωπησαντες αὐτον.*

c) *Iberiae*, vt apparet.

§. 80.

[ZYCHES Artabiles [d] bello contra Trapezuntem moto, cum vrbem obſideret, et caſu incendium in caſtro ortum eſſet,] fuga ſibi conſuluerunt omnes magiſtratus vrbis, quidam mari, quidam vero terra, vt venirent in Iberiam ad Caſpias portas ſitam. 'Poſtero die Zyches re infecta abiit'. 55

CAPVT V.

De Situ Iberiae miſcellanea quaedam.

§. 81.

a. C. 506.

TAVRVS, Ciliciae mons, in Cappadociam primum excurrit: 56 inde in Armeniam, Perſarmeniam, Albaniam, Iberiam [a]) et circumpoſitas, qua ſui, qua Perſici iuris ac ditionis gentes. — Vltra Iberiae fines inter ſummas anguſtias trames quidam ſtadiis L. in longitudinem patet, et praerupto atque inſuperabili monte ſic terminatur, vt exitus prorſum nullus appareat. Ibi portam duntaxat, quam diceres arte et manu factam, molita eſt natura: eam vetuſto nomine Caſpiam appellamus. —

§. 82.

55. Id. p. 248.

d) p. 246. in marg. adſcribitur, *Orthobulis filius*, *Paiazitis nepos.*

56. PROCOPIVS de Bello Perſ. p. 28. Cfr. *Tom. I. Hunnica §. 211, 212.*

De ſitu Iberiae in Chronico Paſchali p. 34. haec leguntur: *Vltra Cappadoces ad dextram habitant Armenii, et Iberes, et Berrani, et Scythae, et Colchi, et Boſporiani.* Portarum Iberiarum meminit Theophanes Iſaacius p. 297. Anaſtaſ. p. 113. Vid. *Tom. II. Bulgarica §. 13.*

a) Eadem repetit Procopius de B. P. p. 44.

§. 82.

a. C. 541. *b)*

57 EST Dubios regio quaedam non modo fertilis, ſed coeli etiam et aquarum ſalubritate commodiſſima. Theodoſiopoli diſtat octidui. Hic late patent equitabiles campi, et vici multi ſunt frequentiſſimi incolis, ac proxime inter ſe ſiti: in quibus multi habitant inſtitores commercii cauſa. Huc namque ex India proximaque Iberia ac fere ex omnibus Perſidis populis e Romanis etiam ſunt qui merces importent, atque inuicem contrahant.

§. 83.

58 [Fluuius Boas apud Armenios proxime Tzanicae fines ortus] cuiuis facile ſuperabilis eſt ad id loci, vbi ad dextram quidem eſt Iberiae limes, e regione vero extremus Caucaſus. — Eo progreſſus hic fluuius, vbi et Caucaſus et Iberia terminantur, confluentium aquarum vi multum increſcit, et, mutato Boae cum Phaſidis nomine, curſum proſequitur. — Hic ab vtraque ripa eſt Lazica. Ac dextra quidem regionem totam, quam longiſſime ad Iberiae fines porrigitur, indigenae tenent. — Scanda et Sarapanis 'Lazicae ſunt caſtella' ad Iberiae confinia *c)*.

§. 84.

59 [AD fauces, quae ex Iberia in Colchidem ducunt, Phaſis vadoſus eſt.]

Merito quis miretur laborioſam Perſarum induſtriam, qui viam ex Iberia ad Colchos, vbique deruptis ſaltibus et fruticoſis ſalebris implicitam, ſiluisque adeo denſis obtectam prius, vt viro expedito videretur inſuperabilis, ita complanarint, vt non modo eque-

57. Id. ibid. p. 149.

b) Peſtilentia, cuius paulo ſuperius meminit Procopius, a. XV. imperii Iuſtiniani I. graſſata eſt, teſte Theophane p. 188.

58. Id. ibid. p. 164. Locum integrum vide in *Lazicis* §. 71.

c) Horum etiam meminit Procopius de B. G. p. 601, 602. *Ad Iberiae fines habebant Lazi caſtella duo, Scandam et Sarapanin: quae in montium faucibus aſperis ac plane confragoſis ſita difficillimos habebant aditus* Id. de B. P. p. 34. Vide *Lazica* §. 15.

59. PROCOPIVS de B. G. pag. 600, 601. Cf. *Lazica* §. 58.

a. C. 541.

equeſtres eorum copiae inde omnes facillime veniant, ſed elephantos etiam, quotquot volunt, ad bellum agant.

§. 85.

IBERIA finitima eſt Colchidis regioni, eiusque reges 'haud ſunt inſtrenui et ingenerofi [d]. 'Porrigitur autem ab eo loco, 60
qui *Bathy* dicitur, et ab Phaſide fluuio vſque *Chaltzichi*, quae pertinet ad ditionem *Gurguri*, *Corii*, *Cachetii* et *Typhliſii*. Vrbes hae propinquae ſunt *Samachio*, quam vrbem tenent et incolunt Turci. Sub quorum poteſtate degunt ſeparatim infra Cachetum vrbem in regione maritima Sebaſtopolis, *Minceliorum* et *Dadianni* metropolis, *Mamia*, *Samantaula*, *Gulii* et aliae vrbes maritimae [e]. Nam vrbibus *ſuperioris Iberiae* contermini ſunt *Alani*, *Huuni* et *Embi* [f]. Verum Alani ad Caucaſum vſque ſe extendunt [g]. 'Quin et ipſi Iberi ſunt. Vnde autem in iſtam regionem profecti venerint [h], an ab Iberis occidentalibus, aut aliunde, coniectando aſſequi non poſſum. Magnam breui ſibi pararunt potentiam, etiam opes plurimas nacti ſunt. Fidem vero Chriſtianam ex Conſtantinopoli hauſerunt. Nam mulier, quae

60. CHALCOCONDYLAS p. 248. 249.

d) ὀυκ ἀγενεις.

e) διηκει δε ἡ χωρα, ἀπο τȣ Βαθυ λεγομενȣ, και ἀπο Φασιδος ποταμȣ ἑως Χαλτζιχι (marg. *in uno* Χαλτζιχε), ἡ τȣ Γοργȣρȣ ἀυθεντεια, και Κοριȣ; και Καχετιȣ, και Τυφλισιȣ, συνεγγυς ὀυσαι ἁι πολεις ἀυται τȣ Σαμαχιȣ, Τȣρκων ὀικȣντων ἐν ἀυτῳ και ἐχοντων, χωρις κατωθεν τȣ Καχετιȣ πολεως, τȣ ἐν παραθαλασσιᾳ και της Σεβαςοπολεως Μιγκελιων [Interpres in marg. *Mengreliorum*] τȣ Δαδιαννȣ [marg. Δαδιανȣ] ἀυθεντειας, και Μᾶμια, και Σαμανταυλα, και Γȣριας, και των ἀλλων παραθαλασσιων πολεων.

f) Οὐννοι και Εμβοι.

g) Hic omiſſa vide in *Alanicis* §. 93.

h) Perperam, vt videtur, ita diſtinguit interpres: Graeca enim ſic habent: Ιβηρες δε και ἀυτοι, ὁθεν μεν ἐπι την χωραν τηνδε ἀφικοντο, ἐιτε ἀπο cet.

a. C. ***

eo proficiſci conſuerat, vt veram fidem et ſacroſanctam addiſceret, etiam Iberos, abnegata ſua ſuperſtitione ad ſanctiſſimam et miraculorum effectricem fidem adduxit, eosque Chriſtianos declarauit, cum ſe Chriſtianos confiterentur.

§. 86.

a. C. 1222. i)

Temporibus multis poſt Scythae finitimi his bellum intulere: et ingreſſi regionem Iberiae eam planiſſime corrumpebant, et euaſtabant. Viros, qui praeſto erant, captos in mancipiorum numerum retulerunt. Iberorum vero reges confugerant in montes, 'vt in iis ſeruarentur k). Poſtea cum Scythae ex regione exceſſiſſent, reuerſi ad ſua, etiam Iberi ex montibus ad ſua deſcenderunt, et regi deinceps Scytharum quotannis tributum ferentes, in regno ſuo manſerunt. Breui autem tempore interiecto, poſtquam pugnauit Scytharum rex contra Alanos, etiam *Hunnos* et *Saſos* l) bello petiit: 'de quibus quatenus comperi, eatenus narrabo m).'

i) Hoc anno *Tatari*, qui Scytharum nomine hic intelligi videntur, in hiſtoria Byzantina innotuerunt.

k) Addit haec interpres.

l) Οὔνους καὶ Σάσους.

m) Perperam ita Graeca, quae ſic habent, *τοσονδε ἐπισταμενος ἐπιμνησομαι περι αὐτων*, reddidiſſe videtur interpres.

ALANI-

ALANICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE ALANIS.

Nomen et Genus Alanorum.

ALANI, veteribus, Zonara teſte, *Albani* dicti, vt idem auctor ex Dione refert, *Maſſagetae* fuerunt. et hoc nomine, quod Hunnis Procopius tribuit, etiam a Nicephoro Gregora inſigniuntur. Haec vero num firmiori nitantur fundamento, quam quae Procopius tradit, cum eos *gentibus Gothicis* annumerat, tuto affirmare vix licet.

Ii, qui cum Vandalis emigrarunt, *Vandalorum* deinceps nomine comprehendebantur, ita tamen, vt peculiare ipſorum nomen in regum Vandalorum titulo conſeruaretur.

Sedes Alanorum.

ALANI iam antiquiſſimis temporibus in illa regione, quae a *Caucaſo* monte vsque ad *mare Caſpium* et *portas Caſpias* porrigitur, habitarunt, Sunitis, Bruchis, Abaſgis et Iberis finitimi. E fluuiis, qui Alaniam rigarunt, vnius *Araxis* meminerunt Scriptores Byzantini. Conſtantinus Porphyrogenneta, Alaniam a *Patzinacarum* prouinciis, orientem et ſeptemtriones verſus ſitis, ſex dierum itinere diſiunctam fuiſſe tradit.

Hiſto-

Hiſtoria Alanorum.

CVM Pompeius [circa annum ante C. N. 65.] Mithridatem regem victum perſequeretur; Alani petenti ipſi tranſitum conceſſerunt. Sed coacto poſtea quadraginta millium exercitu, ex improuiſo in eum fecerunt impetum. Quam Alanorum perfidiam cum Pompeius inſigni eorum clade vltus eſſet, ſupplicibus pacem dedit. non diu vero poſt rebellantes armis in deditionem redire coëgit, regis illorum fratre in proelio occiſo.

Ducentis interpoſitis annis circa a. C. 136. Iberorum rex Pharaſmanes, Alanos ad bellum ſollicitans, Mediam, Armeniam atque Cappadociam infeſtauit; Alanis vero partim muneribus, partim metu ab ipſius ſocietate ſeiunctis, pacem amplexus eſt.

Haec fere ſunt, quae de gente iſta ad initium vsque ſaeculi poſt Chriſtum natum quinti Scriptores Byzantini memoriae prodiderunt. Tunc autem, Honorio in occidente rerum potiente, cum Vandali Maeoticae paludis oras relinquerent, magna Alanorum pars vna cum ipſis emigrauit, et poſt longos errores tandem in Africa ſedes poſuit. qui quidem cum Vandalis in vnam coaluere gentem, communi Vandalorum nomine comprehenſi. Aliquanto ante Zenonis Auguſti imperium Romanis militaſſe memorantur.

De iis autem, qui iam olim ad Caucaſum habitarunt, hiſtoria Byzantina cum diu ſiluiſſet; Iuſtiniani I. demum tempore rurſus mentionem facit. Tunc adhuc ſui iuris fuerunt, et Perſarum plerumque in bellis aduerſus Romanos ſocii, factis per anguſtias *Chrutzon* et *portas Caſpias* [Caucaſias potius] incurſionibus, Romanae ditionis terras ſaepius infeſtarunt. Interdum tamen in Lazorum quoque ac Romanorum caſtris, largo inuitati ſtipendio, militarunt.

Cum Abari ſub vltimos imperii Iuſtiniani I. annos ad Alanos acceſſiſſent, per eorum principem SAROSIVM Romanis primum innotuerunt. Idem Saroſius Romanorum legatos, quos Iuſtinus II. ad Turcos miſerat, inde circa a. C. *569.* redeuntes excepit hoſpitio, et poſtea in bello cum Choſroë Perſarum rege a. C. 573. Romanis auxilia adduxit.

Qui Iuſtino II. ſucceſſit Tiberius Alanos, et, qui ibi habitabant, Sabiros, gentem Hunnicam, largitionibus a Perſarum partibus,

tibus, quas tunc ſequebantur, abducere et ſibi conciliare anniſus eſt. Hoc vero cum parum ex voto ſuccederet, eorum multos circa a. C. 580. e priſcis ſedibus excitos ad ripas Cyri fluuii in ſolo Romano collocauit. Sub idem fere tempus Turcorum princeps Turxanthus, cum ad ipſum veniſſent legati Tiberii, Alanorum gentem a ſe debellatam eſſe, gloriatus eſt.

Bellis, quae Mauricio et Heraclio imperantibus Perſae et Romani inter ſe gerebant, vterque exercitus in Alaniam penetrauit.

Quo tempore Iuſtinianus Rhinotmetus rerum Conſtantinopoli potitus eſt, a. C. 685. Alania cum regionibus finitimis Romanis vectigalis facta eſt. Annis duodeuiginti interiectis a. C. 703. Alani, quibus tunc ITATZES imperabat, Leone ſpathario, quem Iuſtinianus hoc conſilio in Alaniam miſerat, eos ſollicitante, Auaſgis bellum intulerunt, eorumque terram populati ſunt.

Poſt trecentorum et triginta annorum de Alanis ſilentium Scriptores Byzantini a. C. 1033. *Aldae*, Auaſgorum regis viduae, Alanae genere meminerunt, quae Anacuphen arcem Romano Argyro dedidit. Sub Conſtantino Monomacho Alani in exercitu Romano ſtipendia meruerunt, et imperator ipſe viri inter Alanos principis filiam, quae obſes Byzantii detinebatur, Auguſtam appellauit, ſed illa poſt eius obitum ad priſtinam conditionem redire coacta eſt. Viginti tribus elapſis annis Michael Ducas Mariam, ex Alanorum genere ortam, in matrimonium duxit, quae, Alexio I. Comneno rerum potito, in monaſterium ſeceſſit. Caeterum ſub Michaele Duca, Nicephoro Botaniate, Alexio et Emanuele Comnenis et Iſaacio Angelo in caſtris Romanorum Alani militarunt.

Ioanne Duca Romanis imperante, circa a. C. 1222. cum Tatari, auitis in oriente ſedibus relictis, regiones occidentem verſus ſitas inundarent, vt alias gentes plurimas, ita etiam Alanos ſubegerunt. Qui quidem Tatarorum poſtea mores, linguam vitaeque rationem amplexi, eorum in bellis facti ſunt ſocii. Noga, Tatarorum princeps, eos praetorianorum numero habuit. Poſt eius vero obitum iugi Tatarorum impatientes, a. C. 1301. legatis ad Andronicum, Michaelis Palaeologi filium, miſſis, ſe, ſedecim millium numero, ad Romanos tranſire, ipſisque aduerſus Turcos, qui tunc Aſiam late vaſtabant, militarem nauare ope-

ram paratos ſignificarunt. Andronicus eos humaniſſime ſuſceptos, rebus omnibus liberaliſſime inſtruxit. Quo facto multos eorum, qui bello idonei erant, ſtatim in orientem miſit; lectiſſimos vero apud ſe retinuit, cum filio Michaele breui eodem in expeditionem mittendos. Illi itaque, quos Auguſtus praemiſerat, ab initio quidem praeclara virtutis dedere ſpecimina; ſed poſtea, beneficiorum in ſe collatorum parum memores, variis in Romanos iniuriis graſſati ſunt. Tandem, cum ſtipendia ipſis non ex pacto ſoluerentur, miſſionem ab Auguſto primum precibus impetrare, mox flagitando minandoque extorquere tentarunt. Quae vero cum fruſtra fierent omnia, et Raules magnus domeſticus, quem ipſis Andronicus ducem praefecerat, eorum, quem parabant, diſceſſum vi prohibere conaretur, pugna commiſſa, eum occiderunt. Nouis deinde Rogerii, quem illis poſt Rauſis caedem praefecerat Andronicus, exacerbati iniuriis, eum, coniuratione facta, in ipſis Auguſtae aedibus, quae tunc cum Michaele marito Adrianopoli commorabatur, trucidarunt. Non diu vero poſt, quae iam olim agitarant defectionis conſilia ad exitum perducere et ad Bulgaros, quibus tunc Oſphentiſthlabus imperabat, tranſire ſtatuerunt. Ducibus itaque a Bulgaro impetratis iter ingreſſi ſunt, ſed in ipſis Bulgarorum finibus a Turcopulis, qui ipſorum ſecuti erant veſtigia, oppreſſi et ad internecionem deleti ſunt.

Reges et Viri inter Alanos illuſtres.

Goar (Γοαρ), a quo Iouinus adiutus tyrannidem affectat a. C. 414.

Aſpar (Ασπαρ), cuius auxilio Leo I. imperii potitus eſt. a. C. 457.

Ardaburius, *Patricius*, *Ermenarichus* (Αρδαβυριος, Πατρικιος, Ερμηναριχος, al. Ερμοναριχος, al. Αρμενεριχος). } filii Aſparis.

SAROSIVS (Σαρωσιος, Σαρωδιος, Σαρωης, idem nomen puto) Alanorum rex circa a. C. 557–573.

ITATZES (Ιταζης), Anaſtaſio *Hictaxis*, rex circa a. C. 703.

Alda, Alana genere, vxor Auaſgorum regis a. C. 1033.

Conſtantinus magiſter, Alanus genere, a Rom. exercitus duce Tibium oppugnatum miſſus a. C. 1045.

N. N. filia Alani principis (τινος των παρ᾽ ἐκεινοις ἀρχηγε-

χηγετȣντων); a Conſtantino Monomacho Auguſta appellata a. C. 1050.

Maria, Alana, vxor Michaelis Ducae. a. C. 1073.

Arabates et *Chaſcares,* (Ἀραβατης, Χασκαρης), Alani, in exercitu Romano militantes a. C. 1071-1078.

Roſmices (Ῥωσμικης) Alanicorum auxiliorum dux a. C. 1107-1109.

Curſites (Κȣρσιτης) Alanorum Romanis militarem operam nauantium dux, a. C. 1308.

Itiles et *Temeres* (Ιτιλης, Τεμηρης) Alanorum, qui in Terteris Bulgarorum regis exercitu ſtipendia merebant, duces, a. C. 1322.

Georgus (Γεωργȣς) ſupremus Alanorum, qui Andronico Sen. militabant, dux, a. C. 1306.

Scriptores de Alanis.

RES Alanicas enarrarunt Olympiodorus, Candidus Iſaurus, Theophanes Byzantius, Procopius, Agathias, Menander, Theophylactus Simocatta, Auctor Chronici Paſchalis, Georgius Monachus Syncellus, Theophanes Iſaacius, Anaſtaſius Bibliothecarius, Conſtantinus Porphyrogenneta, Cedrenus, Ioannes Scylitzes, Zonaras, Nicephorus Bryennius, Anna Comnena, Nicetas Choniates, Ioël, Georgius Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Ioannes Cantacuzenus, Codinus et Chalcocondylas.

Quae Pompeium inter et Alanos tempore belli Mithridatici geſta ſunt, ea Zonaras et Georgius Syncellus referunt. quorum ille Alanorum etiam ſub Adriano imperatore meminit.

Diocletiano imperante circa a. C. 295. Conſtantium in Gallia cum Alanis bellum geſſiſſe Theophanes narrat, cui Cedrenus conſentire videtur. Sed locus Theophanis varia tantum lectione nititur, et Goar ibi ex Codice Vaticano pro Ἀλανοι legendum eſſe Ἀλαμανοι docet, et forte in Cedreni loco idem vel ſimile mendum latet.

Migrationis Alanorum, quum vna cum Vandalis e regionibus Maeoticae paludi finitimis verſus occidentem eruperunt, Procopius, et ex ipſo Theophanes, Anaſtaſius et Conſtantinus meminerunt. reliqua Alanorum inter Vandalos fata breuiſſime attingit Procopius.

Singularia quaedam de hominibus Alanis Olympiodorus et Candidus Iſaurus habent.

Res Alanorum, Caucaſi accolarum, imperante Iuſtiniano I. geſtas Procopius, Agathias et Menander perſequuntur. quorum poſtremus eorum ſub Iuſtino II. et Tiberio II. (vt ſemel etiam ſub Iuſtino Theophanes Byzantius) mentionem facit.

Perſarum et Romanorum exercitus imperantibus Mauricio et Heraclio in Alaniam irrupiſſe Theophylactus, Theophanes et Anaſtaſius referunt. Bellum, quod Iuſtiniano rhinotmeto imperante Auaſgis intulere, Theophanes, Anaſtaſius et Zonaras ſatis fuſe enarrant.

De feminis Alanis quaedam ſub Romano Argyro, Conſtantino Monomacho, Michaele Duca et Alexio I. Comneno apud Cedrenum, Zonaram, Nicephorum Bryennium et Ioëlem leguntur. Sub Conſtantino Monomacho et Michaele Duca Alanos in exercitu Romano ſtipendia meruiſſe, Zonaras et Nicephorus Bryennius, ſub Alexio I Comneno, Anna Comnena, ſub Emanuele Comneno et Iſaacio Angelo, Nicetas Choniates referunt.

Alanorum ſub Tataris et Romanis, ad quos poſt Nogae obitum tranſierunt, fata Nicephorus Gregoras et Pachymeres enarrant.

De epiſcopatu Alaniae Codinus, de litterarum ab imperatoribus Conſtantinopolitanis ad Alanorum principes datarum forma Conſtantinus Porphyrogenneta mentionem facit.

De Situ Alaniae Procopius, Zonaras, Conſtantinus et Chalcocondylas memoriae prodiderunt. quorum hic quaedam etiam de eorum religione, lingua, virtute bellica et armis tradit.

INDEX

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Res Alanorum geſtae ab anno inde ante C. N. 65. vſque ad a. C. 480.*

§. 1. Pompeius Mithridatem per Alanorum terram perſequitur; ſitus Alaniae.

§. 2. Alani tranſitu Romanis conceſſo, eos perfide adoriuntur; rogantes pacem impetrant; iterum deficiunt, vincuntur.

§. 3. Amazones in exercitu Alanorum, earum ſedes, connubia cum Gellis et Ligybus.

§. 4. Alani, a Pharaſmane ſollicitati, Romanis bellum inferunt; muneribus et metu coercentur.

§. 5. Conſtantius in Galliis ab Alanis victus eos et ipſe vincit.

§. 6. Conſtantius Alaniam et Africam obtinet.

§. 7. Alanus Gerontii famulus, inſignis eius in dominum ſuum fides.

§. 8. Goar Alanus Iouini tyrannidem adiuuat.

§. 9. Alani, natio Gothica, vna cum Vandalis emigrant.

§. 10. Aſpar Alanus, cuius ope Leo I. imperium obtinuit.

§. 11. Alani et Vandali a Gizerico in cohortes diſtributi ſub LXXX. chiliarchis; Alani Vandalorum nomine comprehenſi.

§. 12. *Alani ante imperium Zenonis a Romanis in belli ſocietatem adſciti.*

§. 13. *Alanus Hillum occidere conatur.*

CAPVT II. *Res Alanorum ſub imperatoribus Conſtantinopolitanis Iuſtiniano I., Iuſtino II., Tiberio II., Mauricio et Heraclio geſtae; ab a. C. 549-623.*

§. 14. *Alani a Gubaze, Lazorum rege, contra Perſas ſocii adſciti, ſocietatis conditiones.*

§. 15. *Alani cum Perſis in Lazicen irrumpunt.*

§. 16. *Proelio commiſſo a Romanis victi, inſignis Alani cuiusdam virtus.*

§. 17. *Miſimiani, ne Soterichus a Iuſtiniano I. in eas regiones miſſus Buchloum arcem Alanis prodat, verentur.*

§. 18. *Gubazes Romanorum clades in Alaniam nunciaſſe dicitur.*

§. 19. *Abari per Saroſium Alanorum ducem Romanis innoteſcunt.*

§. 20. *Conditio foederis Perſas inter et Romanos percuſſi, ne illi Alanos per portas Caſpias in fines Rom. immittant.*

§. 21. *Saroës, rex Alan., legatos Romanos a Turcis redeuntes benigne excipit, Turcos eorum comites, aegre admittit, inermes.*

§. 22. *Saroës Romanorum in bello Perſico ſocius.*

§. 23. *Alani ſe Tiberio II. dedentes humaniter excipiuntur, duplo maiora illis, quam a Perſis acceperant, ſtipendia promittuntur.*

§. 24. *Alani a Turcis ſubiugati.*

§. 25. *Alani et Sabiri a Tiberii ducibus patriis ſedibus exciti ad ripas Cyri fluuii collocantur.*

§. 26. *Perſae et Romani in Alania tendunt.*

§. 27. *Heraclius exercitum in Alaniam in hiberna ducit.*

§. 28.

§. 28. *Choſroës exercitum aduerſus Heraclium in Alaniam ducit; hic indidem Perſiam inuadit.*

CAPVT III. *Bellum ab Alanis, Leone protoſpathario auctore, Abaſgis perfide illatum; res Alanorum ſub ſignis Romanis militantium geſtae; ab a. C. 685-1188.*

§. 29. *Leontius a Iuſtiniano rhinotm. miſſus Alaniam Romanae ditioni adiungit.*

§. 30. *Leo ſpatharius ad Alanos, vt eos ad bellum contra Abaſgos ſollicitaret, miſſus.*

§. 31. *Alani, Leone auctore, Abaſgis bellum inferunt. Abaſgi Leonem ſibi dedi poſtulant; Alani pretium pacti, eum ſe dedituros doloſe promittunt.*

§. 32. *Leo Abaſgorum legatis deditur, cuſtodibus in itinere occiſis ab Alanis recipitur; qui exercitu collecto Abaſgos clade afficit.*

§. 33. *Iuſtinianus Leonem ab Abaſgis, hi ab Alanis repetunt, fruſtra.*

§. 34. *Leonis in Alania mora; caſtrum Siderum, quod Pharaſmanius tenebat, ab eo deditione captum.*

§. 35. *Alda, Georgii Abaſgorum regis vidua, gente Alana.*

§. 36. *Conſtantinus Magiſter, Alanus, a Rom. duce Tibium oppugnatum miſſus, clade afficitur.*

§. 37. *Conſtantinus Monom. Alanam quamdam Auguſtam appellat, quae poſt eius obitum in priſtinum ſtatum reuertitur.*

§. 38. *Maria, vxor Michaelis Ducae, gente Alana.*

§. 39. *Arabates et Chaſcares Alani; quorum ille, Turcorum ſolus cohibens impetum, Alexium et Iſaacium, Comnenos, ſeruat.*

§. 40. *Alani a Michaele Aug. contra Vrſelium euocati, ob ſtipendium non ſolutum maximam partem domum abeunt, reliqui ab Vrſelio vincuntur.*

§. 41.

§. 41. *Alexius cum Romanis et parua Alanorum manu Vrſelii graſſationes reprimit.*

§. 42. *Alanus quidam Ioannes Georgio Monomachato inſidias, ipſi a Borilo et Germano ſtructas, aperit.*

§. 43. *Alanus, magiſter dignitate, funeſta Borili et Germani in Comnenos conſilia Alexio I. Comneno renunciat.*

§. 44. *Alexius Comn. Mariam Alanam [vid. §. 38.] in monaſterium detrudit.*

§. 45. *Alexius Annam filiam Conſtantino, Mariae Alanae filiae deſpondet; ſed hic ante nuptias moritur.*

§ 46. *Alani duce Roſmice Alexii Comn. in bello Baimundico ſocii.*

§. 47. *Alanus a Turcis captus ipſis Alexii aduentum nunciat.*

§. 48. *Atapacas Turcorum dux ad Maeandrum fl. ab Alano quodam occiditur.*

§. 49. *Alani Siculos, a Brana Rom. duce victos, ob crudelitatem in populares ſuos vlciſcuntur.*

§. 50. *Pugna Romanos inter et Alemannos ad Pruſam conſerta, Alani Rom. ſocii fere omnes cadunt.*

CAPVT IV. *Alanorum a Tataris defectio, res apud Romanos, ad quos tranſierant, geſtae; ab a. C.* 1271-1304.

§. 51. *Noga Tatarus Alanos genteſque finitimas ſubigit, eoque vires ſuas mire auget.*

§. 52. *Alani, defectione a Tataris facta, cum vxoribus et liberis ad Romanos tranſeunt.*

§. 53. *Andronicus Senior Alanos rebus omnibus liberaliſſime inſtruit, in Orientem mittendos, non ſine magna Romanorum militum offenſione.*

§. 54. *Conditionibus ſocietatis ab Alanis latis ſubſcribit Auguſtus, eos trifariam diuidit.*

§. 55.

§. 55. *Alani in Orientem praemiſſi, Romanos licentiſſime diripiunt; re contra Perſas ſtrenue geſta ſe imperatori probant.*

§. 56. *Alani reliqui cum Michaele, Andronici filio, in orientem traiiciunt.*

§. 57. *Alani Michaelem miſſionem rogant; cur?*

§. 58. *Michael eos aegre ad tempus retinet, Andronici conſilia Alanos delinendi variis rebus irrita redduntur.*

§. 59. *Muzalo hetaeriarcha aduerſus Turcos infeliciter pugnat, Romanus exercitus Alanorum virtute ſeruatur.*

§. 60. *Alani, ſtipendiis non ex promiſſo ſolutis, defectionis agitant conſilia, fugit Michael, fugiunt Romani.*

§. 61. *Andronicus Raulem mittit, qui reditum Alanorum quouis modo impediret.*

§. 62. *Alani variis de cauſis diuturniorem militiam recuſant, per manus diſperſi clanculum in Europam traiiciunt.*

§. 63. *Romanis eos retinere conantibus, pugna conſeritur.*

§. 64. *Raules ſe Alanis armatus obiicit, occiditur; uterque exercitus eo viſo a pugna ceſſat; Alani, legatis ad imperatorem miſſis, veniam deprecati, arma et equos Romanis tradunt.*

§. 65. *Andronicus Alanos parum fidos expertus, Cazanem Tatarum ſibi conciliat.*

CAPVT V. *Alanorum mercenariorum res, partim Rogerii ductu, partim contra eundem geſtae, eorum a Romanis defectio; fuga ad Bulgaros, clades; ab a. C. 1306-1346.*

§. 66. *Rogerius imperatorem pro Alanis ſtipendia et equos rogat.*

§. 67. *Iniqua ſtipendiorum diſtributione Alanorum in ſe concitat odium Rogerius.*

§. 68, 69. Rogeriani *Alanos nouis irritant contumeliis, minantur Alani;* Itali *noctu in eos impetum faciunt, quo ducis Alanorum filius occiditur.*

§. 70. Redintegratur *poſtridie proelium, tandem ab armis diſceditur; Alanorum ducem delinire fruſtra conatur* Rogerius.

§. 71. Rogerius *Turcos ad Aulacem victos perſequi, ſibi ab Alanis timens, non audet.*

§. 72. *Alani* Rogerium *ad expeditionem contra Magneſiam, quamquam inuiti, ſequuntur.*

§. 73. *Andronicus de diſſenſionibus* Italorum *et Alanorum ſollicitus.*

§. 74 *Alani a caſtris* Rogerii *diſcedunt, Pegas abeunt.*

§. 75. *Miſſi ab imperatore fruſtra eos, vt ad* Rogerium *reuertantur, rogant; Alani Turcorum manum caedunt.*

§. 76. Rogerius *cum paucis Adrianopolin venit, Michaelem ſalutaturus, multi inprimis Alani eius fidem ſuſpectam habent.*

§. 77. *Alani* Rogerium, *cum ſolus ad Auguſtam introducitur, occidunt.*

§. 78. Factum *Michaeli excuſant.*

§. 79. *Alani impetu in Alanos facto, eos fama caedis* Rogerii *perculſos facile fundunt.*

§. 80. *Michael cum* Romanis *et Alanis* Italos *adoritur, hi ſtrenue pugnant.*

§. 81. *Alani alacritatem remittunt, ſe a* Tuctaine Tataro *reuocari, nuncio accepto.*

§. 82. *Alani obuia licenter diripiunt.*

§. 83. *Andronicus Cutzimpaxim ad Alanos mittit, eos ſibi conciliaturum.*

§. 84. *Alani et* Turcopoli *a* Romanis *defectione facta, loca munita occupant, omnia excurſionibus infeſtant.*

§. 85. *Cutzimpaxis legatione ad Alanos, qui eum a* Tuctaine *miſſum ſuſpicantur, parum fideliter fungitur.*

§. 86. *Alani locum inacceſſum occupant; inde agros* Romanos *infeſtant.*

§. 87.

§. 87. *Turcopulos Callipolin abeuntes adorti, ſundunt.*

§. 88. *Turcopuli Latinis, vt Alanos continuo adoriantur, ſuadent; hi Oſphentiſthlabo Bulgaro. ſuum ad ipſum transeundi conſilium aperiunt, duces vt ſibi mittat, rogant.*

§. 89. *Alani Bulgariam verſus iter capeſſunt, Turcopuli Alanis, vt vna ſecum fugientibus inſtent, perſuadent.*

§. 90. *Turcopuli et Catelani Alanos in finibus Bulgariae aſſecuti, occidione caedunt.*

§. 91. *Duo Alani cum aliis praeſidio Philippopolitano a Tertere Bulg. rege praefecti.*

§. 92. *Ioannes Cantacuzenus a Sultano Aegypti Alanorum rex vocatur.*

CAPVT VI. *Situs Alaniae, Epiſcopatus, Inſcriptio litterarum ab imperatoribus CPlitanis ad Alaniae principem datarum.*

§. 93. *Situs Alaniae.*

§. 94. *Epiſcopatus Alaniae inter reliquos patriarchae CPlitano ſubiectos locus.*

§. 95, 96. *Inſcriptio litterarum ad Alaniae principem ab imperatoribus CP. datarum.*

ALANICORVM

CAPVT I.

Res Alanorum geſtae ab anno inde ante C. N. 65. vsque ad a. C. 480.

§. 1.

a. A. C. N. 65. a)

1 [TIGRANE, Armeniae rege, in deditionem accepto,] Pompeius, Afranio ad Armeniae praeſidium relicto, per gentes Caucaſi montis accolas Mithridatem eſt perſecutus. quarum maximae ſunt Albani et Iberes: hi ad *Meſchicos* montes et Pontum pertinentes, illi verſus ortum et mare Caſpium habitantes.

§. 2.

Albani b) Pompeio petenti tranſitum dederunt. Deinde cum non pauciores quadraginta millibus conueniſſent, impetum in

1. ZONARAS T. I. p. 477, 478.

a) Ad hunc annum, Romae conditae 688. bellum Alanicum vulgo referunt.

b) Αλβανοι. Hoc vetus fuiſſe *Alanorum* nomen, Zonaras ait T. II. p. 100. quem locum infra ad *§. 30.* adfero.

c) *πρωτον primum*, omiſit interpres.

a. A. C. N. 65.

in armi fecerunt: ſed profligati ſunt, atque ingens multitudo periit. Eorum vero regi pace, quam per legatos petierat, data, contra Iberes eſt profectus, Albanis bellicoſiores. — Sed et his — ſuperatis — d), Colchidem inuaſit, et contra Albanos, qui defecerant, per aſperam et aridam viam, aqua multis vtribus allata, rediens, iis victis, ducem, regis ipſorum fratrem, ictum inferentem, gladio transfixit e).

§. 3.

In Albanorum exercitu *Amazones* fuiſſe perhibentur f): nam cum poſt proelium cadauera ſpoliarentur, Romani peltas Amazonicas et cothurnos, nullum tamen femineum corpus repererunt.

Incolunt eae mulieres eas Caucaſi partes, quae ad mare Hyrcanum deſcendunt. In illarum Albanorumque medio habitant *Gellae* et *Ligyes* g), cum quibus quotannis circa flumen Thermodontem per duos menſes coëunt. Inde digreſſae, vitam ſine viris agunt. Cum pepererunt, mares circa patrum terram exponunt, puellas ipſae educant.

§. 4.

Imp. ADRIANO.

Imp. ADRIANO.

a. C. 136. h)

ALBANICVM — bellum (Albani, Dione auctore, *Maſſagetae* ſunt) i) a *Pharaſmano* eſt commotum, qui Mediam admodum 2

d) Hic omiſſa vide in *Ibericis* §. 1.

e) Belli Alanici meminit etiam Georgius Syncellus p. 297. *Hyrcanus Pompeium Magnum, poſt victoriam de Mithridate et Tigrane, nec non Albania, Iberia, Chalcide, et ipſis Aſſyriis omnium laudibus celebratam ex Armenia in Syriam eo tempore regreſſum, ſolus cum Antipatro Damaſcum conuenit.* et Zonaras p. 479. *Hae [gentes*, de quibus Pompeius triumphauit] *fuerunt Pontus, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Media, Colchi, Iberes, Albani.* cet.

f) Ὁτε και Αμαζονες λεγονται συμμαχησαι τοις Αλβανοις.

g) Γελλαι και Λιγυες.

2. ZONARAS T. I. p. 590.

h) Ad hunc annum bellum Alanicum a Pharaſmane, Iberorum regulo, excitatum, vulgo referunt.

i) ὁ δε προς Αλβανους [πο-

Imp. ADRIANO.

a. C. 136.

dum afflixit, Armeniam vero et Cappadociam attigit. Sed Albanis partim muneribus delinitis, partim metu auerſis, maleficio abſtinuit.

Imp. DIOCLETIANO. a. M. 5788. a. C. 288. a. 12. imp. Diocletiani.

§. 5.

Imp. DIOCLETIANO.

a. C. 295. *k*)

3 HOC anno — in Galliis — anceps omnino dubiaque belli fortuna Conſtantio Caeſari ex inopinato contigit. Eiusdem quippe diei ſex horarum interuallo victus et viciſſe viſus eſt. Nam effuſi in Conſtantii exercitum Alani *l*) ad caſtrorum vsque muros eum ſunt inſecuti: ipſe vero dux extremus fugientis exercitus premens veſtigia ſe recipiebat. Obſeratis vero portis cum intro non potuiſſet admitti, extenſas ad eum comprehendendum hoſtium manus nusquam euaſiſſet, niſi demiſſis per murum funibus ad caſtra fuiſſet ſubuectus. Intro receptus, verbis exercitum animat, et corroborat, et impetu in Alanos *m*) facto, caeſis eorum ſex millibus, praeclaram aſſequitur victoriam.

§. 6.

λεμος], εισι δε Μασσαγεται κατα τον Διωνα cet.

Albani cuiusdam, a genere forte nomen ſortiti, meminit Zonaras T. I. p. 632. eumque, a Gallieno Aug. filio Gallieno tutorem datum, et a Poſthumo tyranno ad Agrippinam, incolis eum dedentibus, vna cum Gallieno occiſum refert.

3. THEOPHANES p. 5.

k) Annum in margine adſcriptum Theophanes habet.

l) Αλανοι. In Variis Lectionibus Theophanis Textus p. 512. P. Goar: „lego Αλαμανοι„.

m) Αλανοις. Vaticanus I. Αλαμανοις. Vid. Varias Lect. l. c. Goar in Notis in Theophanem p. 548. ad verba ἐν ταις Γαλλιαις „Galliarum locum Lingonas; inter proelia duo ſpatium horis quinque minus: hoſtes non *Alanos*, ſed *Alemannos*, *eosque cum Euſebio ad LX. non VI. millia* ſcribit Eutropius Lib. IX. qui Allecti caedem et Conſtantii victoriam in eundem annum recenſet. *Per idem tempus a Conſtantio Caeſare in Gallia pugnatum eſt circa Lingones, die vna aduerſam et ſecundam fortunam expertus eſt. Nam cum repente barbaris ingruentibus intra ciuitatem eſſet coactus, tam praecipiti neceſſitate, vt clauſis portis per murum funibus tolleretur, vix quinque horis mediis, aduentante exercitu ſexaginta quinque millia Alemannorum cecidit.* Idem Pomponius Laetus. Euſebius ad

a. C. 295.

§. 6.

Imp. DIOCLETIANO.

ANNO duodecimo [imperii Diocletiani] 'Maximianus Herculeus Galliam et Britanniam, Conſtantius Alaniam et Africam obtinuit n). 4

§. 7.

Imp. HONORIO.

Imp. HONORIO.

a. C. 411. o)

GERONTIVS [militiae dux, qui paulo ante filium ſuum Maximum Caeſarem renunciarat] — accedentibus Vlphila et Conſtantio [quos Honorius miſerat] fugam capeſſit: deprehenſusque, quod impotentius exercitui praefuiſſet, ſuorum inſidiis petitus eſt. Ignem itaque ipſius aedibus iniecerunt. at ille fortiter in aduerſarios pugnat, vno adiuuante famulo, qui Alanus erat. Re tamen tandem deſperata, Alanum illum ſuamque vxorem p), vt ipſi poſtularant, interimit, ac denique etiam ſibi mortem conſciſcit. Maximus, eius filius, re intellecta, ad foederatos confugit barbaros. 5

§. 8.

a. C. 414. q)

IOVINVS apud Mundiacum r), Germaniae alterius vrbem, ſtudio '*Goaris*, Alani s), et Guntiarii, Burgundionum praefecti, tyrannus creatus eſt t). — 6

§. 9.

annum Diocletiani XIII. in Chronico „.

Hoc quicquid ſit, quae vsque ad §. 13. de Alanis narrantur, non ad Alanos, Caucaſi accolas, ſed ad eos pertinent, quos ad Gothicum nomen Procopius refert.

4. CEDRENVS T. I. p. 268.

n) Μαξιμιανος ὁ Ερκȣλιος Γαλλιας και Βρεττανιας, Κωνςαντιος δε Αλανιας [forte et hic mendum latet] και Αφρικης ἐκρατησαν.

5. OLYMPIODORVS Eclog. Hiſt. p. 7.

o) Ad hunc annum Gerontii rebellionem refert Caluiſius.

p) In marg. adſcribitur: „*Nonniochiam* Carol. Sigonius vocat„.

6. OLYMPIODORVS l. c. vbi haec iis, quae §. praec. attuli, ſtatim ſubiunguntur.

q) Sub hoc anno rebellionis Iouini meminit Petauius.

r) In ora: „Moguntiacum debebat ſcribere Olympiodorus„.

s) Γωαρ τȣ Αλανȣ.

t) Cfr. *Tom. I. Gothica* §. 39.

Imp. HONORIO.

§. 9.

a. C. 438.

7 VANDALI, Maeotidis paludis accolae, fame preſſi, ad Germanos, quos hodie Francos nominant, et flumen Rhenum ſe receperunt, tractis in ſocietatem Alanis, *natione Gothica.* Inde Godigiſcli ductu in ea parte Hiſpaniae, quae oram habet imperii Romani primam ab oceano, ſedes fixerunt. —

a. M. 5931.
a. C. 431.
a. 31. imp. Theodoſ. II.
v)

§. 10.

Imp. LEONE I.

Imp. LEONE I.

a. C. 457.

8 [LEO] e Dacia Illyrica oriundus, cum militari agmine Selymbrianisque cohortibus praeeſſet, *Aſparis* ſtudio imperium adeptus eſt. Hic Aſpar genere Alanus erat, a pueritia militiam ſecutus, qui ternis nuptiis totidem filios, *Ardaburium, Patricium, Ermenarichum* y) duasque filias ſuſtulit.

§. 11.

a. C. 468.

9 CONTRIBVTIS in cohortes Vandalis et Alanis duces Gizericus non minus LXXX. praefecit, quos chiliarchos, ſeu mille virum tribunos ideo nominauit, vt habere ſub ſignis LXXX. bellatorum millia crederetur. Ac ſuperiori quidem tempore Vandali atque Alani non excedere dicebantur L. millia —. Porro in vnum Vandalorum nomen Alani z) caeterique barbari ſua vocabula confuderant, exceptis Mauris. —

§. 12.

7. PROCOPIVS de Bell. Vand. p. 182. Theophan. p. 81. Anaſtaſ. Biblioth. pag. 99. Conſtantin. de Adm. Imp. c. 25. p. 79. Locum integrum cum narrationis varietate. vide *Tom. I. in Vandalicis §. 6.*

v) Sub hoc anno, alieno loco, haec a Theophane narrantur. Vandalorum in Gallias irruptionem ad a. C. 406. Scriptores occidentales referunt.

8. CANDIDVS ISAVRVS Eclog. Hiſtor. p. 17.

x) του Ασπαρος. De quo vide plura *T. I. in Gothicis §. 74. ſeqq.*

y) Αρδαβυριον, Πατρικιον, Ερμεναριχον in marg. „al. Ερμοναριχον„. p. 18. Αρμενεριχος vocatur. De his Aſparis filiis plura vide in *Gothicis §. 76. ſeqq.*

9. PROCOPIVS de B. V. p. 190. Cf. *T. I. Vandalica §. 32.*

z) Hinc Tzazo in litteris ad fratrem Gelimerem datis eum *Vandalorum et Alanorum regem* vocat. Procop. de B. V. pag. 230. quem locum vide in *Vandalicis §. 88.*

a. C. 468.

Imp. LEONE I.

§. 12.

ALIQVANTO ante [quam Zeno Byzantii et Auguſtulus in occidente rerum potirentur] Romani *Scirros*, *Alanos* et alias quasdam *gentes Gothicas* in ſocietatem adſciuerant; ex quo illas ab Attila et Alarico clades acceperant. 10

§. 13.

Imp. ZENONE.

Imp. ZENONE.

a. C. 480. a)

ALANVS quidam occidere Hillum b) conatus, eum eum percuſſiſſet, ab Epinicio, qui erat Verinae [Leonis Auguſti viduae] domeſticus, ſubornatum ſe ad caedem ait. Itaque traditus Hillo Epinicius eſt, qui data fide et obliuionis et praemiorum, ordine cuncta enarrauit, quae in Hillum Verina moliretur. Quare Zeno Verinam Hillo tradidit, qui eam in Ciliciae caſtellum ablegauit, atque ita ſe tutum reddidit. 11

10. PROCOP. de Bello Goth. p. 303. Cf. *Gothica* §. 133.

11. CANDIDVS ISAVRVS Eclog. Hiſt. p. 19.

a) Annus, ad quem haec a Petauio referuntur.

b) Ἴλλεν. Zenonis hunc Magum fuiſſe ſcribit Suidas in Eclog. Hiſt. p. 47.

CAP. II.

CAPVT II.

Res Alanorum ſub imperatoribus CPlitanis Iuſtiniano I., Iuſtino II., Tiberio, Mauricio et Heraclio geſtae; ab a. C. 549-623.

§. 14.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 549, 550. [a]

Imp. IVSTINIANO I.

12 [GVBAZES, Lazorum rex, cum Perſas, a quibus defecerat, cum exercitu accedere cognouiſſet,] ipſe cum omnibus Colchorum copiis extremam Lazicae oram petiit, vt in cuſtodiam anguſtiarum pro virili parte incumberet. Idem paulo ante Alanos et Sabiros in belli ſocietatem induxerat. Hi, pacta mercede ter centum pondo auri, ſpoponderant, ſe non modo Colchidem ab hoſtili iniuria tutam ſeruaturos cum Lazis, ſed *Iberiam* etiam ita nudaturos incolis, vt nunquam inde Perſae poſſent irrumpere [b]. —

§. 15.

a. C. 550, 551.

13 [ANNO quinto induciarum, quas cum Perſis Romani pepigerant,] ingens Perſarum exercitus, Choriane duce, et ipſo Perſa,

12. PROCOPIVS de B. P. p. 165.

a) Induciarum Perſas inter et Romanos anno XIX. imp. Iuſtiniani I. in quinque annos factarum meminit Procop. de B. P. p. 160. Anni vero quarti harum induciarum exeuntis, anni XXIII. imperii Iuſtiniani I. p. 170.

b) Locum integrum vide in *Lazicis* §. 32.

13. PROCOP. de B. G. pag. 566. Cf. *Lazica* §. 42.

a. C. 550, 551. Imp. IVSTINIANO I.

ſa, viro rei militaris peritiſſimo, irrupit in Colchidem cum Alanorum barbarorum ſociam praebentium operam magno numero.

§. 16.

[BELLO in Lazica feruente, dux quidam Romanorum, Artabanes, qui olim a Perſis defecerat, cum duobus militibus inſignia edidit facinora, quibus c)] attoniti praecurſores [Perſarum] mille et retrogreſſi, Chorianem cum caeteris Perſarum Alanorumque copiis exſpectarunt, ac breui illis ſe adiunxerunt. [Proelio breui poſt commiſſo] crebriores quidem ſagittas miſſitabant Perſae et Alani, quam aduerſarii; ſed plerumque ſcutis repellebantur. — [Tandem Chorianis] vnius caede diremto certamine, Romanis ceſſit victoria. — Inſtare cum Lazis Romani et ſtragem edere, ſpe incenſi, fore, vt primo impetu caſtra hoſtium caperent Verum Alanus quidam, forti animo et valenti corpore praeditus, ac periſſimus crebras impellendi ſagittas vtroque verſus, caſtrorum aditu, qui erat anguſtiſſimus, occupato, diu praeter opinionem inuadentibus reſtitit. Denique Ioannes, Thomae filius, proxime ſolus accedens, haſta derepente confecit hominem: itaque Romani et Lazi caſtris hoſtilibus potiti ſunt. 14

§. 17.

a. C. 555. d)

[SOTERICHVS a Iuſtiniano Auguſto, vt pecuniam finitimis barbaris bellicae ſocietatis cauſa diſtribueret, in Lazicam miſſus, poſteaquam ad Miſimianorum peruenit prouinciam; hic] cogitatio quaedam — incidit, quod vtique vnum quoddam ex ipſorum propugnaculis, circa ipſos Lazorum fines ſitum, Buchloum vocatum, Alanis prodere vellet, vt gentium, quae remotius habitarent, legati ibi congregati ſtipendia deferrent, neque amplius neceſſitas vlla eſſet, vt, qui pecunias adferret, Caucaſi montis radices circumiret, ipſeque ad illos iret. — 15

 §. 18.

14. Id. ibid. p. 585.

c) Cf. *Lazica* §. 48, 49.

15. AGATHIAS p. 91. Cf. *Miſimianica* §. 1.

d) Circa hunc annum Gubazes, Lazorum rex, a Ruſtico, Romano, et coniuratis occiſus eſt, et Soterichus cum nouo rege Tzathe in Lazicam venit.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 555.

§. 18.

16 [RVSTICVS in oratione, qua caedem Gubazis Lazorum regis excuſare nitebatur, inter alia,] Sicubi — fortaſſis [inquit] lapſi fuiſſemus, — haec ille [Gubazes] proclamabat, et ſignificabat non ſolum Perſarum exercitibus; — ſed nuncii ſtatim ab ipſo emiſſi id perferebant in Iberiam, in Alanos, Suſanorum nationi, barbaris vltra Caucaſum habitantibus, quique vltra hos, et hjs ipſis adhuc ſunt vlteriores, et ad omnes, ſi obiri potuiſſent, orbis terrarum extremitates mittere non deſtitiſſet. Nuncii ſumma haec erat: Romani imbelles, et a barbaris ſuperantur.

§. 19.

a. C. 557.

17 CVM diu multumque huc illuc diuagati aberraſſent [Abari], tandem ad Alanos acceſſerunt, et *Saragoſum* [f]), eorum ducem, ſuppliciter orarunt, vt per eum in notitiam et amicitiam Romanorum venirent. Id [Alanus] Iuſtino, Germani filio, qui tunc temporis militibus, qui in Lazice in praeſidiis erant, praeerat, nunciauit, et Iuſtinus ad Iuſtinianum retulit. —

§. 20.

a. C. 563. [g])

18 [EX conditionibus, quibus pax Romanos inter et Perſas in quinquaginta annos conuenit, prima haec fuit:] Ne per anguſtias introitus, qui *Coruthſon* [h]) appellatur, et portas Caſpias Perſae aut Hunnos, aut Alanos, aut alios barbaros in Romanorum ditionis terras tranſire ſinant, neque Romani in ea loca exercitum contra Perſas mittant.

§. 21.

16. AGATHIAS p. 116, 117. Cf. *Lazica* §. *120.*

17. MENANDER p. 99. Cf. *T. I.* *Auarica* §. 4.

e) Annum habet Theophanes p. 196. qui tamen nihil de Alanis.

f) Ita perperam interpres, in Gr. enim *Σαρωσιος* vocatur.

18. MENANDER p. 140.

g) Cf. *T. I. Hunnica* §. 206. et ibi not. *n*.

h) *Χερτζων.*

§. 21.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 569.

[LEGATI Romanorum a Turcis, ad quos miſſi erant, redeuntes,] in Alaniam magna cum trepidatione, propterea quod metuebant gentem *Horomoſchorum* i), properarunt. Eo cum veniſſent, et *Sarodium* k), Alanorum ducem, vna cum Turcis [qui eos comitabantur] adire vellent: Sarodius quidem Zemarchum [legatorum Rom. principem] et qui cum eo erant, benigne et comiter excepit; ſed Turcorum legatos prius, quam arma depoſuiſſent, in ſuum conſpectum venire noluit. Maximo igitur inter ipſos ſuper hac re orto et continuato per tres dies certamine, diſſidentium arbiter fuit Zemarchus. Tandem armis depoſitis, vt Sarodio placuerat, eum adierunt. Sarodius autem monuit Zemarchum, ne per Mindimianos l) iter faceret, propterea quod Perſae circa Suaniam in inſidiis erant; conſultius faceret, ſi per Darinem domum rediret. [Suadenti haec obtemperauit Zemarchus]. 19

§. 22.

a. C. 573. a. 8. imp. Iuſtini II.

MARCIANVS, Iuſtini imperatoris patruelis, Orientis dux iam renunciatus, in expeditionem aduerſus Choſroem, octauo imperii Iuſtini anno miſſus eſt. Ioannes vero Armeniae dux et Meranes Perſarum, qui et Baramanes, exercitum colligebant. Et Armeniis quidem ſocios ſe coniunxerunt Colchi, Abaſgi, et *Saroës*, rex Alanorum m), Meranae vero Sabiri, et Daganes et Dilmaina gens. 20

19. MENAND. p. 109. Cf. *Tom. III. Turcica §. 17.* Legationis a Turcis per Alanorum terras a. VII. imperii Iuſtini II. ad Romanos miſſae meminit Theophanes p. 207. vid. *Turcica §. 18.*

i) το φυλον των Ορομοσχων.

k) Σαρωδιον. ita et infra hoc nomen ſcribitur. Caeterum Σαρωδιος, Σαρωσιος §. 19. et Σαρωης §. 22. idem nomen eſſe videtur.

l) *Miſimiani* Agathiae.

20. THEOPHANES BYZANT. in Eclog. Hiſt. p. 22.

m) και Σαρωης [in marg. Σαρωης] ὁ Αλανων βασιλευς.

Imp. TIBERIO *Conſt.*

§. 23.

Imp. TIBERIO *Conſtantino.*

a. C. 574-578. n)

21 SVB Tiberio Caeſare Romanorum duces, impetu in Albaniam facto, obſidibus a Sabiris et aliis gentibus acceptis, Byzantium venerunt. Eo cum legati Alanorum et Sabirorum veniſſent, qui, vt ſe Romanis dederent, mittebantur. Caeſar eos benigne valde et humaniter excepit, 'duplo maiora ipſis, quam ad id vsque tempus a Perſis acceperant, ſtipendia pollicitus o)'.

§. 24.

a. 2. imp. Tiberii.

a. C. 579, 580.

22 [TVRXANTHVS, Turcorum princeps legatis, a Tiberio miſſis, ſuam iactans potentiam, inter alia] Omnis — [inquit] terra, quae a primis ſolis radiis incipit, quae vltimis ſolis occidentis finibus terminatur, mihi paret, et ſubeſt. Vobis, o miſeri, ob oculos ponite Alanorum gentem, atque adeo ipſas Vnigurorum tribus. Hi, excellenti fortitudine et audacia praediti licet, et domeſticis copiis freti, contra inuictam Turcorum gentem congreſſi acie, nihil quicquam eorum, quae ſperauerant, conſecuti ſunt, et nobis parent; noſtrorumque ſeruorum numero habentur.

§. 25.

a. C. 580. p)

23 MILITES [Romani], qui ſub Curſo et Theodoro merebant, a caſtris diſceſſerunt, poſtquam illis nunciatum erat, imperatorem ira inflammatum de illis poenas ſumere cogitare, propterea quod in Albaniam irruentes, Sabiros q) non penitus ſuſtulerant; et exter-

21. MENANDER p. 119.

n) Indictione VIII. menſ. Sept. Caeſar a Iuſtino renunciatus eſt Tiberius, imperator autem eodem menſe Ind. XII. Chron. Paſch. p. 376.

o) Locum integrum vide T. I. [illegible]

22. Id. p. 162, 163. Cf. T. III Turcica §. 22.

23. MENAND. p. 158, 159.

p) Menand. p. 161. coll. Theophan. p. 211.

q) καὶ Ἀλβανοὺς omiſit interpres.

a. C. 580.

exterminarant; ſed, obſidibus conſili, parum caute res adminiſtrarunt, idque experientia ipſa compererant. Etenim confeſtim Sabir a Romanis defecerat. Cum minime ſatis vtilitati reipublicae conſuluiſſent, poenitentia ducti, rurſus in Albaniam impetum fecerant. Et legationibus Sabiros et Albanos ſuis ſedibus excitos ad ripas Cyri amnis collocarant, vt deinceps in Romanae ditionis regionibus habitarent —

Imp. TIBERIO *Conſt.*

§. 26.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 587.

Imp. MAVRICIO. a. M. 6080. a. C. 580. a. 6. imp. Maur. 24

a) [BARAM, Perſarum dux ab Hormisda deſignatus, cum, Turcis in Suania ſubactis, ad Araxem progreſſus eſſet: de iis] certior factus imperator [Mauricius], Romanum, ducem inſtitutum, cum exercitu in Suaniam dirigit. Is vbi Lazicam deuenit, et ad Phaſidem amnem appulit, in Albaniam caſtra mouet. [Baram, vt Romanos in interiores Perſiae prouincias pertraheret, exercitum reducit. Romanus duo armatorum millia Perſis inſtare iubet, qui eos victos ad vallum vsque caſtrorum perſequuntur.] Romanus his nunciis militum [reliquorum] animos excitat, et in Albaniae campis caſtra metatur.

§. 27.

Imp. HERACLIO.

a. C. 622.

Imp. HERACLIO. a. 13. imp. Heraclii. 25

[HERACLIVS Chofroëm per anguſta Medorum loca inſecutus — multa oppida camposque diripuit. Sed cum hieme ingruente

a) THEOPHYLACTVS: — Romani *procedunt contra hoſtes. Vtrique exercitus in campo Albaniae tendunt, quos profundum Araxis fluminis brachium dirimit, manenteſque ſuper ripas, verba commutant.*

24. THEOPHANES p. 221. Anaſtaſ. p. 74, 75. Theophylact. pag. 72. qui haec ad a. VIII. imp. Mau. refert.

25. THEOPHANES p. 258. Anaſtaſ. p. 92, 93.

Imp. HERACLIO.

a. C. 622.

gruente de hibernis cum exercitu deliberaret; alii in Albania hiemandum, alii vero, contra ipſum Choſroëm pergendum eſſe, cenſebant. Imperator autem cum expiationem ac ſanctimoniam vniuerſo exercitui per dies tres continuos indixiſſet, apertis Dei Euangeliis inuenit, ſibi ſignificari, vt in Albania hiemaret. Quamobrem continuo iter conuertens in Albaniam contendit. — Cum autem hiems rigidior ac gelu eos in itinere vexaſſet; ipſe vbi in Albaniam deuenit, Perſas — captiuos — a vinculis ſoluit, ipſosque, qua potuit, corporis cura et medela refecit.

§. 28.

a. 14. imp. Heraclii.

a. C. 623.

26 [ANNO decimo quarto imperii Heraclii] Perſarum rex Choſroës Sarablagam — aduerſus Heraclium in Albaniam miſit. Albaniae vero fines ingreſſi [Perſae], ad imperatorem cominus accedere — nusquam auſi ſunt: verum inſidias ei praeſtruere conſiliati, montium anguſtias, quibus ad Perſiam itur, occupare ſibi ſatis eſſe putauerunt. Heraclius autem per amplas ſupinasque camporum planities, ex quibus vberem colligebat commeatum, ex Albania ſimul cum ineunte vere ſoluens, iter in Perſiam agebat, licet ob locorum diſtantiam longiori mora perficere cogeretur.

26. THEOPHAN. pag. 258, 259. Anaſtaſ. p. 93.

CAP. III.

CAPVT III.

Bellum ab Alanis, Leone protoſpathario auctore, Abaſgis perſide illatum; res Alanorum ſub ſignis Romanorum militantium geſtae; ab a. C. 685-1188.

§. 29.

Imp. IVSTINIANO *Rhinotmeto.*

a. C. 685.

Imp. IVSTINIANO *Rhin.* a. M. 6178. a. C. 678. a. I. imp. Iuſtin. rhin.

IVSTINIANVS — Leontium ducem cum Romanis copiis in Armeniam miſit. Hic, Saracenis, qui illic aderant, occiſis, Armeniam Romanae ditioni ſubiicit, quemadmodum et Iberiam et Albaniam, et Bulcaciam a), et Mediam: et vectigalibus per ſingulas quasque prouincias collectis, ingentem diuitiarum aceruum ad imperatorem tranſmiſit. 27

§. 30.

27. THEOPHANES p. 303. Anaſtaſ. p. 116.

a) Βουλκακιαν, in margine Βȣκαενιαν. etiam Anaſtaſius *Bucaniam* habet. Zonaras T. II. p. 92. ita: *Iuſtinianus miſſo Leontio Iberiam, Albaniam et alias regiones ſubegit.*

Imp. IVSTINIANO *Rhin.*

§. 30.

a. C. 703. b)

28 α) [IVSTINIANVS in imperium reſtitutus] licet ei [Leoni ſpathario c), cum a nonnullis affectatae tyrannidis accuſaretur] palam nocere nollet, ſecreta tamen indignatio animum eius inceſſit: quare ipſum cum ingenti pecunia in Alaniam delegauit, vt Alanos in Abaſgiam, et Lazicam, et Iberiam concitaret d). Ille Lazicam profectus, pecuniam quidem in Phaſide repoſuit, et paucis indigenis ſecum abductis in Dapſiliam e) ſe contulit, ac deinde, Caucaſeis montibus ſuperatis, in Alaniam contendit. At cum perniciem ipſi inferre Iuſtinianus meditaretur, qui pecuniam, ab ipſo Phaſide repoſitam, tolleret, miſit.

§. 31.

α) ZONARAS: *Leo — pulſo — Iuſtiniano et a Bulgaris in regnum reducendo, progreſſus obuiam, ei munera obtulit: eaque de cauſa ſpatharii dignitatem ſtatim eſt conſecutus, et, recuperato ab illo imperio, eius familiaritate vſus. Deinde ad Alanos, ſiue Albanos (ſic enim vocantur a veteribus) miſſus eſt, vt eos contra Abaſgos, qui a Romanis defecerant concitaret.* Quae de Abaſgorum antiquitate ex Procopio ſubiungit Zonaras, ea vide in *Auaſgicis* §. 2. in variet. narrat. *Qui* [magiſtratus a Rom. imperatoribus miſſi ad Abaſgos] *cum iniurii eſſent, ac populum crudelius tractarent, veriti, ne prorſus in ſeruitutem a Romanis redigerentur, defecerunt, neque amplius magiſtratum Romanorum admiſerunt. Ea de cauſa Iuſtinianus is, qui naſo mutilatus fuit, eos vlturus, Leonem ſpatharium ad Alanos mittit cum maxima pecunia, vt eos contra finitimos Abaſgos armaret. Eo profectus Leo et multos ibi annos commoratus, ſero aegreque rediit, nec Iuſtiniano inuento (nam occiſus erat), neque Philippico (pulſus enim erat —), Artemium igitur tum imperantem conuenit.*

28. THEOPHANES pag. 327-330. Anaſtaſ. p. 128-130. Zonaras T. II. p. 100, 101.

b) Hoc anno Bulgarorum ope in imperium reſtitutus eſt Iuſtinianus. Alieno loco ſub primo imperii Leonis Iſauri anno haec de Alanis narrant Theophanes et Anaſtaſius.

c) Qui poſtea ſub *Leonis Iſauri* nomine imperium tenuit.

d) Anaſtaſius: *Saracenis retinentibus tam Abaſgiam, quam Lazicen et Iberiam.*

e) Δαψιλίαν. Anaſt. *Apſiliam*, recte.

a. C. 703.

Imp. IVSTINIANO *Rhin.*

§. 31.

Alani vero, ſpathario cum honore ſuſcepto, verbisque eius obedientes, irruptione in Abaſgiam facta, prouinciam omnem in ſeruitutem miſerunt. Tunc Abaſgorum dominus Alanis in haec verba ſignificat: „Virum, ſi bene coniicio, mendaciis confingendis aptiorem, praeter iſtum, qui mutuam inter nos, loco patriaque vicinos, diſſenſionem excitaret, quem mitteret, [Iuſtinianus *f*)] haud reperit. ‘Sane ille nobis impoſuit, maxime cum pecuniarum promiſſa nobis primum obtulit: pecunias ipſas mandato ſuo Iuſtinianus recepit *g*). Verum tradite nobis illum, et nummorum tria millia vobis exhibebimus, et, quam ab antiquo habuimus, pacem non violabimus„. Reſponderunt Alani: „Non gratia pecuniarum, ſed ex eo, quem ad imperatorem fouemus, affectu viro parere non recuſauimus„. Abaſgi iterum ad eos delegauerunt, qui dicerent: „Tradite nobis illum, et nummorum ſex millia rependemus„.

Alani, Abaſgorum regiones explorare conſiliati, nummorum ſex millia accipere et ſpatharium Abaſgorum manibus permittere pacti ſunt. ‘Communicato ſubinde ſpathario conſilii ſecreto, his eum verbis compellant *h*): „Via, qua in Romanam ditionem itur, vndequaque, vt cernis, interclusa eſt; nec iſtinc digredi tibi facile conceditur. ‘Quare cum hoſtibus dolo nobis agendum *i*). Nos itaque tradituros te ipſis ‘ficte conueniamus *k*): tum vero te cum quibusdam e noſtris miſſo *l*), ‘cluſurarum, quae apud illos ſunt, anfractus *m*) explorabimus, et, impetu demum in eos facto, per eorum regiones graſſati, quod obuium fiet, vaſtabimus; atque ita, quae e re noſtra ſunt, promouebimus„.

f) Omiſit nomen interpres.

g) ἐψευσατο γαρ ἡμας και περι την ὑποσχεσιν των χρηματων. ἐπεμψας γαρ ὁ Ιεστινιανος ταυτα ἐπηρεν.

h) οἱ δε Αλανοι ἐθαῤῥησαν τῷ Σπαθαριῳ, και λεγεσιν αὐτῳ.

i) ἀλλα μαλλον τροπευσωμεθα.

k) συνταξωμεθα.

l) και ἀπολυσομεν ἁμα τοις ἀνθρωποις αὐτοις ἡμων. Anaſt. *et mittimus homines noſtros cum eis.*

m) τας κλεισερας αὐτων.

Imp. IVSTINIANO Rhin.

a. C. 703.

§. 32.

Alanorum igitur apocriſiarii in Abaſgiam profecti, et ſpatharium traditaros pacti, plurima ab ipſis retulerunt munera. Abaſgi ſubinde plures e ſuis cum eisdem apocriſiarios delegarunt, qui promiſſam auri ſummam enumerarent, et ſpatharium reciperent. Tum vero Alani ad ſpatharium „Homines iſti, inquiunt, te ſibi traditum, vt monuimus, comprehenſuri venerunt, et iam te vinctum Abaſgia tota praeſtolatur n). Ad eos vero, ceu prouinciae noſtrae contermiuos, mercatores e noſtris ſaepius itare et tranſire noueris o). Quare ne conſilium a nobis arreptum in crimen vertatur: in manus eorum manifeſte trademus te, illisque te ſecum rapientibus, ex vltimo noſtrorum agmine quosdam occulte ſummittemus, qui eos armis adoriantur, et occidant; te vero, donec exercitus noſter in terram eorum, pacis omni foedere ſoluto, irrupturus colligatur, ab oculis ſecreto remouendum noueris„ p).

Conſilio res ſucceſſit. Capto ſiquidem cum omni comitatu ſpathario, eoque vinculis conſtricto, Abaſgorum apocriſiarii iter arripiunt: Alani vero, *Itatze* q) domino ſuo duce, Abaſgis occiſis, ſpatharium, ad ſe receptum, occultant. Ille, exercitu collecto, mouit in Abaſgos, et penetratis ex improuiſo clauſurarum anguſtiis, partaque captiuorum ingenti praeda, maximam cladem Abaſgis intulit.

§. 33.

Vbi, nullis expenſis pecuniis, vel aere ſoluto, quae mandauerat, feliciter ſucceſſiſſe Iuſtinianus reſciuit; ſcribit Abaſgis: „Si ſpatharium noſtrum incolumem ſeruaueritis, et abſque periculo per terras veſtras permiſeritis tranſire: offenſas a vobis in nos

ad-

n) και ἡ Αβασγια ἐκδεχεται σε. Anaſtaſ. et *Abaſgia te praeſtolatur.*

o) και ἐκει πλησιαζομεν αὐτοις πραγματευται ἀπερχομενοι προς αὐτους οὐ διαλειπουσι.

p) και ἐκεινους μεν ἀποκτενομεν, και σε κρυπτομεν, ἑως ἀν συναχθῃ ὁ λαος ἡμων, και ἀσυμφωνως εἰσελθωμεν ἐν τῃ γῃ αὐτων.

q) συν Ιτατζῃ. Anaſtaſ. *Hitaxi.*

a. C. 703.

Imp. IVSTINIANO *Rhin.*

admiſſas condonamus„. Illi, litteris alacri animo receptis, Alanis r) iterato haec nunciant: „Filios noſtros in obſides vobis damus, tantum ſpatharium nobis tradite, vt Iuſtiniano protinus transmittamus„. Conditionem oblatam recuſauit ſpatharius, dicens: „Felicem exitus viam mihi reſerare potens eſt Deus; per Abaſgorum vero fines tranſire non fert animus„.

§. 54.

a. C. 703-713. s)

Caeterum, quodam tempore abhinc elapſo, cum Armenorum Romanorumque exercitus Lazicam ingreſſus, Archaeopolin t) obſideret, audito Saracenorum aduentu, inde continuo receſſit. Ex ipſis autem nonnulli ad ducentos diſtracti, finibus Apſiliae v) penetratis, Caucaſiorum regionem depraedati ſunt. — Quo comperto, Romanorum copias ingentes ad Caucaſi loca appuliſſe, coniicientes Alani, ſupra modum laeti x) ſpathario dixere: „Aduenere Romani; recipe te ad illos„. Tum igitur ſpatharius, Alanis quinquaginta comitatus, et cyclopedum y) ope niuibus Caucaſei iugi menſe Maio ſuperatis, Romanos offendit, et gaudio perfuſus totus rogabat, Vbi eſt exercitus? Reſponderunt illi: „Saracenis ingruentibus, in Romanorum ditionem redierunt. Nos vero cum Romanos fines attingere veteremur, iter in Alaniam meditati ſumus„. Spatharius ad eos, „Quid nunc rei agendum eſt, inquit„. Tum illi, „Hac, aiunt, regione tranſire nullo pacto conceditur„. „An non alia via, reſpondet ſpatharius, facilis tranſitus?„.

Porro caſtrum illic erat nomine *Siderum*, cuius cuſtos quidam nomine Pharaſmanius, ſub Saracenorum poteſtate conſtitutus,

r) εἰς Ἀλανίαν. Interpres perperam „*Abaſgis*.

s) Anni imp. Iuſtiniani Rhin., et Philippici, vsque ad initium imperii Artemii. vid. fin. huius §phi.

t) Ἀρχαιόπολιν. Anaſt. *Archeopolim*.

v) Ἀψιλίας. ita et ſupra §. gr. pro Δαφιλ. legendum eſt.

x) χαίροντες.

y) μετὰ κυκλοποδῶν. Anaſt. *cum cyclopedibus*. Cangius in Gloſſar. „*Calcei circulis ferreis* [Index vocum mixobarb. Theophani praefixus; — *uncis ferr.*] *in ſoleis muniti*, quibus niues montium calcare licet„.

Imp. CONSTANTINO Mon. a. C. 1050.

imperatricem reueritus eſſet, — amicam ſuam etiam imperatricem appellaſſet, et diademate exornaſſet. Caeterum illa Auguſtae felicitas non diu durauit: nam poſt imperatoris obitum ad priſtinam conditionem eſt reuerſa.

Imp. MICHAELE Duca.

§. 38.

Imp. MICHAELE Duca.

a. C. 1073.

32 TERTIO anno imperii — Michael filium, ex Maria Alana g), quam Auguſtam appellarat, ſuſceptum, Conſtantinum ob patris memoriam vocauit, et imperii inſignibus adornato Longobardiae ducis, Roberti, filiam deſpondit, cui adductae nomen Helenae indidit.

§. 39.

32. ZONARAS T. II. p. 288.

g) Nicephorus Bryennius p. 40. de eadem: *Imperator Michael — cum ipſe paulo ante praenobilem praepotentemque Iberorum principis filiam, Mariam, coniugem duxiſſet, huius patruelem* (ἐξαδελφην), *Alaniae rectoris* (τȣ Αλανιας ἐξȣσιαζοντος) *filiam, Irenem, Curopalatiſſae* [*Annae*] *filio maiori Iſaacio nuptiarum neceſſitudine coniunxit.* Adnotat ad h. l. Cangius in Notis in Bryennium p. 309. „Iberos, Abaſgos et Alanos vnam candemque gentem, ſeu nationem fuiſſe teſtatur Ioannes Tzetzes Chil. 5. cap. 17. Ιβηρες δε και Αβασγοι, και Αλανοι ἑν γενος. Non quod Iberi iidem fuerint cum Alanis et Abaſgis, ſed quod Iberorum princeps Abaſgorum et Alanorum regulis ſupremo iure imperaret Quod innuit ſatis ſuperque Bryennius, dum ſcribit, Iberorum regem [illegible] των Ιβηρων obtinuiſſe, Alaniae vero dominum ἐξȣσιαζοντος nomine tantum donat. Nec abnuit Tzetzes, qui mox eosdem populos diuerſos et a ſe inuicem diuiſos fuiſſe ait: Οἱ Ιβηρες πρωτευοντες, οἱ Αβασγοι δευτεροι, Οἱ Αλανοι δ' ἐυχημασι ταξιν τριων ὑστερων. Verum cur Mariam ex Abaſgis oriundam potius, quam ex Iberis dicat, eoque nomine Scylitzem, Zonaram et alios, qui Alanam indigitant, carpat idem Scriptor, haud plane video, cum Bryennius diſerte Iberorum regis filiam fuiſſe tradat, niſi forte, quod Iberorum rex Abaſgis etiam illa tempeſtate imperaret: τȣ Τζετζȣ μητερος ἡ Αβασγις ἡ μητηρ Συν τῃ δεσποινῃ Μαριαμ, τῃ Αβασγισσῃ λεγω, Ην οἱ πολλοι Αλανισσαν φασιν οὐκ ἀκριβȣντες, Ηλθεν εἰς Μεγαλοπολιν, ὡς συγγενης καθ' αἱμα. — —

Imp. MICHAELE Ducas. 33

§. 39.

a. C. 1073-1078. b)

[ALEXIVS et Iſaacius Comneni, fratres, non procul Ancyra, Galatiae metropoli, cum ſuis a ducentis Turcis in domo quadam ruſtica obſeſſi, aegre hoc modo ſeruati ſunt.] Alanus — quidam ex familiaribus Iſaacii, *Arabates* i) dictus, vehementem et pertinacem impetum barbarorum cernens, cui, vix maiori numero tolerabili, duo ſoli cum oppido paucis Comneni fratres obſiſterent, veritus, ne quis caſus acerbior alterutri eorum incideret, ſocium, cui *Chaſcares* k) nomen fuit, ſub Comneno Alexio merentem, rogauit, adeſſe vt ſibi vellet, omiſſiſque ambo equis in hoſtes iacularentur. „Turpe ſiquidem, aiebat, fuerit, eius nobilitatis et fortitudinis viros, Alanis hic praeſentibus, periclitari. 'Neque in nos ſolum, verum et in vniuerſam Alanorum gentem ac famam id dedecus redundabit l)„. 'Sic Arabate locuto, refutauit conſilium Chaſcares m), vt et audax nimium, et parum prudens. Nam et ſe ipſos praeſentiſſimum adituros diſcrimen, ſi hoc facerent, et tamen iis, quos ſeruatum irent, nihil profuturos, 'quippe cum in aequa patentique planitie, vt tum erant, poſitis peditibus aduerſus equites iaculari haud eſſet conſultum n). „Sed, ſi quid mihi credis, ait, quando non longe ab illis, quas cernis, viae anguſtiis diſtamus, eo ſimul peruenerimus, exſcendemus ex equis, fortiterque pugnabimus; ac ſic et honori gentis, et ſaluti dominorum ſimul conſulemus„. Talia Chaſcares.

At Arabates barbarico cum conuicio reiiciens raptim equo deſiliit, et, vbi flagelli verbere contemtim admonuiſſet Chaſcarem, iret, ſi vellet, cum fugientibus, ipſe pugnare ex plano iaculando coepit. Perculit inopinata ſpecies Turcos, vt aliquando haererent, ignari,

33. NICEPHORVS BRYENNIVS p. 49, 50.

h) Anni imperii Michaelis Ducae.

i) Αραβατης.

k) Χασκαρης.

l) ὀνειδος γαρ αν αυτῳ απαν ἑξει το γενος των Αλανων.

m) οὑτω μεν οὐν ἐκεινος ἐφη, ὁ δε την βουλην απεπεμπετο.

n) ἁτε ὁμαλου ὀντος του τοπου και πεδινου.

Imp. MICHAELE *Duca.* a. C. 1073 - 1078.

ignari, quid res eſſet. Stante Arabate, ac breue telum manu tenente, quo audacter vſus in primum equitem irruentem contra eum pectore tranſfixum ex equo deiicit. Hic aliquis Alani dexteram iaculo traiicit. At ille extractum e vulnere telum in auctorem reiicit, et barbarum iaculatorem ſua ipſius cuſpide, vt Brandas olim, generoſe vltus eſt. His experimentis perſpecta viri fortitudine paulum ab eo receſſerunt. At is opportunitate oblata ſecure vſus in domunculam forte proximam conſcendit, et inde loco ſuperior certiori iaculatione Turcos infeſtabat. Alii iam interim in anguſtias euaſerant. quare Turci, hoc omiſſo, impetu vehementi in eos irruerunt. Sed Comnenus Alexius, obuerſo in eos vultu, cum familiarium paucis primus ex iis vnum deiicit, et Chaſcares, cuius modo meminimus, fugientis alterius terga confixit. Hinc magno concepto metu dimiſſis ipſis Turci recedebant. Noſtri vero aliquantum progreſſi, deſilientes ex equis in loco natura munito tabernaculum figunt. eoque iam nocte ingruente, qui aſcenderat equo, Alanus ſeſe ſaluus recepit.

§. 40.

34 [CVM Vrſelium, qui cum Francis mercenariis aliquanto ante ab imperatore defecerat, Ponticas ciuitates vaſtare] cognouiſſet imperator Michael, Palaeologum Nicephorum ad imperatorem Alaniae miſit, ducturum ſtipendiarium exercitum. qui eo profectus, conſcriptisque copiis circiter ſex millium, in Pontum ſe contulit, et impetus Vrſelii reprimere conabatur. Verum Alanis petentibus promiſſum ſtipendium, cum non haberet, vnde ſolueret, neceſſarium conſilium ſuſcepit pugnandi cum Vrſelio, priusquam Alani, quod minabantur, recederent. At illi vehementius inſtabant, vt ſibi repraeſentaretur conſtituta merces, quod cum Palaeologus, pecunia carens, facere nequiſſet, Alani, paucis exceptis, omnes abierunt. Cum reliquis autem congreſſus Vrſelius, eos, non paucis occiſis, fudit, et varie in Ponti ciuitates fugere coëgit.

§. 41.

34. Id. p. 57.

o) προς τον αρχοντα Αλανιας.

a. C. 1073-1078.

Imp. MICHAELE *Duca.*

§. 41.

[ALEXIVS ab imperatore contra Vrſelium miſſus] transgreſſus Pontem Paphlagoniae, Amaſeae ſe admouit, vbi reperit Alanos, qui vltimae cladi ſuperfuerant, non plures centum quinquaginta. His ad ſuas tenues copias adiunctis, hoſtes coercebat, ſaepe manus conſerens, totiesque vincens. 35

§. 42.

Imp. NICEPHORO *Botaniate.*

a. C. 1078 1081. *p*)

Imp. NICEPHORO *Botan.*

[GEORGIVS Monomachatus dux Illyrici totius] initio quidem procurationem eam aſpernatus oblatam fuerat, verum ſerui duo barbari Scythici generis familiares imperatoris, Borilus et Germanus, inuidentes ei, et quotidianis apud imperatorem obtrectationibus eum perdere conantes, eo ſucceſſu, vt Botaniates aliquando Mariae *q*) coniugi diceret, hoſtem imperii videri Monomachatum, effecerunt tandem, vt ille, periculo ſuo cognito relatione ſummi amici ſui Ioannis Alani, vltro iam ambiret ab imperatore quod munus antea repudiauerat. 36

§. 43.

[BORILVS Germano adiutante imperium affectare dicebatur. At] cum nondum tutum aut maturum putarent Auguſtum ipſum aggredi, in capite atque in pernicie Comnenorum exercere cru- 37

 deli-

35. Id. ibidem.

36. ANNA COMNENA p. 38.

p) Anni imperii Nicephori Botaniatae.

q) Eadem, de qua ſupra §. 38. quippe quam Nicephorus, Michaele priori eius marito, ad ordines eccleſiaſticos promoto, duxit. Cf. et Anna Comn. p. 71. 72. Theophylacti inſtitutio regia [in Bandurii Imp. Orient.] c. 7 ſeqq. Scylitzes [Cedren. T. II. p. 862.] Ioël in Chronogr. Comp. [Acropolis. pag. 185.] haec habent: Botaniate ab exercitu imperatore ſalutato, proceres Rom. Conſtantinopoli *palatiis derepente potiuntur —. Capiunt autem imperatorem Michaelem, qui ad palatia in Blachernis fugerat, cum Auguſta Maria ex Alanis, ſuoque filio Conſtantino Porphyrogenito, et ad monaſticam vitam traducunt ad Studii monaſterium, cum vili iumento tranſmiſſum —.*

37. Eadem p. 49. 50.

Imp. NICEPHORO *Botan.*

a. C. 1078 - 1081.

delitatem parabant. Iamque in procinctu negotii palam dixerunt, quod antea nonniſi ſub dentibus immurmurauerant. Hauſit praeſens auribus nefariam vocem quidam Alanus genere, magiſter dignitate. Is vetus miniſter imperatoris ad mentionem exhorreſcens auditi ſceleris, concubia ipſa, vt erat, nocte excurrit ad Comnenos, magnoque domeſtico [Alexio Comneno] cuncta nunciat. Sunt, qui dicant, non absque conſcientia Auguſtae id egiſſe magiſtrum. Vtut ſit, eum Alexius ad matrem atque ad fratrem introducit. qui, horribili nuncio audito, maturum eſſe decreuerunt, cogitata exſequi [et defectionem facere].

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

§. 44.

Imp. ALEXIO I. *Comneno.*

a. C. 1081.

38 [ALEXIO Comneno imperii potito] imperatrix Maria, Alana, cum Conſtantino filio, quem Michaeli Ducae in purpura pepererat — regia excedit, et in Manganici monaſterii palatia ſe confert. Iam enim vtriusque loci et monaſterii in Hebdomo poſſeſſionem aurea Botaniatae bulla firmatam tenebat. Ibi cum filio agebat, imperatoriis miniſteriis et illi et ſibi conſtitutis. — Caeterum aliquanto poſt, mutato veſtitu, nigrum habitum monaſticum, partim vltro, partim a tyranno coacta ſumſit.

§. 45.

39 PVELLA, quam Auguſta [Alexii coniux] pepererat, Anna eſt appellata et deſponſa Mariae Alanae filio Conſtantino: quo ante nuptias mortuo, eandem iam nubilem Nicephori Bryennii — filio natu maiori vxorem dedit.

§. 46.

a. C. 1107 - 1109.

40 [CANTACVZENO, Alexiani exercitus duce, cum Baimundo proelium committente] Turci laeuum, Alani, duce Alano *Roſmice*, dex-

38. ZONARAS T. II. p. 296. Anna Comn. p. 71, 72. quae nihil de genere Mariae.

39. ZONAR. T. II. p. 298.

40. ANNA COMN. p. 392, 398. Cf. Tom. III. Turcica §. 208.

a. C. 1107-1109.

dextrum habebant cornu r). — [Proelio feruente] Cantacuzenus vincendos mox, imo pene iam victos Turcos cernens, 'exuſioeratorem Roſmiecem s), cornu dextri ductorem, Alanos, quos regebat, viros pugnaciſſimos cum Gallis committere praecepit. Ruit tum ille quidem in pugnam nihilo mitior minusue aſper leone ſacuo, tamen ad non minus feram ferocemque Gallorum impingens rabiem offenſu velut molis ſolidae repulſus, haud dubie titubare nec iam diſſimulanter retro ferri et ipſe viſus eſt. — *Imp.* ALEXIO I. *Comn.*

§. 47.

a. C. 1109-1118.

[IMPERATOREM Alexium Nicaeam versus iter ingreſſum] vbi cognouerunt barbari [Turci], Alano quodam, quem ceperant, imperatoris contra venientis inſtructum impetumque ipſis nunciante, — verſis impigre veſtigiis fugae ſe mandarunt. 41

§. 48.

Imp. EMANVELE *Comneno.* *Imp.* EMANVELE *Comn.*

a. C. 1175.

[ATAPACVS, Turcorum dux, a Romanis ad Maeandrum fluuium proelio victus] cum in vlteriorem ripam euaſiſſet, tumulo conſcenſo quis ſit, praedicat, — quo plures Turci eo confluerent. 'Verum non ab illuſtri aliquo ac noto Romano, ſed ab Alano quodam occiditur t). 42

r) ὁ δεγε Αλανος Ρωσμικης το δεξιον διειπε κερας, μετα των ὑπ' αὐτον ἐμοχθενων.

s) τον ἐξυσιοκρατορα Ρωσμ. Cfr. ſupra §. 38. not. g.

41. Eadem p. 464. Cfr. *Turcica* §. 231.

42. NICETAS CHONIATES pag. 126. Cfr. *Turcica* §. 331.

t) ὀυδενος δε των ἐπισημων και αὐτου ἐιδοτων Ρωμαιων προσπελασαντος, ἀλλα τινος των ἐπικουρων Αλανων ἐπιδραμοντος, ὁπου την κοινην εἰρεσιαν χαζειν ἐμελλεν, ἀναιρειται ἀμφισομῳ κνωδοντι.

Huc etiam pertinere videntur, quae Cinnamus p. 96, 97. de Maſſagetis Emanueli Comneno contra Siculos militantibus narrat. Locum ipſum vide in *Ibericis* §. 77.

Imp. ISAACIO, *Ang.*

§. 49.
Imp. ISAACIO *Angelo.*
a. C. 1184. v)

43 [SICVLIS in Demetritzae campo die ſeptimo Nouembris proelio a Brana ſuperatis,] multi, qui triremes non adepti erant, adhuc circa Theſſalonicam oberrantes deprehenſi, multis modis perierunt, ab Alanis auxiliaribus potiſſimum interfecti. qui ea facinora illorum imitati, quae capta Theſſalonica perpeſſi erant, nulli hoſtium pepercerunt; ſed biuia et ſacellorum veſtibula cadaueribus impleuerunt. Rogitabant enim comprehenſos Siculos, vbi frater ipſorum, videlicet popularis Alanus, eſſet, quem vrbe capta occiderant, ac ſtatim enſes in iis defigebant, et in templa confugientes mactabant, vbi Papa x) eſſet, rogitantes, hoc eſt, ſacerdotes, quos in templo occiderant.

§. 50.
a. C. 1188. y)

44 [BELLO Romanos inter et Alemannos, qui terram Sanctum petebant, exorto;] cum ex eo colle, deſcenderent [Alemanni], qui iuxta Pruſenum caſtellum eminet, noſtri vero aſcenderent, ex improuiſo concurrerunt. Vt ad arma ventum eſt, Alani, Theodorocano Alexii Branae filio duce, fere omnes ceciderunt: quippe qui primi et ſoli cum Alemannis pugnarent.

43. Id. p. 231, 232.

v) Annus in Tabula Chronol. Nicetae praefixa adſcriptus.

x) ὁ παπας.

44. Id. p. 261.

y) Annus Tab. Chronol.

CAP. IV.

CAPVT IV.

Alanorum a Tataris defectio, res apud Romanos, ad quos tranſierant, geſtae; ab a. C. 1271-1304.

§. 51.

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1271. a)

[NOGAS a principibus Muguliorum in partes boreales Euxini ponti cum exercitu miſſus, ab illis defecit,] proprio ibi conſtituto principatu. Proceſſu deinde temporis miſcentes ſe ipſis [Mugulis, Nogae ſubiectis] qui mediterranea illic incolunt, Alani videlicet, Zicchi, Gotthi et Rhoſſi, quique finitimas hisce habitant terras diuerſorum generum populi, mores paulatim ipſorum didicerunt, et cum vitae vſu linguam etiam ac veſtitum eorum vſurpantes, in militiae quoque conſortium aſſumti [ſunt]. 45

§. 52.

45. PACHYMERES T. I. p. 235. Nicephorus Gregoras T. I. p. 20. Sub Ioanne Duca *Maſſagetarum*, quo nomine Alanos intelligit, meminit, et Tataros verſus occidentem erumpentes, per eorum terram tranſiiſſe ait. Vide *Tom. III. Tatarica* §. 40.

a) Vide Obſeruatt. Pachymer. p. 581.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

§. 52.

Imp. ANDRONICO *Seniore.*

a. C. 1301. b)

46 a) ALANORVM — magnanima gens, capitum numero fere ſedecim millium, quorum plus dimidio bellis apti et exercitati erant, deſtituti a Noga et ab huius iam ſeruitio liberi, poſtquam is in proelio ceciderat, quaerebant ‘in imperatoris militiam tranſire c): et, adito epiſcopo Bitzines, ſupplicabant eius opera perſuaderi Andronico, vt ipſos admitteret. ‘Fauebat iſtiusmodi petitioni praeſens ſtatus rerum imperii d). Nam grauiter tunc laborabant orientales tractus. Quare Bitzinenſi, ‘quid Alani peterent e) referenti, ‘cupide Augusti et qui eis erant a conſilio, annuerunt, tanquam occurſu rei fauſtiſſimae gaudentes, offerri vltro tam opportune, nullo ſatis ſtudio quaeri et pretio emi dignum, malorum vrgentium remedium. Reputabant, fuiſſe hos quaſi triarios, aut etiam praetorianos, Nogae, praecipuum robur exer-

a) NICEPHORVS GREGORAS: *Sequente anno* [poſtquam Andronicus Simonidem filiam Seruiae Crali in matrimonium dedit] *aliqui Maſſagetae, ex iis, qui citra Iſtrum habitant* (*Alani vulgo dicuntur*) *clandeſtinam legationem ad imperatorem, cum in vrbem* [CP.] *rediret, mittunt. qui cum iam inde antiquitus Chriſtiani eſſent, poſtea a Scythis per vim ſubacti, corporibus inuiti ſeruiebant; animis vero deſiderio libertatis tabeſcebant, et impios abominabantur. Petunt igitur locum ſufficientem ad inhabitandum amplius decem millibus hominum: qui, ſi imperatori placuiſſet, cum omni familia migraturi eſſent: vnaque ſtrenuam operam ſe contra Turcos velle nauare promittunt, qui aucti viribus totam Romanorum Aſiam impune incurſabant, ac populabantur. Ea legatio tam grata imperatori fuit, quam ſi diuinitus miſſa totius Aſiae debellandae ſpem afferret. — Caeterum legatione tam cupide accepta, Maſſagetae amplius decies mille cum vxoribus et liberis adueniunt.*

46. Id. T. II. p. 211-213. Niceph. Greg. T. I. p. 126, 127.

b) Cf. obſeruatt. Pachym. p. 616. Pachymeres ipſe hoc anno cometam ab occaſu apparuiſſe, in ſuperioribus dixerat.

c) προχωρειν βασιλει.

d) Addit haec interpres.

e) την σφων ικετειαν.

a. C. 1301. *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

exercitus ipſius, quorum vi ac forti fidelique opera tot illa tantaque perfeciſſet, quibus eſſet eius nomen inclytum redditum f).

'Tales ergo, tali tempore ſponte in Romanae rei labantis occurrentes auxilium, cum gratulatione accipiendos, ſic tanquam, quod dici ſolet, Deum e machina, cenſebant. Dei enim profecto benefica prouidentia tam opportune adueniens expediri auxilium, qui non intelligeret, hebetem vtique ingratumque videri debere. Statim igitur prolixe ac perhonorifice imperialibus inuitati litteris et ipſi ſine mora cum familiis ac ſarcinis, curruum plauſtrorumque numero ingenti huc transmigrant g).

§. 53.

β) 'Nec omiſit imperator abunde prouidere nouorum hoſpitum victui h). Corrogata enim e Thraciae ac Macedoniae regionibus magna frumenti vi, 'copioſam populo vniuerſo ac plebi etiam Alanorum infimae annonam praebuit i). Proceres vero

β) NICEPHORVS GREG.: *Cum autem eis et pecunia et equi et arma danda eſſent, ea partim ex imperatoris fiſco dabantur, partim e militaribus, partim e publicis priuatisque pecuniis. Hinc multi et poſt alios alii proficiſcebantur, qui tributa e prouinciis colligerent, eaque publicani augebant: omnia arma, omnes equi cogebantur; perquirebantur pagi, vrbes aedes procerum, aedes militum, monaſteria, populi* (δημοι factiones circenſes) *theatra, fora: et omnes dabant equos et pecunias inuiti et lamentantes, non votis et bonis ominibus, ſed lacrimis et diris nouum exercitum proſequentes.* reliqua ad §. 56. adfero.

f) ἑρμαιον ἐλογιζοντο, ὡς καιρον δ' ἐπισαντων. αὐτȣς γαρ ἐιναι και τȣς τῳ Νογᾳ παρασπιζοντας, και δι' ὧν ἐκεινος τα μεγαλα κατωρθȣ.

g) και δια τȣτο την σφων ἀφιξιν θεοθεν τινα μηχανην ἡγȣντο εὐκαιρως σχεδιασθεισαν ἐς ἀρωγην. γραμματα δε παρ' αὐτȣς βασιλικα κατεπεμποντο, και παμπληθει ἐφ ἁμαξων και λαμπεναις προσηυτομολȣν.

h) και βασιλευς.

i) την ἐκεινων παρεσκευακει σιτησιν.

a. C. 1301.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

ro ac ſummates gentis ʻad ſe humaniſſime admiſſos omni beneuolentiae ſignificatione ʻdeliniuit [k]. ʻAuctoramenta inſuper eis decernens annuarum penſionum [l] ex collatitia pecunia: ſed et qui eorum apti equeſtri militiae apparerent, iis equos attribuit, propriis militibus ademtos, ʻiisdemque inſeruire nihilominus iuſſit pedites inermes Romani generis, qui, recepto pridem caſtrorum vſu, praeſto adeſſe proeliantibus equitibus debebant, illorumque vulneribus curandis ac caeteris periculis propulſandis curam operamque impendere ſtrenuam [m].

ʻAtque hos ſic auctoratos in orientales tractus miſit, dato miniſtris ad id idoneis mandato, vt ipſis illic domos agrosque aſſignarent. Deſtinabat enim talis generis coloniis iſtum tueri ac firmare limitem, indulgens ſpei prolixa fiducia proſperrimi ſucceſſus. Duabus enim quibusdam fando celebratis et facile creditis gentis iſtius dotibus magnopere ad optime ſperandum nitebatur, docilitate obtemperandi et pugnandi fortitudine [n]. Indeque iam Romani generis fere militiam ſpernebat, effeminatam illam, ʻet cum otii ac luxus aſſuetudine corruptam, tum maleuolo in principes affectu infidisque deprauatam ſenſibus, criminans [o]: ʻpraecipuum vero, quin et totum, fundamentum ſecuritatis ſalutisque publicae in tunc primum viſis, necdum vſu probatis barbari populi copiis, praefeſtinata credulitate, conſtituens. Hos vnos intueri, vnis niti, in horum, modo ſufficienter alerentur,

k) εἰσαγαγων. και φιλοφρονως δεξιωσαμενους.

l) τα ἐκεινων ἑτοιμασας ὀψωνια.

m) μαλιστα τοις ἱκανως ἐχειν σφισι δοκουσι παραδους διαστρατιωτας Ρωμαιοις.

n) ἐπ' Ανατολης ὡρμα. ἦν δε και προστεταγμενον προς Βασιλεως αὐτους κατοικιζειν τηδε. και ἦν ὁ σκοπος τῳ κρατουντι και λιαν ἐυελπις. ἐυαγωγον γαρ ἐμανθανεν ἐιναι το ἐθνος και ἐυπειθες, προς δε πολεμους και λιαν ἀρεϊκον τε και μαχιμον.

o) και ἐξ ἀναγκης μεν τα πολλα καταμαλακισθεντων, ἐυχ ἡττον δε και ἀπο κακοθελους γνωμης και προαιρεσεως.

a. C. 1301. *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

tur, vnice idoneorum debellandae potentiae Perſicae, ſtipendia congrua rectiſſime impendendas imperii opes ducere p).

§. 54.

'Ad haec illi viciſſim operam ſpondentes, vnum exceperunt circa belli rationem: „velle ſe, vti ſub Noga conſueuerant, in campo et iuſta acie rem gerere, quo ſibi opitulari inuicem poſſent; non aut clauſos arcibus, aut ſparſim diſcerptos per manus modicas, pugnare„. Qua conditione imperator pro caetero fauore facile accepta, partiri eos ſibi prouincias imperii laborantes iuſſit, ita vt idoneo vbique numero militarent: ne aut ſtimulo carerent mutuae aemulationis in oculis commilitonum quisque proeliantes, aut in certaminum caſibus deſtituerentur ſubſidio ſuorum, in eadem ſcilicet acie ſtantium, et facto cuneo ad propugnationem occurrere paratorum, quam in partem diſcrimen ex aeſtu forte reciprocante Martis varii, aut belli quaedam offenſio, vocaret q).

'Cum iſta cautione trifariam Alanos diuiſit imperator. Pleroſque videlicet eorum protinus in orientem miſit r). Alios 'minori numero s) Muzaloni, Halizonum praefecto, tradidit. Multos autem, 'eosque lectiſſimos et praeſtare cunctis viſos, apud ſe retinuit, reſeruans in eam expeditionem, quam parabat in eas partes, Michaelis Iunioris Auguſti t): nam 'praeſentiam imperatoris, exercitum per ſe ductantis v), ſtatus praeſens orientalium rerum flagitare videbatur.

§. 55.

p) τοις δε και μαλλον ἐθαῤῥει, ἀρτι πρωτως Φανεισι, και ἀποδυομενοις ἐις Περσικȣς πολεμȣς, το ἱκανον παρα βασιλεως ἐχȣσιν.

q) ἐκεινοι μεν ὡς ἐιθισο παλαι σφισι συν Νογα πολεμȣσιν, ȣ̔τως κἀνταυτα στρατευειν ἐζητȣν, πανσυδιαν δηλαδη, ὡς ἀλληλοις ἀρηγοιεν κατα πολεμον. τα δε γε κατα την Ρωμαιδα πανταχοθεν πραγματα μεριζεσθαι τȣτȣς ἐποιει, ὡς μητ' αἰδω παρ' ἀλληλων ἀπειναι σφισι, μητε συνασπισμον ὑπ' ἀλληλων τον πρεποντα.

r) τῳ τοι και τȣς μεν πλειστȣς κατ' Ανατολην ἐπεμπεν.

s) Addit h. interpres.

t) και τȣς κρειττȣς προσετοιμασας τῳ υἱει συνεξωρμα και βασιλει.

v) βασιλεως ἐπιστασιας.

'*Imp.* ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1301.

§. 55.

Caeterum ii, quos praemiſſos in Orientem diximus, 'cito mores barbaros nudarunt x), ſtatim fere a 'freti ad Callipolin traiectu ſpretis ducum mandatis, mala 'Romaniae populis y) magna inferentes. Ritu quippe latronum licentiſſime incurſabant cuncta, miſeris colonis, per quas tranſibant, regionum improuiſum importantes infortunium: obuiis triſtem occurſum, in propinquo vero degentibus grauem vndequaque infeſtamque viciniam. 'Adeo nullo reſpectu ſocialium foederum palam omni hoſtilis graſſationis immanitate agebant, ferebantque, quibus opitulaturos ſe venire ſimularant z). 'Irritabat ſcilicet praeſens copia rapacitatem auidorum, tranſitu per opimas terras, villas paſſim domosque vario ſpoliorum et praedae genere refertas cernentium, in quae laxatis cupiditati habenis nulla iuris aequique verecundia irruebant, extorquentes, quae placerent, et raptorum intemperantiſſimo abuſu gulae ac libidini litantes a).

'Non negarim tamen, eos nouo primulum in Romaniam appulſu, recenti memoria miſeriarum, quibus eſſent modo plurimis et grauiſſimis defuncti, partim ingruentium in familiares prius eorum ſedes domiciliaque a Noga data, partim in fuga, qua inde extruſi per infeſta aegre ſalui loca tranſierant, donec tutum in imperatoris protectione receptum reperirent, quadam breui conſtrictos verecundia hoſpitalis fidei, viſos eſſe pactorum meminiſſe, ſed cito ad feritatem redeuntes, opinionem modeſtiae ipſorum et fiduciam auxilii ex ipſis, dira iniuriarum experientia, populis ſe deceptos ſentientibus, excuſſerunt b). Statim enim contumaciter in ductores inſurrexerunt; 'et magis memores communis olim ſecum barbariei cum Perſis, quam contractae nuper ſocietatis cum Roma-

x) ἐυθυς ἐχρωντο τοις ἀυτων ἠθεσι.

y. Ρωμαικυς.

z, ἐις βενθειν ἀπεςελλοντο.

a) ἐυροντες δε χωρας παντοιων πληθυσας καλων, ἐνευπαθειν ὀικειοις ἀρπαζοντες.

b) μολις δ' ἀποσωθεντες, πολλων ἀπονααμενων των δυσχερων, ὀις τ' ἐπεςατησαν, ὀις τε συνηντησαν, ἐμεμνηντο και των συγκειμενων, πλην ἐυχ ὡς ἐδοξαν ἀπεφαινησαν.

a. C. 1301. *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

Romanis, ſaepius ſaeuiusque in noſtros, quam in hoſtes, vi et armis vſi ſunt c).

Fuit tamen cum magnis perque blandis inducti delinimentis ad conſpirandum cum Romanis, 'coniuncta noſtris opera communem de hoſte victoriam ad locum Chenam dictum reportarent d), in qua ſane non vulgaris enituit ipſorum virtus fortibus factis probata, 'non ſine praemio. Nam et non paucos ea occaſione abduxere captiuos, et praedae haud parum congeſſere e). 'Cuius fama euentus ad aulam perlata, valuit ad minuendam infamiam ingratae gentis patientiamque infidae ſocietatis quodam nonnullius ſocietatis illicio firmandam. Eam inde opinionem Auguſtis ingreſſis, infraenes quidem feriſque moribus Alanos eſſe vitio barbarae qua originis, qua educationis: at negari non poſſe, quin iidem magnis praediti animis et bello fortes ſint. Caeterum ſpem oſtendi mitigandae contumaciae ipſorum, ſi pro minoribus, quos contemnunt, ducibus alter ipſis Auguſtorum, exercitum per ſe ductans, imponatur. cuius veriti praeſentem maieſtatem, iuſſa obituri ſine recuſatione videantur, obedientia, quae noſtris ſatisfaciat, fortitudine, quae hoſtibus noceat f).

§. 56.

a. C. 1302.

γ) Cum primo igitur vere circa Paſchales ferias egreſſus vrbe eſt [Auguſtus Iunior Michael], exercitum ductans maxima 47

 ex

γ) NICEPHORVS GREGORAS: *Ex Europa* [continuantur quae ſupra ad §. 53. attuli] *in Aſiam cum Michaele imperatore*

c) καθ' ἀυτȣς δε ὁσα και και βαρβαροι συνιςαμενοι, Ρωμαιοις πλεον ἠ πολεμιοις ἐπηρεσαν.

d) κατα τοπον την Χηναν συν Ρωμαιοις προσβαλλȣσι.

e) ἀπαγωγην ἱκανην και λειαν προβαλλομενοι.

f) ἐδοκȣν δε λημμα μεν πολεμικον ἐχοντες, ἠθεσι δ' ἀνυποτακτοις. ὡς βαρβαροι, χρωμενοι, ἑξοντες δε κατα τροπον, ἐπει των ἀλλων κατωλιγωρȣν, ἠν ὑπο βασιλει ςρατηγȣντι γενοιντο.

47. PACHYMERES T. II. p. 214-216. Niceph. Greg. T. I. p. 126, 127.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1302.

ex parte barbaricae Alanorum militiae conſtantem; ᵍ ſed et non paucis ſimul Romanis copiis: ſperans autem ſibi obiter occurſuras, vnaque iungendas, conflatas nuper cohortes aliquot, delectibus hic paulo ante habitis; veteres praeterea legiones in illis, ad quas tendebat, prouinciis militantes. vnde confidens numeroſo coactis omnibus et praeualido ſe praefuturum exercitui, ſpe plenus optima pergebat, ac ſic celeritate magna orientales tractus attigit g). Statiuis autem delectis apud Magneſiam ad Hermum ſitam,

transgreſſi [Maſſagetae], *circa Magneſiam caſtra poſuerunt. Turci vero initio, vt ſolent, in montes et ſaltus ſe receperunt, vt inde, praeſidiis locorum tuti, copias horum, quantae et quales eſſent, ſpecularentur, ſcirentque, an illi militarem in caſtris diſciplinam obſeruarent. Norant enim, famam multa, quae haud eſſent, nunciare, et in rebus augendis modum excedere. Itaque circumſpiciebant, verumne eſſet, quod ferebatur, non poſſe illos inuadi; an vero dolis et inſidiis Perſicis circumueniendi et in fugam coniiciendi eſſent. Cum autem eos vidiſſent nullo ordine praedatum crebro exire (Romanos enim agros magis populabantur, quam ſi aperti eſſent hoſtes), bellicoſiſſimi Turcorum conſueto ordine et diſciplina militari de montibus deſcendunt, initio paululum, deinde longius, ac ſubinde maiore et confidentiore cum impetu: nec obſcurum erat, eos caſtra imperatoris circumdaturos. Verum noſtri ne prima quidem hoſtium aggreſſione tolerata, paulatim pedem referendo diſceſſerunt, barbaris pone ſequentibus et caſtra in proximo conſtituentibus. Noſtri enim, quam multi eſſent barbari, non videbant: ſed idem illis ex metu accidebat, quod ebriis, qui non ea, quae re ipſa ſunt, vident; ſed pro aliis alia videre ſe putant —. Exercitus enim, quos iniuria et audacia antecedit, ruinam ſibi ipſis protinus et interitum aſciſcunt: et prius, quam hoſtis irruat, ipſi ſua timiditate auertuntur, ipſimet ſibi hoſtes ſunt, diuina vindicta eum exitum decernente, quem facta illorum meruerunt. Neque enim probabile erat, rem bene geſturos eſſe eos, qui lacrimas et exſecrationes pro viatico ſecum abſtuliſſent. Caeterum impera-*

g) συν ὀλιγω δε και Ῥωμαϊκῳ ἐντυχειν ἐλπιζων, τῳ μεν και συνειλεγμενῳ ἐντευθεν ἠδη, τῳ δε και ἐπι την ἐκει στρατειαν διαγοντι ἐζῄει μεν οὐν ἐν ἐλπισι μειζοσιν, ὡς ἐννοειν πολλους ἠν, και δια ταχεων τοις της Ἀνατολης ἐφιστατο μερεσι

a. C. 1302. *Imp.* ANDRONICO Sen.

ſitam, inde inſtruxit in hoſtem copias, cupidas quidem, vt apparebat, manus conſerendae, ſicubi Perſae apparerent. 'At illi fama perculſi noui magnique exercitus, quem imperator praeſens ductaret, continebant ſe intra munitiones, nec pugnae faciebant copiam b). —

'Perſis tandem accedentibus digeſto in aciem innumerabili exercitu', magnae rei fortiter ac feliciter gerendae pretioſam inprimis offerri occaſionem —, [Michael Auguſtus] aegre probauit ducibus Romanis, quos ſecum habebat. Ceſſerunt illi tamen, 'veriti exercitus conſenſum, cum imperatoris voluntate conſpirantem i). Nam Alani magna ſpe ſucceſſus ſibi proſperrimi vigebant: auſurique ac conaturi etiam ſupra vires videbantur. 'Tamen habita denuo deliberatione, temere abſtinuerunt a proelio Romani'.

§. 57.

Tunc et Alani, quos imperator habebat ſecum, 'deſiderare reditum eo, vnde venerant, coeperunt k). Miſſionemque ab Auguſto primum orando impetrare, 'mox flagitando minandoque extorquere tentarunt l). Allegabant: „Diu ſe toleraſſe militiae labores; quare indigere remiſſione: quod aſſueti non eſſent longo tempore continuatis caſtrorum aerumnis, ſoliti antea ſub Noga cito acie decernere, et poſt breuem proelii aleam quieſcere 48

tor Maſſagetas fugiſſe cernens, quod cum paucis reſiſtere barbaris non poterat, in munitiſſimum caſtellum, Magneſiam, calamitatis exitum praeſtolaturus, ſeſe coniecit. At Maſſagetae [vide infra §. 60. ſeqq.] *vsque ad Helleſpontum Chriſtianorum agros populantes deſcenderunt, atque inde in Europam traiiciunt: non aliter, quam ſi ea de cauſa duntaxat e Scythia arceſſiti eſſent, vt Turcis maturius, quam oporteret, viam ad mare monſtrarent. Nec enim multi dies interceſſerunt, cum et imperator Byzantium rediit, et barbari ingruentes omnia fere ad oram vsque Lesbi inter ſe partiti ſunt.*

h) Haec in Gr. alio ordine narrantur.

i) Addit haec interpres.

k) νοςȣ ἐμεμνηντο.

l) ἐπειτα δε και κατηπειλον.

Imp. ANDRONICO Sen. a. C. 1302.

ſcere, compoſitis e ſententia rebus, ‘fructumque victoriae quiete ſecura ac deliciis guſtare m). tanto vero ſpatio atteri pugnis et fatigari militaribus excurſionibus nec ſcire nec valere„. Haec ita loquebantur, vt ſatis appareret, paratos eos ad recedendum etiam non permittente imperatore, et, ſi qui obſtare conarentur, vi et armis vlciſcendum.

§. 58.

Id ‘Michael n) Auguſtus intelligens, multis ſimul aliis contra quam vellet vndecunque accidentibus commouebatur. Nam hinc, quantum habebat fortium militum Romani generis, dilabi quotidie videbat —. Praeterea imperatoris auunculus Aſan in illa militia diem obierat. Alter etiam auunculus, Michael deſpota, morbo correptus curationis cauſa ſeceſſerat domum. Hinc totum caſtrorum robur ſitum in Alanis erat: ‘quos omnino abire volentes vi coërcere haud valebat o). ‘Arte tamen et blanditiis verborum trimeſtre cum iis morae ſpatium aegre pactus eſt, iureiurando confirmans, ſe aut ipſis curaturum iſto interuallo penſiones perpetuas, quibus in omnem deinde vitam commode agerent: aut, ſi minus id poſſet, rite dimiſſurum p). ‘Per has velut inducias q) ‘ſperabat impetraturum a patre, ad quem plurimas eius ſententiae litteras crebrosque, alium ſuper alium, nuncios miſſitabat, facultatem vt ſibi aliquam Alanorum retinendorum prouideret, vel pecunia ſubmiſſa, vel conſilio aliquo ad id vtili ſuggeſto r).

Et ingreſſus ſenior Auguſtus in eam ſerio curam eſt, ſubminiſtrandi filio, quibus egeret. ‘inprimisque conferendi nummorum caeterorumque praemiorum, quantum erat neceſſarium ad gentem

m) το λοιπον ἐν ἀνεσει και τρυφῃ διαζην.

n) Nomen interpres ſupplet.

o) το μεν βιαζεσθαι σφας καιρον οὐκ εἰχεν.

p) ὁμως δε κατειχεν ἐκεινους ἐπι ῥητῳ τριμηνιαιῳ καιρῳ ἐφ' ὁμολογιαις ἐν ὁρκοις, ἠ μην, ἠ ἱκανει, ἠ ἀπολυων ἐντευθεν.

q) Addit h. interpres.

r) ἐλπιζων δια των προς τον πατερα και βασιλεα γραφων τε και μηνυματων, ποριν ἐπι τουτοις χειν.

a. C. 1302. *Imp.* ANDRONI-CO *Sen.*

gentem auaram deliniendam retinendamque s). ‘Nec enim ſine magno et filii et reipublicae periculo putabat receſſum inde Alanorum poſſe contingere. Sed his illum intentum incommodiſſime interpellarunt nouae acresque ſollicitudines, primum a rebus eccleſiae, quae turbari denuo coeperunt: deinde ex increbeſcentibus nunciis cladium calamitatumque atrocium, quibus opprimi nunc hanc, nunc illam Romanae ditionis, et vrbi et ſedi imperii pene contiguae, partem, ſubinde ferebatur t) —.

§. 59.

‘OPPOSITVS illi [Atmani, Turcorum ſatrapae,] ſtabat vnica tutela Romani limitis Muzalo v) [hetaeriarcha, dux Romanarum copiarum in Bithynia]: qui, recenſitis ſuis collatoque in vnum, quantum ſupererat Romanarum copiarum, quantum Alanicarum, vix, numeratis ſimul indigenis ſimul exteris, duo millia militum explebat. ‘Tamen fiducia et ducis et militum ſucceſſum habuiſſet, ſi plane omnes conſpiraſſent in praelium, quod Muzalo et alii committendum cenſebant.’ Nunc multi ex ipſis — ſegnes ancipitesque torpebant. ‘In his erant, quos adhuc vrebat dolor contumeliae, vt putabant, iniuriaeque acceptae, cum equi nummique ipſis erepti Alanis attributi fuerant, quo Romanam militiam periiſſe funditus querebantur. taediique inde ac liuoris pleni, nec conſentiebant caeteris, nec impetum expediebant 49

s) και τῳ ἐθνει τα ἀναγκαια ἐξικανων.

t) ὀυδε γαρ ὁλως ἀσφαλες ἐκρινεν, ἀναχωρειν ἐκεινους ἐκειθεν. ἀλλ᾽ ἐν τουτοις ὀντος, ἐνθεν μεν τα της ἐκκλησιας ἀρχονται καὶ ἀυθις ταρασσεσθαι. ἐνθεν δε τα περι τα τηδε μερη ξυμπιπτειν δεινα. His addit Pachymeres: *de quibus cladibus agemus poſtea diſtinctius. Nunc enim vno loco abſoluere, quidquid Alanos ſpectat, ſepoſitis tantiſper, quae incurrerunt, dum id negotium traheretur, euentis, videtur ad perſpicuitatem narrationis aliquanto commodius.* Quae hic ſequuntur apud Pachym. ea infra §. 63. adfero.

49. PACHYM. T. II. pag. 230. Haec ordine temporis ſequi debere docet Poſſinus in Obſeru. Pachymer. p. 617.

v) ὁι δε ἀμφι τον Μουζαλωνα. Cfr. ſupra §. 54.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1302.

bant quidquam aggrediendi viris dignum: parque frigus in pugnam protruſi in ipſa acie monſtrarunt x). Id quod Perſis animaduerſum, addebat — illis animos —. 'Ita male comparato inter hinc paucos ſibi diffidentes et debiles, illinc plurimos optime animatos fortesque, certamine, proelium commiſſum eſt, eo, qui exſpectari debuit, euentu; vt noſtrorum nimirum non pauci caderent y), plurimi fugerent, et in vrbem vicinam Nicomediam plane fuſi — confugerent.

Demonſtrarunt ſe occaſione iſta valde vtiles Romanis Alani: quorum vtique multi pro ſalute noſtrorum occubuerint. Videntes quippe inclinatam irreuocabiliter ad fugam aciem pedeſtrem, quae maxime numeroſa erat, ſpatium ipſi ad vitam in tuto locandam, 'ſuo magno periculo vltro adeundo, praebuere. Siquidem deſilientes ex equis, et magno animo ad perſequendum conſternatos erumpentibus circumfuſi hoſtibus, eosdemque oblique a lateribus procella telorum impetentes, ſtare quamlibet inuitos coëgerunt; plerisque ipſorum, equorum caede, ex equitibus in peditum ordinem redactis z). Vnde contigit, agmen illud peditum noſtrorum, loco motum, et, ſi equitatus incurriſſet, plane periturum, otium ſuae ſaluti proſpiciendi nanciſci, emta ipſi commoditate iſta pretio ſanguinis et vitae Alanorum; quorum permulti, corpora tegendae noſtrorum fugae obtendentes, transfoſſi ceciderunt. —

§. 60.

x) οὐχ ἧττον ἐκ δυσνοίας, ἢ ἀβȣλιας ἀφῃρημενοι ἐξ ὑπογυȣ και ἱππȣς και χρηματα δια την ἐπισυμβασαν των Αλανων ἑνεκα ἐξ ἁπαντων συντελειαν [Cfr. ſupra §. 53.] τας ὁρμας τ᾽ ἐπεκλωντο, και ἀτολμοτερον συνεῤῥηγνυντο.

y) οὑτω δε της μαχης ἀνισȣμενης, και πληθει, και γνωμῃ, πιπτȣσι μεν οὐκ ὀλιγοι.

z) αὐτοι μεν περικυκλȣντες τȣς πολεμιȣς, και ὑπο ποδας χωρȣντες, και λεχριοι πως ἐπιτιθεμενοι, περιαργȣντες ἐπιτηδες, ὀϊςοις ἐβαλλον, και πεζȣς τȣς τεως ἱπποτας ἐδεικνυον.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

§. 60.

a. C. 1303.

'AVERSA igitur, vt dictum eſt, ſenioris Auguſti attentione a periculo Michaelis filii ad curas dilationem haud ferentes indicatarum in horas ſingulas trepidis vndique nunciis neceſſitatum grauiſſimarum, quae regiones Vrbi circumſitas vrgebant a) (hinc Amurio, illinc Laminſe, inde Atmane, denique innumeris aliunde aliis irrumpentibus), contigit exire diem trimeſtrium induciarum 'cum Alanis a Michaele pactarum, antequam pater eius iis, quae dixi, occupatus, expedire quidquam idonei ſubſidii conſiliiue potuiſſet b). 'Tunc enimuero nihil ſibi exſpectandum vlterius Alani rati, proficiſcendi, quantumuis inuito imperatore, irreuocabiliter impetum cepere c). 50

'Tali deprehenſus rerum articulo Michael, ereptam ſibi omnem et cauſam et commoditatem videns Magneſiae amplius haerendi d): — 'ad haec prouidens, ſibi mox Alanorum praeſidiis nudato intolerabilia imminere circum inſultantium ludibria hoſtium, non ſine periculo propriae quinetiam libertatis ac vitae, in tam deſperata confuſione rerum illic omnium e): decreuit et ipſe inde recedere. — Nocte igitur — itineri fugiens ſe dedit. cognita imperatoris fuga, 'fugerunt Romani pariter omnes'.

§. 61.

Tunc Alani, ſoluti officio militiae, quod, ſpatio pactae in trimeſtre morae ſine promiſſorum exhibitione praeterito, liberatam fidem ſuam arbitrabantur f): fretum ad Callipolin traiicere 51

 decre-

50. Id. ibid. p. 218, 219. Continuantur ſupra §. 58. allata.

a) Ἐνεχολακοτος τοιγαρȣν τȣτοις ὡς ἀναγκαιοις τȣ βασιλεως, κυκλῳ τα δεινα περιεϛησαν. ὡς ἐκει μεν ἀλλȣς εἰναι τȣς την Ρωμαιων κακȣντας.

b) Addit h. interpres.

c) Ἀλανοι και ἀκοντος βασιλεως ἀναχωρειν ὡρμων.

d) ὁ μεν ὀυν βασιλευς δια ταυτα ἐπει ὀυκ ἐιχεν ἐν Μαγνησιᾳ και ἐτι καθησθαι.

e) μυρια δε και ἀπο των ἐχθρων προσεδοκατο ἡ ἐπιμωκησις, ἀλλως δε και περι ἑαυτῳ ἐδεδοικει, των ὁλων ἀνεϛατωμενων.

51. PACHYM. T. II. p. 220-222.

f) τȣ συγκειμενȣ διανυθεντος καιρȣ.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1303.

decreuerunt. 'Contra imperator continere illos conabatur, miſſis Conſtantinopoli ſedulitate magna miniſtris idoneis, qui et blanditiis verborum, et delinimentis munerum barbaros quantum poſſent, a transfretandi conſilio reuocarent g). 'Ac metu, ne non id ſatis efficax obſtaculum inuiſae ac formidatae ſibi abire cupientium traiectioni foret, deſtinauit eodem, quo vim ſuaſionibus miſceret, ſat magno copias numero, impoſito ipſis duce magno domeſtico Alexio Raule h), quem conſtitutum in aetatis flore Michael deſpota 'Auguſtae Theodorae voluntate' generum adſciuerat. Huic miſſo imperator 'cum plerisque imperii copiis i), dedit in mandatis, primum quidem, vt, 'allegatis ad Alanos hominibus tractandi peritis, argumentis precibusque k) conaretur eorum tranſitum impedire; 'ſin fruſtra in hoc eſſent officia omnia verborum, et miſſi diſſuaſores nihil proficerent l), ſaltem illis, antequam traiicerent, equos eriperet et arma. 'per enim iniquum eſſe, nec vlla ratione tolerandum, barbaros poſt nomen datum militiae Romanae, obtemperare imperatoribus praefracte renuentes, nec ſibi adeſſe dubio ſuo tempore volentes, quos magnis ad hoc ipſum in illorum miſera fortuna beneficiis auctoraſſet, abire etiam onuſtos opima praeda, equis inuectos m) inſtructosque armis, quae ipſis imperator, quem deſererent, inermibus et inopibus, propriis detracta militibus, attribuiſſet. 'Haec erant ad Raulem Andronici mandata. Quibus ille obſequens, qui talia edicerent Alanis, miſit n).

g) και τοι βασιλεως ἐντευθεν κατα πολλην σπουδην και πεμποντος τα φιλοτιμηματα, και πειρωμενου ἐμποδιον ταις διαπεραιωσεσιν ἱσαθαι.

h) ὡςε και ἱκανον λαον προσαποςειλας ἁμα τῳ μεγαλῳ Δομεςικῳ Ῥαουλ Ἀλεξιῳ.

i) συν δυναμει πλειςῃ.

k) Addit h. interpres.

l) ἐι δ' οὐ πειθοι λεγωι, και τους ἀπειργοντας προσαποςελλων.

m) μηδε γαρ δικαιον ἐιναι συνολως προς τας των βασιλεων διαπειθουντας προςαξεις, και μη θελοντας συμπαρειναι βασιλει ὁυς ἐπ' ἀυτο τουτο προσηπαγετο, ἱππων ἐπιβαινειν.

n) ὁ μεν ὀυν βασιλευς οὑτως ἐκελευε, και ὁ ἐπι τουτῳ ςαλεις, οὑτω τους ταυτ' ἐρουντας ἀπεςελλεν.

a. C. 1303.

Imp. ANDRONICO Sen.

§. 62.

'At hi mordicus haerentes dudum capto conſilio, certique, quod ſemel excuſſiſſent fraenum, nunquam amplius recipere, praetextus nectebant, excuſantes, haud ſe plene ab imperatoris militia recedere; ſed ſibi neceſſariam poſt nimis diu continuatos expeditionis labores, breuem requiem captatum ſeorſum ire o), mox refectis per eam viribus ad Auguſti ſigna redituros; 'tunc arma et equos, quae accepiſſent, cum propriis corporibus iterum in obſequia Romanorum impenſuros, quae ideo ſibi relinqui aequum eſſet p).

Haec ſimul allegabant, ſimul parabant, vſurpabantque transmiſſionem freti, 'non illi quidem vna omnes palam, aut eodem vniuerſi loco q) (verebantur enim, ſi hoc agerent, ne impetum in eos Romanus exercitus faceret); 'ſed per manus diſperſi et clam r), ex quibus traiicere non erat ſolitum, auerſis a conſpectu littoribus ſoluentes: per quae diſpoſitis agminibus, occaſiones transfretandi exſpectabant. arripiebantque, ſimul ſe obtulerant. Quam ad rem onerariis multis occupatis, 'occulte s) illos complebant, 'variisque praetextibus dimittebant, obliquis ſimulationibus re ipſa occupantes facere id ipſum, in quod eblandiri Romanorum obſtantium aſſenſum obnoxie conari videbantur t).

§. 63.

'Idque dum maxime ſic clanculum adminiſtraretur, magna ipſorum pars in armis ſe oſtentabat. non animo (quod quidem prae ſe ferrent) in apertum certamen veniendi: ſed vt obtentu illo ac ſpecie in ordine ſtantium tegerent ignominiam arcano praeſumtae furtiuae diſceſſionis v). Verum aliunde 'indignantibus

o) ὁι δε ἅπαξ ἀφηνιασαντες, συμπλεκοντες και προφασεις ὡς ἐπι χρονον ταλαιπωρησαντες, ὀυχ ὁιοι τ᾽ ἐισι παραμενειν και ἐτι.

p) Addit h. interpres.

q) ὀυτ᾽ ἀνα μερος ἑτερων.

r) Addit his interpres.

s) Addit h. interpres.

t) δοχμιαζον την ἀποβασιν, και ἁμ᾽ ἀπεβαινον.

v) και ἁμ᾽ ὁι πλειους ὡπλιζοντο, πλην ὀυκ ἐις φανεραν μαχην, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ᾡ μονον ἑαυτοις περιποιησαι την της δοκουσης ἀτιμιας ἀποδρασιν.

a. C. 1303.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

bus iis x), qui cum magno domeſtico erant, 'et ignauiae turpiſſimae ipſorum imputatum iri reputantibus, ſi otioſi teſtes perfidiae barbarorum aſſiderent, et illudi ſibi coram tantus exercitus a manu fugitiuorum pateretur, infamiam inertiae, agendo ſtrenue quod res poſceret, praeuertere ſtatuerunt y). Armis igitur aſſumtis equisque conſcenſis committere ciuile praelium coepere (ciuile id bellum dixerim, 'quod etſi Romanos inter et barbaros z); tamen inter eos, qui vtrinque Romano imperatori ſacramento dixiſſent, gerebatur), 'ſed quocunque dicendum ſit nomine, certamen tunc certe contractum eſt a), velitationibus primo libatum et ſariſſarum eminus contrario hinc iidę iactu.

§. 64.

Haec videns magnus domeſticus, 'et tractationem cum hactenus ſubditis tranquillam proceſſiſſe intelligens vsque in contentionem inuicem infeſtam, nihil iam minus a vero hoſtili diſcidio habentem b), contumeliam interpretatus propriam eſt, quod ſe coram, vices illic imperatoris gerente, tanta etiam aliunde dignitate conſpicuo, 'auſi Alani eſſent non modo detrectare imperium Auguſti, ſed et repugnandi conatum expediuiſſent, telis palam intorquendis c), 'galeatus vt erat d), loricatusque ac contum manu tenens, obiecit ſe Alanis, quaſi conſpectu eos ac nutu ſolo cohibiturus. 'Et ille quidem ſic ſe pugnam diremturum animo ac ſpe praeſumens, autumabat e).

Vnus autem Alanorum in occulto imitatus Pandarum, ſagittamque in eum iacit; 'ſed alio quam ille ſucceſſu. Non enim ſummam duntaxat, vt Pandarus Menelai perſtrinxit telo cutem; ſed

x) θελοντες τι πραξαι.

y) και γ' ατιμιαν και αυτοι εκφυγειν την δοξη δειλιας επιτριβεσθαι σφισι μελλουσαν.

z) ει γαρ και γενει διεφερον.

a) και ην εμφυλιος ὁ πολεμος ὁσον εικαζειν.

b) ισας υσμινη καθισαμενας τας πραξεις κατανοων.

c) αυτον πολεμειν πειρωνται, και αντιτεινειν τολμωσι προς βασιλικην κελευσιν.

d) θυρεον τε φερων.

e) κακεινος μεν ουτω την της μαχης διακονομαι καταβολην.

ſed altam et letalem penitus in Raulis vitalia plagam pertulit *f*). quo facto perculſa vtrinque repreſſaque multitudo eſt: ʻhinc quidem Romanis dolore, inde autem Alanis metu conſternatis *g*). Atque illos quidem poenituit laceſſiuiſſe barbaros *h*); illi autem reputantes, quantam in aleam res vitasque praecipiti eo facto conieciſſent, ʻeos, qui occaſionem, irritando ſuos, inuiſo exſecratoque ipſis facinori praebuiſſent, cum ſollicita ſui excuſatione, apud Romanos accuſabant; deducique ad imperatorem audirique ab eo, dum illata purgarent crimina, quaerebant *i*). ʻHaec vt ſic anxie agerent, cauſa ipſis erat grauiſſima formido *k*), ne hoc illis initium exitialium malorum foret, vtique in media Romanorum, ʻquos tam acriter laeſiſſent *l*), ditione deprehenſis. Subibat etiam verecundia ʻex memoria inſignium in ipſos beneficiorum Auguſti, qui cum eos gratuita beneuolentia liberaliſſime excepiſſet, ac tractaſſet hoſpites, ſperans mutuam ab iis gratiam: ipſi tam inhoſpitale inhumanumque ſcelus illi repoſuiſſent *m*), malis bona compenſantes. Itaque miſſis ad imperatorem ſupplicibus legatis, veniam deprecabantur. ʻRomanis interim praeſentibus *n*) arma, quae repetierant, equosque reddentes: exhibentesque ſeſe ʻmiſerabili ſpecie *o*) ex cataphractis inermes, ex equitibus pedites, quoad iterum imperator ipſos ſupplices excepit, iis ignoſcens.

§. 65.

f) και καιριαν οὐ κατ' ἐκεινον την πληγην διδωσι.

g) τοις μεν ὀδυνη, τοις δε δεος περιϊστατο.

h) της ἐπι θατερους ὁρμης.

i) τους τα πραγματα παραξαντας, μεθ' ὁτι πλειστης της προς τους Ρωμαιους παραιτησεως, ᾐτιωντο, και βασιλει ἐζητουν ἀπολογεισθαι.

k) ἐδεδιεσαν γαρ, ὡς εἰκος.

l) Addit h. interpres.

m) εἰ βασιλευς μεν ξενοτροφειν ὁσον ἐφ' αὑτοις αἱρουμενος, ἐλπιδος ἀγαθης εἰχετο. αὐτοι δε τοιαυτας ξενιας ἀνταπεδιδουν.

n) ἐκεινοις δε.

o) Addit h. interpres.

Imp. ANDRONICO Sen.

§. 65.

a. C. 1304. p)

[CVM res Romanae ob crebras Turcorum incurſiones mire afflictae eſſent, et] imperator nullam iam ſpem haberet in Romanis copiis, extera vero auxiliari [Alanorum q)] militia proterua ſaeuaque, eademque haud ſatis fida vteretur; vnde nec acquieſcere animo poſſet: vertit cogitationem ad certius auxilium a Cazane, Tocharorum orientalium ſupremo principe (Canin ipſi vocant) Romano imperio conciliandum r).

CAPVT V.

Alanorum mercenariorum res, partim Rogerii ductu, partim contra eundem geſtae; eorum a Romanis defectio, fuga ad Bulgaros, clades; ab a. C. 1306-1346.

§. 66.

a. C. 1306. a)

53 a) [MILITES mercenarii e Latinis, qui Rontzerio duce ſub Romanorum ſignis militabant, aeſtate ad Cyzicum vrbem]

a) NICEPHORVS GREGORAS: *Inſecuto vere* [altero anno, ex quo Byzantium venerant Rogerius et Berengarius Entença (Πιεργκε-

52. PACHYMERES T. II. p. 279, 280.

p) Vid. obſeruatt. Pachym. pag. 621.

q) Ἀλανῶν μὲν ἐκείνων omiſit interpres.

r) Cfr. *Tom. III. Tatarica* §. 67.

a) Vid. Obſeruatt. Pachym. pag. 623.

53. PACHYMERES T. II. p. 291, 292. Nicephor. Greg. T. I. p. 135, 136.

a. C. 1306.

Imp. ANDRONI-CO Sen.

vrbem] ignaue ac crudeliter transacta, etiam hiemem inſequentem ibidem perdurare parati videbantur —. Tam otioſae ac flagitioſae militiae pudorem ne ipſe quidem non concipiens aliquem 'dux magnus b) [Rontzerius], 'ad imperatorem ſollicitus accurrit, paratis ad eam vel purgandam vel excuſandam argumentis c). 'Et faciles ille quidem aures principis reperiens, cauſam obtinuit difficilem, et feliciter diſertus etiam nouas pecunias impetrauit in mercedes Alanorum, quorum praedicanda fortitudine et tali tempore neceſſitate optimi, vt aiebat, generis militum (Horum hac arte ſibi ſtudia conciliatum ibat, propriis iam diffidens copiis, quarum erat conſcius contumaciae, et a quibus, magna iam ex parte iniuſſu abeuntibus, deſtitutus fuerat) euicit, vt ſumma ſibi non modica ſtatim ab Auguſto ad Alanorum ſtipendia conſignaretur, expedirenturque mandata repraeſentandae mox alterius permagnae ex aſſignatis et ei ad hoc addictis vectigalibus inſularum.

§. 67.

ϱιος Τεντζας) Catelani] *Philadelphiam iuerunt, ad expellendos hoſtes, qui eam vrbem obſidebant. — Turci cum Latinorum diſciplinam militarem — vidiſſent, metu perterriti, non modo procul ab vrbe, ſed pene vltra veteres Romanorum fines fuga ſe abripuerunt. Tantus enim et talis erat ille exercitus, ita et armis et rei militaris vſu, et militum numero inſtructus (vna enim cum Latinis militabant non modo Romani lectiſſimi, ſed et omnis Alanorum exercitus), vt haud abs re conſpectu illius hoſtes percellerentur. — Cum autem longius progredi non poſſent, propterea quod nullos habebant ductores, qui vias — indicarent —; diuerſi ac diſſipati abierunt; at Romani quidem domum reuerſi ſunt, itemque Alani; Latini vero cum Rogerio* (in Gr. ſemper Ροντζεϱιος ſcribitur) *Caeſare vrbes Romanas — peſſime habuerunt.*

b) ὁ αὐτων ἐξηγȣμενος. c) πϱος βασιλεα ταχυναντει.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1306.

§. 67.

Quibus e ſententia Rontzerius confectis, velociter rediit Cyzicum d), 'occurſurus illic ad diem dictam, qua die promiſſos ab Auguſto equos, quos Alanis diſtribueret, accepturus erat e), prout petierat. Praeſtita iſta cuncta cum fide ſunt: 'et intra dies quadraginta praefinitos collationi pecuniae ex inſulis et praebitioni equorum, cunctis rite, prout promiſſum fuerat, acceptis, accinxit ſe dux magnus ad ſolutionem ſtipendiorum f). Ac ſuis quidem Italis partim duas, partim tres auri vncias g) in menſtruam viritim mercedem diſtribuit; Alanos vero trium duntaxat nummorum in menſes ſingulos 'largitiuncula parce ac tenuiter aſperſit h), equis inſuper additis 'e ſuppeditata eius generis ab Auguſto copia i). 'Qua inaequalitate mercedis atrocem in ſe concitauit Alanicae gentis inuidiam, palam fremente vnoquoque iſtorum, tam vili taxari ſuas operas, interim dum aliis nihilo laborioſioris tanto vberiora procederent auctoramenta militiae. quae offenſio quorſum eruperit, paulo poſt dicetur k). —

§. 68.

54 [PHILADELPHIAE vrbi a Turcorum ſatrapa Aliſyra et Caramanis obſidione cinctae] 'promtum allaturas auxilium Rontzerianas

d) και τα μεν ἐκεινων ὡς ὁιον τε ἐπειλυων, μονα δε τα περι των μισθων ἀνενεγκας και δεηθεις, ἐτι δε και Αλανοις ἱκανυσθαι θελων, ὡς Αρεϊκοις τα ἐς πολεμον. ἐῳκει γαρ ἐκεινοις τῳ μη δη τοις ἰδιοις πιςευοντι. τα μεν ἐντευθεν λαβων, τα δε, και ἐριθεις ἐκ νησων ἐκλεξαι, διαταχεων ὑπεςρεφεν.

e) ὡς ἑτοιμως δεξομενος και ἱππυς ςαλεντας τοις Αλανοις.

f) και ὁ μεν δι ὁλης της τεσσαρακοςης πειραν διδυς και λαμβανων ἐπι τῳ παραμενειν και προθυμεισθαι τον την ῥογαν λαβοντα, ὁυτω διενεμε τα τȣ μισθȣ χρηματα.

g) διουγγια χρυσȣ και τριουγγια —.

h) ἐνικαιȣ.

i) οὑς ἀπεξεδεχετο κατα τα συνθηματα.

k) ὁ δη και μεγαν μεταξυ τȣτων ἀνηγειρε κυδοιμον ἐκ φιλαυτιας ἀναῤῥιπισθεντα. ὡς μετ' ὀλιγον ῥηθησεται.

54. Id. ibid. p. 292.

a. C. 1306. — *Imp.* ANDRONICO Sen.

rianas copias ſibi blandiens autumabat imperator l). Idque vt vrgeret, coepta iam hebdomada maiore ſub finem Martii propriam germanam Irenen, Aſanis viduam, naue celeri 'Cyzicum miſerat, vt, qua ſocrus apud generum ducem magnum valere auctoritate credebatur, eum perpelleret ad tam neceſſariam vrbi tali extreme periclitanti expeditionem ſine mora capeſſendam m). — 'Appulſa illuc poſt dies aliquot matrona nihil omiſit illa quidem artis ac contentionis in ſuadendo, quod res poſcebat et cupiebat imperator n): verum Itali rurſus 'quaerentes praetextus haerendi grato ipſis loco, rixas cum Alanis ſerebant, irritantes ipſos contemtu et contumeliis; idque intempeſtiue ſane agentes, vt bello ciuili vires abſumerent, nequidquam aduerſus hoſtem comparatas o). 'Erant porro Alani praeter caeteram impatientiam iniuriarum innatam armatae genti, etiam efferati iam liuore aduerſus Italos, ob iniquum diſcrimen, quo ipſis fuerant in ſtipendiorum diſtributione poſthabiti. Obuerſabantur enim illorum animis illae auri duae treſue vnciae menſtruae mercedis cumulatae in Italos, dum ipſis tanto minor fuerat penſio taxata p). 'Ea pleni rabie longe ſcilicet acrius ſentiebant, quae in omni occurſu Latinorum ludibria ab iis et ſuperciliosa deſpectus ſigna experiebantur q).

§. 69.

Tali rerum articulo contigit Alanos quospiam deferre frumentum ad moletrinam quamdam et molere. In quo dum ſunt,

 ſuper-

l) In Graeco non leguntur.

m) Κυζικωσε ἀπολυει, οὐδενος χαριν ἀλλου ἢ του τον γαμβρον ἐκμειλιξαμενην ὁρμησαι.

n) ἐκεινη μὲν οὐδεν ἦν των ἐς ἐξορμησιν συντεινοντων ὁπερ ουκ ἐλεγε τε και ἐπραττε.

o) ἐν ὑπερημεριαις τριβειν θελοντες τον καιρον. μαχας ἐμφυλιους ἐκ πολλης της ὑπερηφανιας καθιςων, και προς Ἀλανους ἐις διενεξεις ἀκαιρους ἐχωρουν.

p) παρωτρυνε γαρ ὁ ζηλος και Ἀλανους, ὁτ' ἐκεινων τριουγγιοις και διουγγιοις μηνος ἑκαςου ἱκανουμενων, ἀυτοι ἐν ὀλιγῳ τινι ἐμισθουντο, και των ἀπερριμμενων παρ' ἐκεινοις ἐδοκουν.

q) και προ ταυτα διαφοραις τισι και ἀπεχθειαις τας γνωμας ἐκεινων ἠλλοτριουντο.

Imp. ANDRONICO Sen. a. C. 1306.

ſuperueniunt Amogabarorum aliqui., et conſueta ſuperbia molae vſum ſibi vindicant, quin et farinae Alanorum inſolentiſſime manus iniiciunt. Iurgium hinc primo verbis commiſſum. ‘quo procedente, auditae primum Alanorum minae ſunt r), facturos ſe magno duci s) idem, quod magno domeſtico t) feciſſent. Excepta et vulgata ea vox magnas ſuſpiciones, magna odia commouit. ‘Magnus praecipue dux v), tanquam iam, quod intentabatur, ſentire coepiſſet malum, ‘ira et vlciſcendi deſiderio flagrabat x).

‘Ergo nocturna in Alanos meditato comparata facta impreſſio eſt Amogabarorum y), qua in paucos plurimi, in imparatos otioſe inſtructi, denique muniti peltis ‘et caetera cataphracti armatura, ſecurique telorum, quorum quantacunque vi intorquendorum innoxiam ſibi fore aciem credebant z), ‘perrumpere aggrediuntur oſtia domorum, in quibus Alani diuerſabantur. Hi malo nec opinantes perculſi ſubito, defenſionem, prout per tempus licet, expediunt, tegulisque deiectis e culminibus aedium et aliis, quae fors obtulit, ex aduerſo iaculantur. Volant vtrinque tela, nonnullis hinc atque inde cadentibus a). Itali denique ſuperiores euaſerunt, ‘filio ſupremi Alanorum ducis, *Georgi* vocati b), iuuene in illa gente inter praeſtantiſſimos habito et bellicis inclyto facinoribus, ſagitta icto, ex qua mori eum contigit. Quare multis quoque aliis e ſua parte vulneratis, nec paucioribus occiſis, ‘Alani tunc ſuccumbentes ſunt cedere coacti c).

§. 70.

r) και Αλανος τις, ὡς λεγεται, προς ἐκεινȣς ἠπειλει.

s) Rogerio.

t) Alexio Rauli. Vid. ſupra §. 64.

v) ἐκεινος.

x) ἡμυνετο [l. ἠμυνετο].

y) ἐμπιπτȣσι τοινυν νυκτος Αλανοις.

z) τῳ καθ' ἀυτȣς ἀσφαλει πισυνοι.

a) ὁι μεν κατα θυρας των οικιων ὁι δε και ἀποςεγȣντες τȣς ὀικȣς ςεῤῥως κατηκοντιζον Αλανων. ὁι δε και ἀυτοι τῳ ἀναγκαιῳ ἑαυτȣς ἀρτυναντες, ὑφιςαμενοι ἐτοξαζοντο, και ἐπιπτον ἑκατερωθεν.

b) ὁ τȣ των Αλανων ἐξηγȣμενȣ Γεωργȣς παις.

c) και ἀκοντες διελυοντο.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1306.

§. 70.

Poſtridie redintegrata infeſtis vtrinque animis pugna eſt, ʻinſultationes Italorum ſuperbiſſimas ferre non valentibus Alanis; praeſertim irritatis caede recenti nobiliſſimi gentis ipſorum adoleſcentis d). ʻItaque illo aeſtu irae ruentes, circiter trecentos Italorum tunc dicuntur peremiſſe e). Fuit dies, qua haec acta ſunt, nona menſis Aprilis quando neque ipſe magnus dux inter pugnantes apparens ʻceſſareque ab armis omnes iubens f), ſatis auctoritatis habuit ad certamen dirimendum. ʻTamen compoſito aut ſaltem ſopito paulo poſt vtcunque diſcidio, frementem adhuc palam et filii ſui Alanorumque caedem ſe luculentius vlturum minantem quotidie Georgum g), multis fruſtra ʻet verborum blanditiis et donis delinire ſibique reconciliare h) dux Italorum conabatur. Ille quippe ʻinflexibilis ad omnia, perſtabat obnixus in propoſito, haud inultam ſinendi i) tam indignam ingloriamque necem ʻlonge cariſſimi ſibi k) filii. Seruauitque iſtam rabiem penitus animo conditam, quoad in actum tandem erumperet tragicum, ſuo loco referendum.

Super haec aduenit menſis Maius et noſter exercitus Achiraum tenuit aliquot millibus conſtans, Italici generis millia ſex numerabantur. His accedebant Alani reſidui, admodum mille. —

§. 71.

[RONTZERIVS ad Aulacem Turcos, quos Aliſyras ducebat, proelio vicit.] ʻHos ne acrius et longius copiae magni ducis inſequerentur, ea cauſa obſtitiſſe dicebatur, quod hae trifariam in

d) των ὑπερηφανουντων, Ἀλανων δ' οὐκ ἀνικτως ἐχοντων τον του πεσοντος οἰκτιστον θανατον.

e) και τοτε ἀμυνομενοις τοις Αλανοις ἐις τριακοσιους πεσειν ὑπηρξεν, ὡς λεγεται.

f) Addit h. interpres.

g) ὁμως ῥαισαντος του καιρου, πολλων και περι αὐτοις δεδοικοτων των ἐγχωριων, του Γεωργου μεθ' ἡμερας ἐπιστασαντος ἐπι διαπεπραγμενοις τοις Αλανοις.

h) δωροις ἐκμειλισσων τον βαρβαρον.

i) οὐκ ἠθελε δεχεσθαι.

k) Addit h. interpres.

ss. Id. ibid. p. 296.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C 1306.

in genera et corpora totidem diuiſae (ſuam enim ſibi quique ſeorſum Itali, Alani et Romani quaſi ſeparatam aciem habebant) immiſcere ſe inuicem, prout opus erat ad ſtrenue inſtandum cedentibus, noluere l); ſed ſe mutuo intuebantur, opperientes, ſi qui priores inſilirent, ʻquaſi mox et ipſi ſecuturi m).

§. 72.

56 [MAGNESIENSES a magno duce Rontzerio deficiendi conſilium inierunt ſuaſore Attaleota]. Equos enim et aurum — ad manum — habebant: nec deerat numerus virorum fortium, qui e variis locis eo confugerant: in quibus erat Alanicarum copiarum pars non exigua. — Rapit ergo ſine mora [magnus
57 dux], cunctis omiſſis, ſuas ſecum vniuerſas copias, Magneſiamque aduolat. Erant in eo exercitu auxiliares Italici generis omnes, Romanae cum his militiae pars non exigua, ʻdenique Alani, qui tamen non ſponte, ſed praeſentis ducis ineluctabili adacti potentia, inuitam et duntaxat perfunctoriam operam in hoc bellum conferebant n).

§. 73.

58 CRVCEM illi [Andronico Auguſto] figebant ʻincrebeſcentes ab exercitu nuncii de diſſenſionibus illic Italos inter et Alanos exitioſe nec reuocabiliter commiſſis: quos iterata ſua iuſſa ſedare hactenus nequiuiſſent, odio in vtrisque mutuo exſtinguente reuerentiam imperii et contumaciam iratis inflexibilem afflante o). —

§. 74.

l) τοις δε κατα τον μεγαν Δεκα συναχθεισι κατα Φρητρας τειχη, οὐκ ἦν ἀτακτως μιγεσι πασι διωκειν.

m) Addit h. interpres.

56. Id. ibid. p. 304.

57. Id. ibid. p. 305.

n) ἐτι δε και Αλανες ἐπι την μαχην προσβιαζομενες.

58. PACHYMERES T. II. p. 312.

o) ὁτι και το ξενικον ἁπαν, ὡς μεν Ιταλοι, ὡς δ' Αλανοι ταις γνωμης ἠλλοτριεντο, δυσχερεις ὀντες πειθειν, και προς τα παρα βασιλεως ἐπεσαλμενα καθυποκλινεσθαι.

a. C. 1306.

Imp. ANDRONICO Sen.

§. 74.

[MAGNVS dux cum omnino] prae ſe ferret, ſe, niſi deleta illa ſibi rebelli vrbe [Magneſia], haud velle viuere; — illis, quos illic ſub ſignis habebat, Alanis, ſubinde reputantibus, quid Cyzici paſſi eſſent, minime placebant, quae tunc fierent. Quare hi, 'capto tempore p), omnes ſimul, numero quingenti, 'a caſtris magni ducis iniuſſu abeunt q), et deſperata facultate traiiciendi freti ad Callipolin ſicque in ſuas ipſorum terras recedendi, vagi, ſtationibus crebro mutandis, huc illucque ferebantur. 'Eo incerto curſu perlati ad viciniam Pegarum, certo loco extra oppidum tabernacula fixere r). 59

§. 75.

Illic eos conueniunt miſſi ab imperatore, qui, numerata ipſis pecunia non modica, iuberent 'redire, vnde fugerant, ac ſigna repetere s). 'At illi ſic parati erant animis, vt mortem obire mallènt, quam ſub exoſi et irritati ducis imperium redire t).

Interim occaſio illis rei bene gerendae oblata eſt, quadam forte in illis partibus apparente Perſarum manu, ſatis illa quidem valida nongentorum videlicet armatorum. Cui cum Alani occurrerunt; haud omnes ſimul aderant; ſed ducenti duntaxat, aliis 'trecentis, ex quo a caſtris receſſerant v), dudum varie diſperſis. 'Tamen ita opportune, ita fortiter in Perſas incurrerunt, vt multos eorum interficerent x), reliquos fugarent: et fugacibus inſtando plurimos eorum caperent, 'nemine ſuorum aut deſiderato, aut grauiter ſauciato y).

§. 76.

59. Id. ibid. p. 313.

p) Addit h. interpres.

q) Gr. vna voce ἀφιστάντο.

r) ἔξω πȣ των Πηγων σκηνȣσιν.

s) Gr. vna v. ὑποστρεφειν.

t) τοις δε θανατον της ὑποστροφης ἀνθαιρȣμενοις.

v) Addit h. interpres.

x) ὁμως τȣς μεν κτεινȣσι.

y) αὐτοι μηδεν παθοντες των ἀνηκεστων.

Imp. ANDRONICO Sen.

§. 76.

a. C. 1307. z)

60 [RONTZERIVS cum centum et quinquaginta Catelanis Adrianopolin, vbi tunc cum exercitu tendebat Michael Auguſtus, profectus eſt, ſpecie, quaſi veneraturus et viſurus principem; reuera autem, vt ſic praeſens exploraret, quales eſſent, et an tantum metuendae Michaelis Auguſti copiae. 'Facile enim intelligebat] infenſum infeſtumque ſibi ac ſuis Catelanis iſtum eſſe exercitum; quippe — ad — vlciſcendi praeterita ſcelera impetum adiungebatur cura praeuertendi futuram rebellionem; cuius mox erupturae multa exſtabant indicia pene manifeſta. et haue in partem eminebant Alanorum maxime ſtudia a), Perſicorum itidem veterum ſub ſignis Romanis ordinum, qui Turcopulorum nominabantur. —

§. 77.

At Alani, 'qui tum erant in Michaelis comitatu b), 'dudum infenſi Rontzerio c), eius vlciſcendi occaſionem obſeruabant; 'haud lenem ad id inſtigatorem d) ſecum habentes Georgum illum, cuius filium apud Cyzicum 'Catelani e) occiderant, prout ſuperius narrauimus f). Hunc igitur taciti, quocunque ſe conferret, ſequebantur. Contigit autem, ei poſcenti dari horam admiſſionis ad Auguſtam, quo erat ipſe ſolus introducendus, Italis, quos ducebat comites, 'procul extra fores palatii g) iuſſis ſubſiſtere. 'Hoc momentum ſuis conſiliis aptiſſimum Alani cupide captantes, deſtitutum praeſidio ſuorum Caeſarem [Rontzerium] h), 'in ipſo cubiculi Auguſtae aditu i) a tergo plaga letali in renibus

§. 60. PACHYMER. T. II. p. 364, 365.

z) Vide Obſeruatt. Pachymer. p. 827.

a) και γαρ ουδ' εκεινοι προς τας αυτων αταθαλιας ηρεμουν. αλλ' υπονοουντες την απιστιαν, και μαλλον Αλανοι.

b) Addit h. interpres.

c) εθυμαινον κατ' αυτου.

d) Addit h. interpres.

e) Hanc vocem interpres ſupplet.

f) Vid. ſupra §. 69.

g) εξω πυ.

h) Addit h. interpres.

i) απεχομενος και ηδη της πυλης ανοιγομενης του οικηματος, εν ῳ η Αυγουστα ην.

a. C. 1307. *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

bus transfodiunt. Auctor vulneris ipſe Georgus fuit, poenas interfecti filii repetens k). —

§. 78.

Sub haec danti ſe in conſpectum Auguſto Alanorum primores, auctores caedis, et adiutores Aſiani fidenter excuſabant 61 factum, iure occiſum a ſe falſum iſtum Caeſarem aientes, cum in vltionem rapinarum et flagitiorum, quibus Romanos inſolentiſſime vexaſſet, tum in praecautionem rebellionis, quam perfidioſiſſime in Auguſtos machinaretur, prout euidentibus erat indiciis compertum l).

§. 79.

Interim vero totis trepidabatur caſtris alio alium Michaelis militum paſſim adhortante ad erumpendum in Latinos morte ducis ipſorum ſuperatu faciliores futuros m). Inprimis Alani, conſcenſis raptim equis, cum alia manu in iſtam incurſionem feruntur. 'Auguſtus eos fruſtra reuocari iubet'. Itaque in manus aliquas ſtatiuaque ſparſim poſita Italorum inciderunt noſtri; et perculſos eos nacti fama quadam necis Caeſaris facile fuderunt, 'reliquis Callipolin fuga euadentibus' n).

§. 80.

k) Nicephorus Greg. T. I. pag. 137. Rogerium a Romanis occiſum ait, nulla facta Alanorum mentione. Cf. PACHYM. T. II. p. 366, 367.

l) ἐντευθεν ὁι Ἀλανοι και Ἀνατολικοι τε Καισαρος φονεις φανεντι τω βασιλει την τολμαν ἀπελογεντο, ὡς ὀυκ ἀλλως ὀυκ ον μη των πολλων ἀλαςορα, ἀυτων δε βασιλεων ὑποςατην την γνωμην, ἀνηλεως κατασφαττοιεν.

m) ἀλλοι δε και μειζοσιν ὁρμαις ἀλληλε παρακροτησαντες.

n) De Alanis haec etiam habet Nicephorus Greg. T. I. pag. 138. *Cum externa veniſſent auxilia, primum Maſſagetarum, deinde Latinorum, ab iis longe maior, quam a manifeſtis hoſtibus, pernicies Romanis exorta eſt.* et p. 139. Catelani poſt Rontzerii Caeſaris caedem Callipolin fuga elapſi, ibi *complures dies immoti manſerunt, incertum euentum metuentes. — Eos quippe inceſſerat ac non mediocriter turbabat Maſſagetarum metus, quorum in Aſia ſecum militantium inimicitias paruis de cauſis ſuſceperant, occiſis etiam eorum quamplurimis.*

Imp. ANDRONI-CO *Sen.*

a. C. 1307.

§. 80.

β) IMPERATOR Michael — Oreſtiade relicta, circum ca-
62 ſtrum Apro dictum, loco illi proximo, figit tentoria, tanquam diluculo commiſſurus cum Italis praelium. nam et ipſi prope tabernacula habebant. Poſtridie igitur inſtructo progreſſus agmine, vbi ad locum, cui nomen eſt Imeri, peruenit, copias ordinauit in hunc modum; Alanos et Turcopulos in fronte conſtituit, duce illis praepoſito Boſſila o). — Sub haec acri certamine — conferto, hinc quidem Alani, inde autem Turcopuli concurrentes, in primos Catelanorum impingunt ordines. excepti ab his intrepide ac firmiter; inſtar turris videlicet perſiſtentibus, nec, quantumuis circum aſſultantes molirentur, vel vno cuiquam veſtigio cedentibus. graui 'quippe armatura vndique protecti corpora — contemnebant vtraque ex parte immiſſa iacula. —

§. 81.

γ) Caeterum qui praecurrerant 'Turcopuli et Alani p), 'haud parem primae illi alacritati viuidae impreſſionis vrgendi per-

β) NICEPHORVS GREGORAS: *Catelanis — et Turcis inter duo oppidula, Cypſella et Apros, per illud tempus commorantibus, imperator Michael cum Thraciis et Macedonicis copiis, nec non Maſſagetarum et Turcopulorum phalangibus in ea planitie, quae eſt circa Apros caſtra metatur.* — Romani *cum hoſtilem aciem tripartito diſtributam viderent, ſuam ipſi quoque, vt aequalis pugna eſſet, tripartito diuiſerunt. Ac Turcopulos quidem cum Maſſagetis in ſiniſtro, Macedonicos et Thracios equites delectos in dextro cornu collocarunt: reliquos autem — in medio conſtituerunt. — Orto ſole, hoſtes in occurſum progreſſi ex aduerſo conſiſtunt, Turcis in vtroque cornu collocatis, Catelanis medium ob armorum grauitatem obtinentibus.*

γ) Id.: *Ibi Maſſagetae, qui iam olim defectionem parturiebant, quod Romanorum moribus haud delectarentur, et iam occulte*

62. PACHYMERES T. II. p. 381, 382. Niceph. Greg. T. I. p. 140, 141.

o) Βοσσιλαν.

p) Supplet haec interpres.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

perſeuerantiam adiunxerunt q): ſed ſubito declinantes in partem alteram ſpeciem fugae praebuere, facile opinatis qui ſpectabant, deſperata ipſos victoria cedere. At quibus erat interiore notitia perſpectior horum barbarorum animus, non abs re ſuſpicabantur, meditatam eos ad praelium attuliſſe voluntatem flagitii militaris palam conſciſcendi, loco vltro deferendo r); quoniam haud perſolutis ſibi retro ſtipendiis, gratuita periclitari militia ſtultum ducerent s). Sunt, qui addant, emanaſſe ad ſenſum eorum, reuocatos ſeſe a Tuctaine, ipſorum principe, qui, miſſis ad imperatorem nunciis, ſuos ad ſe remitti poſtulaſſet. Erant hi videlicet ex gente Tocharorum, Tuctaini ſubiecta. Nec erat obſcurum, veniſſe reuera legatos ab eo ad Auguſtum, qui commodatas ipſi olim ſuas copias repeterent t). His illi de cauſis remittentes impetum, ac ſponte langueſcentes, in obliqua deflexerunt. Hoc ordinatis poſt ipſos terrorem iniecit. —

§. 82.

Interim [cum Catelani et Perſae victoria potiti, et Apron oppugnare aggreſſi inde repulſi eſſent] Alanis ſemel amiſſa erga 63 imperantes beneuolentia, paſſim obuia diripere ac licenter latro-

 cinari

ab Europaeis Scythis imitarentur, dolum, cum iam in procinctu ſtarent, aperuerunt. Nam cum ſignum pugnae vtrinque datum eſſet, ſtatim ii inclinati ſeorſum conſtiterunt, nec Romanos adiuuantes nec aduerſus hoſtem pugnantes. Idem et Turcopuli fecerunt: ſiue inter vtroſque de ea fraude conueniſſet, ſiue occaſio ipſa derepente id conſilii ſuggeſſiſſet. Id quod Romanis in ipſo diſcrimine maximum damnum attulit, et integram hoſtibus victoriam nullo labore peperit.

q) [ὀυ] τολοιπον ἐκαρτερȣν.

r) τῷ δε βαθυτερῳ και ὁις ὑποπτευοντο, λειποπαξιȣ [l. λειποταξιȣ] ἑκοντες ἐιναι γεγραφομενοι.

s) μελετης ἐῤῥαθυμȣν πολεμικης.

t) δηλον γαρ ἠν και ὁ Τȣκταϊς ἐκεινȣς, ὡς ἰδιȣς, και της των Τοχαρων ἀρχηθεν χειρας, ἀπῃτει παρα τον ἀνακτα πρεσβευομενος.

63. PACHYM. T. II. p. 384.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1307.

§. 80.

β) IMPERATOR Michael — Oreſtiade rel
62 ſtrum Apro dictum, loco illi proximo, figit tentori
luculo commiſſurus cum Italis praelium. nam et
bernacula habebant. Poſtridie igitur inſtructo pr
vbi ad locum, cui nomen eſt Imeri, peruenit,
in hunc modum; Alanos et Turcopulos in fron
illis praepoſito Boſſila [o]. — Sub haec acri c
ferto, hinc quidem Alani, inde autem Turc
in primos Catelanorum impingunt ordines.
trepide ac firmiter; inſtar turris videlicet
quantumuis circum aſſultantes molirentur,
ſtigio cedentibus. graui 'quippe armat
corpora — contemnebant vtraque ex part

§. 81.

γ) Caeterum qui praecurrerant
'haud parem primae illi alacritati vi

β) NICEPHORVS GREGORAS: *Cat oppidula, Cypſella et Apros, per imperator Michael cum Thrac non Maſſagetarum et Turcopu nitie, quae eſt circa Apros ca hoſtilem aciem tripartito diſtr que, vt aequalis pugna eſſet, copulos quidem cum Maſſageti Thracios equites delectos in de autem — in medio conſtituerun curſum progreſſi ex aduerſo con nu collocatis, Catelanis medium tinentibus.*

γ) Id.: *Ibi Maſſagetae, qui iam quod Romanorum moribus haud*

62. PACHYMERES T. II. p. 381, 382. Niceph. Greg. T. I. p 141.

o)

...unt a), ſuperue-
...um cum iis con-
... ad quod mitteba-
...ab hoc audito Ala-
...uerſari, prae ſe fe-
...us dubitauerant, ti-
...n. plene iam haben-
...itzimpaxim ad repe-
...que ſecum poſtliminio
...s pertinerent, et quo-

... c) viſus eſt Alanis,
... ſocietatis taedium cepe-
...unt auide, tum eius ad
demereri officioſae bene-
Nec ſegnis ille aut par-
Vnde qui ad deliniendos
...nos vtilis conciliator acces-
...eorum tranſiſſe partes haud
...qui eousque ſe illis agglu-
...as apud ipſos obtinentis ...

§. 86.

ἀρχουσι παρα βασιλεως
... ἐκεινος πρεσβευοντος.
... ἐκ του τυχης και αυτου-
...ς.
Addit h. interpres.
... ὑποποιουντες παντοιως τον
...ζευτην.
και ὁ τεως ἐξημερωσων
βασιλει.
του πρωτευοντος ἐκεινου
...γη.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1307.

cinari bonum factu viſum eſt. 'Ergo et iſti, cum vt amici haberentur, hoſtes ſe feris maleficiis monſtrabant v).

§. 83.

His Andronicus cunctis cognitis, et quem par erat ex clade accepta dolorem et ſentiens et profitens x), filio quidem Auguſto conſolatorias quamprimum ſcripſit; Catzimpaxim autem dimiſit ad Alanos, ſperans, reuocaturum eos ad officium, ſimul et Turcopulos quoque deliniturum, quibus eſſet generis et linguae communione commendatus; Alanis etiam familiaris ex eo iam tum tempore, quo militiae cum ipſis ſocietatem Nogae communis ducis auſpiciis habuerat: praetereaque legatione functus ad Tuctaimem fuerat. 'Vnde credebatur auctor idoneus futurus ſuadendae ipſis emendationis oſtendi ab his coeptae contumaciae, et reditus ad frugem meliorem, reſumendo, quod decet ſubditos erga principes, obſequio y).

§. 84.

a. C. 1308. z)

64 ALIVNDE porro neque Alanis neque Turcopulis recens ad Chriſtianam traductis religionem, qui non multo ante haec tempore e ſeptemtrionalibus tractibus ad militiam imperatoris aduenerant, fides et in obſeruatione foederis initi perſeuerantia conſtabat; verum pari vtraque gens conſilio defecit palam a noſtris; et munitiſſimis locis occupatis, erumpentes inde, nihil tutum, aut ſecurum per circuitum ſinebant, incurſionibus infeſtis loca cuncta corrumpentes. Ac Turcopuli quidem alibi ſibi receptacula munierunt, vnde vt ex arce procurrentes, ingentia Romanis inferebant mala.

§. 85.

v) καὶ φίλοι μὲν ἐφίσταντο, ἐχθροὶ δ᾽ ἀπανίσταντο.

x) ἐπαλγήσας τῇ συμφορᾷ.

y) ὡς αὐτὸν πείσοντα ὑπηκόους ἐπαναγαγέσθαι σφᾶς ἐπιςεῦσε.

64. PACHYM. T. II. p. 401.

z) Vid. Obſeruatt. Pachymer. p. 638.

a. C. 1308.

Imp. ANDRONI. CO Sen.

§. 85.

Alanis vero Cutzimpaxis, vt eſt prius dictum a), ſuperueniens, breui dedit occaſionem opinandi, haud iſtum cum iis congreſſum ad procuranda Romanorum commoda, ad quod mittebatur, fuiſſe collatum. 'Coeperunt enim ſtatim ab hoc audito Alani animoſius, quam antea partes imperatoris auerſari, prae ſe ferentes, certo credere iam ſe id, de quo prius dubitauerant, timide duntaxat ſuſpicando; perſuaſum, inquam, plene iam habentes, miſſum a Tuctaine ad imperatorem Cutzimpaxim ad repetendos ſuos antiquos milites Alanos, eosque ſecum poſtliminio reducendos ad terras Tocharorum, ad quos pertinerent, et quorum dudum auſpiciis militauiſſent b).

Aduenifſe is nuncius 'in tempore c) viſus eſt Alanis, 'quando eos multis de cauſis Romanae ſocietatis taedium ceperat d). Itaque cum rem ipſam exceperunt auide, 'tam eius ad ſe miſſum negotii miniſtrum omnibus demereri officioſae beneuolentiae declarationibus ſtuduere e). 'Nec ſegnis ille aut parcus fuit in exhibenda mutua gratia. Vnde qui ad deliniendos imperatori exacerbatos Alanorum animos vtilis conciliator acceſſiſſe ſperabatur f), breui totus in eorum tranſiſſe partes haud dubiis eſt compertus indiciis. Vtique qui eousque ſe illis agglutinauerit, vt ſororem '*Curſitae*, primas apud ipſos obtinentis g), aliam vxorem duxerit.

a) Vid. ſupra

b) ἦρξε γὰρ ὁ τοῦ ἐπὶ τῷ δοκεῖν Ἀλανοῖς ἐνθύμιος ἀποστραφῆναι τοῦ βασιλέως. καὶ δὴ καὶ πιστευθῆναι ἡ τοῦ Τουκταΐ πρὸς βασιλέα καὶ περὶ αὐτοῦ ζήτησις, καὶ ἐπεὶ συνωμ' ἐζήτουν τε αὐτὸς τε καὶ Ἀλανῶν, ὡς ἀρχῆθεν τῇ τῶν Τοχάρων ἀρχῇ προσήκοντες, αὐτοῦ γε, καὶ μᾶλλον σὺν ἑτέροις ἀρχοῦσι παρὰ βασιλέως πρὸς ἐκείνους πρεσβεύοντος.

c) ἐκ τοῦ τύχης καὶ αὐτομάτου.

d) Addit h. interpres.

e) ὑποποιοῦνται παντοίως τὸν πρεσβευτήν.

f) καὶ ὁ τέως ἐξημερώσων σφᾶς βασιλεῖ.

g) τοῦ πρωτεύοντος ἐκείνων Κουρσίτη.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1308.

§. 86.

'Hinc iam palam imperio rebelles Alani, loco potiti ſitus inacceſſi, quem Neadis ſpeculas vocant b), eum, quantum ſatis fore viſum eſt, muniunt, plauſtrorum, quae plurima trahebant, 'continua ſerie velut vallo circumdatum i). Tum incluſis ea munitione mulieribus et paruulis, caeteraque ſuppellectili; inde ipſi vt ex ſecura ſibi ad receptum arce prodeuntes, omni hoſtilitatis genere Romanos infeſtabant: niſi quod parcebant ſanguini, minusque caedium edebant.

Et haec videlicet Cutzimpaxis tranſegiſſe 'cum Alanis k) tandem audiebatur, 'quamuis necdum credente imperatore: qui praeoccupatus magna opinione fidei eius viri ac beneuolentiae erga ſe ſincerae l), aſſentiri non ſuſtinebat talia de illo memorantibus. 'Ad quod aliquid artis etiam ipſe adhibebat Cutzimpaxis, ſpem etiamnum imperatoris miſſis nunciis lactans m), et ad quosdam ipſius familiares defenſiones facti ſui ſcriptitans n), quibus affirmabat, nihil in hoc actum a ſe, quod in vllum incommodum rei poſſet Romanae redundare.

§. 87.

65 '[ETIAM Turcopuli] Alanos imitati, poſtquam ſe ab aliis abiunxerant, perſtiterunt ſic aliquamdiu in ſuo ipſorum arbitrio, nemini

b) ἡ *** Ἀλανοι τας της Νεαδος σκοπιας καταλαβοντες. lacuna eſt in Graecis.

i) Addit h. interpres.

k) Addit h. interpres.

l) ἐι και ὁ Κρατων ἐπ' ἐκεινῳ ἐτι πληροφορȣμενος.

m) και γαρ κἀκεινος περιεκβȣκολει τας ἐλπιδας τῳ βασιλει.

n) ἐξ ὡν ἠκȣετο πρως τινας των τȣ βασιλεως ἀπολογȣμενος.

65. PACHYMER. T. II. p. 412. Id. p. 413. haec habet: *Quidam a Meleco nunciauit, ipſi videri, poſſe Turcopulos a ſocietate Catalanorum abſcindi et dato idoneo fidei pignore, Romanis conciliari, ſi ſuae ipſis mulieres, quas, captas ab Alanis, imperatori deditas dictum eſt, ab hoc illis redderentur. His facile annuente Auguſto, et mulieribus iam miſſis, deprehenditur ab Amogabaris arcana molitio.* Eadem infra p. 425. repetit.

a. C. 1308. *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

nemini alteri obtemperantes o); — Verum Alani, certiores facti, Turcopulos Callipolin verſus iter intendere, ductis vna ſecum vxoribus et liberis, in eos improuiſo irruentes, quaſi vt gratificarentur imperatori, paucas e multis mulieres et pueros ſic captos ad Auguſtum miſerunt.

§. 88.

[DVM Andronicus Auguſtus legatione ad Amogabaros miſſa, 66
eos ſibi conciliare nititur; hi vero, niſi ſibi ſtipendia olim debita continuo ſoluerentur, vrbem oppugnare minantur:] 'aliis praeuertendum videbatur aliud. Opinabantur enim (in qua maxime ſententia Turcopuli erant, propter captiuos e ſuis detentos ab Alanis plurimos) tunc opportunius eſſe aduerſus Alanos proficiſci p); ad quam expeditionem ſe ſatis habere commeatuum, plauſtris ſecum exportandorum, aiebant. Alani quippe, 'poſtquam ab Auguſto pariter et ab Amogabaris defecerant, communes amborum hoſtes q), inclinare ad Oſphentiſthlabum Bulgarum r) — coeperant. —' Ab hoc igitur Alani, miſſis legatis, 'petierunt, praefici ſibi duces Bulgaros, quorum ductu militaturos ſe spondebant, et prohibituros tranſitu Romanos, ſi forte infeſtas immittere copias in Bulgariam conarentur s).

§. 89.

'Ducibus cum mille militibus ab Oſphentiſthlabo impetratis, Alani t)' prodire in campum non dubitarunt, depraedentes ſub-

o) ἐπειδη γαρ [οἱ Τουρκοπουλοι] συναμα Ἀλανοις ἀφειστηκεσαν, ἐκεινοι μεν κατ' αὐτους ἠσαν. Pergit Pachymeres: *Quando multorum opinio non inueriſimilis* cet. vid. *Tom. II. Bulgarica §. 387.*

66. PACHYMER. T. II. p. 420. Nicephor. Greg. T. I. p. 142. Hic eos *Maſſagetas* vocat. locum ipſum in *Bulgaricis* ad *§. 388.* attuli.

p) τοις δε και μαλλον Τουρκοπουλοις δια τους οἰκειους αὐτων κατεχομενους παρ' Ἀλανοις, ἐπ' ἐκεινους προτερον ἰεναι ἐδοκει.

q) ἁπαξ βασιλεως ἀποστατησαντες.

r) Hic et infra omiſſa vide in *Bulgaricis §. 388.*

s) ἠξιουν πεμπειν Βουλγαρους, ἠν πη και προς αὐτων, ἐρχομενων κατ' αὐτων, ὡρμωεν Ῥωμαιοι ἐφεξοντας.

t) Vide *Bulgarica §. 388.*

Imp. ANDRONICO *Sen.* a. C. 1308.

ſubiectam regionem; qua demum late vaſtata, ſe cum vxoribus et liberis ad Oſphentiſthlaburu conulere.

'Huius Alanorum itineris certiores facti Turcopuli, valde doluerunt, elabi ſibi hoſtes e manibus et ſpem praecidi omnem captiuos e ſua gente plurimos et valde caros, quos illi vinctos trahebant, amplius recuperandi *v*). 'Ergo Italos et Perſas ſecum militantes adeunt, facile fore aientes Alanos, praeda onuſtos, in via longa et difficili notis praeuertendo compendiis deprehendere, nec arduum tum fore vincere improuiſo circumuentos; ſed et idem quaeſtuoſiſſimum cunctis ipſis futurum, ſpolia illa multa et pretioſa, quae, Romanis erepta, aueherent, amplum inter ſeſe diuiſuris *x*). 'Ita illi alios quidem ſpe lucri ac praedae in ſuam ſententiam non fruſtra conabantur attrahere; ipſos autem cura potiſſimum mouebat coniugum cum paruulis, quas ferme vniuerſas (paucis illis videlicet exceptis, quas in vrbem miſſas diximus) Alani abducebant, ab illa ſeruitute liberandorum. Ergo Turcopulos, pro ſtudio acriori praecurrentes, caeteri quoque perſuaſi ſubſecuti ſunt *y*), non omnes tamen. relicti ſunt enim idoneo numero, qui Callipolin interim tuerentur et Madytum.

§. 90.

v) ὧν χαριν ὑπεραλγȣντες Τȣρκοπȣλοι, ὁι γαρ αὐτων δικειοι παρ᾽ ἐκεινοις ὀντες συνεξηλαυνοντο.

x) πειθȣσιν Ιταλȣς και τȣς συν αὐτοις Περσας, Ἀλανȣς καταλαμβανειν προτερον σπευσαντας. ἐιναι γαρ και παρ᾽ ἐκεινοις οὐκ ὀλιγην λειαν διεβεβαιȣν, ἣν φθασαντες ἐκ Ῥωμαιων περιεβαλοντο. και ταχ᾽ ἀν αὐτοις ἐκ τȣ ῥαϛα πραγενησεσθαι περιγενομενοι των Ἀλανων.

y) ταυτ᾽ ἐλεγον Περσαι, και ταις βȣλαις περιεπειθον πλην γαρ τινων ὀλιγων πασαι αἱ γυναικες συν τεκνοις των Τȣρκοπȣλων παρ᾽ Ἀλανων κατειχοντο. δια ταυτα ἑπομενȣς εἰχον και τȣς λοιπȣς. ἀλλα και ἱκανοι ἐσαθησαν. πλην γαρ τινων ὡς αἱ συζυγοι προς την πολιν παρ᾽ Ἀλανων ἀπεϛαλησαν τας σπονδας ἐπικρατȣντων • • • ἀποϛατησαντας προτερον τοις λοιποις πονοις • • • δια τȣς ὀικειȣς, και δια ταυτα προσκειθεȣσι τȣτοις, ἑπομενȣς εἰχον και τȣς λοιπȣς. locus mutilus et mendoſus.

a. C. 1308.

Imp. ANDRONI-CO Sen.

§. 90.

‘Turcopuli autem cum aliis, quos ab iis diximus in conſilii perſequendi Alanos ſocietatem tractos z), ſumma feſtinatione poſt eos ibant, commeatu et propria cuiusque ſupellectili plauſtris, vna ductis, impoſitis z). Plauſtra porro iſta fama erat quadringentorum numerum excedere. 67

Peruenerant iam Alani praeeuntes vsque ‘ad confinia et primos ferme aditus Bulgariae a), cum eos qui perſequebantur aſſequuntur. Ibi praelium ſane acre commiſſum eſt, Alanis pariter e plauſtris, qualium et ipſi magnam habebant copiam, iisdemque pro vallo vtebantur, diu fortiſſime reſiſtentibus. Sed et multi eorum ‘extra munitionem in aequo ſtantes b), ignauo vitae amori glorioſam eo die mortem praeoptarunt. ‘nec ii inulti cecidere. Multi quippe ex Amogabarica quoque acie caeſi ſunt, praeſertim Perſae: nam in hos belli vis maior incubuit c). ‘Tandem exinanitis pharetris Alanorum, nec iis ſagittas, iam quibus ſunt exercitatiſſimi mittendis, quas in hoſtem iacularentur, habentibus, ſors fieri melior Amogabarorum coepit, quos faſſi victores, fuga paſſim effuſa verſi Alani ſunt, multam et opulentam rerum ac corporum relinquentes praedam d). qua hoſtes ſublegenda, congregandisque ac partiendis inter ſe captiuis, maxime mulieribus florentis aetatis, dies aliquot inſumſerunt.

§. 91.

67. PACHYM. T. II. pag. 421. Niceph. Greg. l. c.

z) ἐκεινοι δ᾽ ἐφ᾽ ἁμαξων σκευας τε ἰδιας, και τα ἐφοδεια φεροντες, ὁλῳ ῥυτηρι ὁμοσε τοις Ἀλανοις ἰεσαν.

a) περι πȣ τας εἰσβολας της των Βȣλγαρων ἐπικρατειας.

b) ϛησαντες.

c) ἀυτοι δε πολλȣς ἀποβαλοντες, και μαλλον τȣ Περσικȣ.

d) τελος τῃ μαχῃ ἐυημερησαντες, ἐξαναλωθεντων τοις Ἀλανοις των κȣφων βελων, κἀκεινων, ἐς φυγην τραπεντων, πολλην λειαν ἐξηνδραποδισαν.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

§. 76.

a. C. 1307. z)

86 [RONTZERIVS cum centum et quinquaginta Catelanis Adrianopolin, vbi tunc cum exercitu tendebat Michael Auguſtus, profectus eſt, ſpecie, quaſi veneraturus et viſurus principem; reuera autem, vt ſic praeſens exploraret, quales eſſent, et an tantum metuendae Michaelis Auguſti copiae. ‘Facile enim intelligebat] infenſum infeſtumque ſibi ac ſuis Catelanis iſtum eſſe exercitum; quippe — ad — vlciſcendi praeterita ſcelera impetum adiungebatur cura praeuertendi futuram rebellionem; cuius mox erupturae multa extabant indicia pene manifeſta. et hanc in partem eminebant Alanorum maxime ſtudia a). Perſicorum itidem veterum ſub ſignis Romanis ordinum, qui Turcopulorum nominabantur. —

§. 77.

At Alani, ‘qui tum erant in Michaelis comitatu b), ‘dudum infenſi Rontzerio c), eius vlciſcendi occaſionem obſeruabant; ‘haud lenem ad id inſtigatorem d) ſecum habentes Georgum illum, cuius filium apud Cyzicum ‘Catelani e) occiderant, prout ſuperius narrauimus f). Hunc igitur taciti, quocunque ſe conferret, ſequebantur. Contigit autem, ei poſcenti dari horam admiſſionis ad Auguſtam, quo erat ipſe ſolus introducendus, Italis, quos ducebat comites, ‘procul extra fores palatii g) iuſſis ſubſiſtere. ‘Hoc momentum ſuis conſiliis aptiſſimum Alani cupide captantes, deſtitutum praeſidio ſuorum Caeſarem [Rontzerium] h), ‘in ipſo cubiculi Auguſtae aditu i) a tergo plaga letali in renibus

86. PACHYMER. T. II. p. 364, 365.

z) Vide Obſeruatt. Pachymer. p. 827.

a) και γαρ ουδ' εκεινοι προς τας αυτων αταθαλιας ηρεμυν. αλλ' υπονουντες την απιςιαν, και μαλλον Αλανοι.

b) Addit h. interpres.

c) εθυμαινον κατ' αυτυ.

d) Addit h. interpres.

e) Hanc vocem interpres ſupplet.

f) Vid. ſupra §. 69.

g) εξω πυ.

h) Addit h. interpres.

i) απερχομενος και ηδη της πυλης ανοιγομενης τυ οικηματος, εν ῳ η Αυγυςα ην.

a. C. 1307. — *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

bus transfodiunt. Auctor vulneris ipſe Georgius fuit, poenas interfecti filii repetens k). —

§. 78.

'Sub haec danti ſe in conſpectum Auguſto Alanorum primores, auctores caedis, et adiutores Aſiani fidenter excuſabant factum, iure occiſum a ſe falſum iſtum Caeſarem aientes, cum in vltionem rapinarum et flagitiorum, quibus Romanos inſolentiſſime vexaſſet, tum in praecautionem rebellionis, quam perfidioſiſſime in Auguſtos machinaretur, prout euidentibus erat indiciis compertum l). 61

§. 79.

'Interim vero totis trepidabatur caſtris alio alium Michaelis militum paſſim adhortante ad erumpendum in Latinos morte ducis ipſorum ſuperatu faciliores futuros m). Inprimis Alani, conſcenſis raptim equis, cum alia manu in iſtam incurſionem feruntur. 'Auguſtus eos fruſtra reuocari iubet'. Itaque in manus aliquas ſtatiuaque ſparſim poſita Italorum inciderunt noſtri; et percuſſos eos nacti fama quadam necis Caeſaris facile fuderunt, 'reliquis Callipolin fuga euadentibus' n).

§. 80.

k) Nicephorus Greg. T. I. pag. 137. Rogerium a Romanis occiſum ait, nulla facta Alanorum mentione.

61 PACHYM. T. II. p. 366, 367.

l) ἐντεῦθεν οἱ Ἀλανοὶ καὶ Ἀνατολικοὶ τοῦ Καίσαρος φονεῖς φανέντι τῷ βασιλεῖ τὴν τόλμαν ἀπελογοῦντο, ὡς οὐκ ἄλλως οὐκ ὂν μὴ τῶν πολλῶν ἀλαστορα, αὐτῶν δὲ βασιλέων ὑποστάτην τὴν γνώμην, ἀνηλεῶς κατασφάττειν.

m) ἄλλοι δὲ καὶ μείζοσιν ὁρμαῖς ἀλλήλους παρακροτήσαντες.

n) De Alanis haec etiam habet Nicephorus Greg. T. I. pag. 138. *Cum externa veniſſent auxilia, primum Maſſagetarum, deinde Latinorum, ab iis longe maior, quam a manifeſtis hoſtibus, pernicies Romanis exorta eſt.* et p. 139. Catelani poſt Rontzerii Caeſaris caedem Callipolin fuga elapſi, ibi *complures dies immoti manſerunt, incertum euentum metuentes. — Eos quippe inceſſerat ac non mediocriter turbabat Maſſagetarum metus, quorum in Aſia ſecum militantium inimicitias paruis de cauſis ſuſceperant, occiſis etiam eorum quamplurimis.*

74 SVNITAE ſunt Alanis finitimi.

75 ALBANI vltra Caſpias portas habitant.

76 [INTER gentes Caucaſi montis accolas] maximae ſunt Albani et Iberes, hi ad Meſchicos montes et Pontum pertinentes, illi verſus ortum et mare Caſpium habitantes.

77 PATZINACITARVM quatuor nationes ſiue themata, Cuartzitzur, Syrucalpee, Borotalmat et Bulatzoſpon vltra Danaprin flumen ſitae ſunt, orientem ſeptentrionemque ſpectantes verſus Vziam, Chazariam, Alaniam. — Diſtat Patzinacia — ab Alania dierum ſex itinere.

78 SVPRA Caſachiam mons Caucaſus, ſupra montem Caucaſum Alania regio.

79 SVNT quaedam inſulae a Zicchis cultae —. ad Pteleas alia, in quam, Alanis inuadentibus, Zicchi confugiunt.

80 VRBIBVS ſuperioris Iberiae contermini ſunt Alani, Hunni et Embi. Verum Alani ad Caucaſum vsque ſe extendunt, qui prae reliquis habentur viri fortiſſimi, et bellicarum rerum peritiſſimi. Hi conficiunt loricas optimas. Sequuntur religionem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Lingua vtuntur peculiari. Arma habent, quae ex aere parant, et Alanica nominantur. —

§. 94.

74. Id. ibid. p. 43.

75. CHRONICON PASCH. p. 34.

76. ZONARAS T. I. pag. 477. Locum integrum vide ſupra *§. 1.*

77. CONSTANTINVS de Adm. Imp. p. 106. Cfr. *Tom. III. Patzinacica §. 17, 18.*

78. Id. ibid. p. 113.

79. Id. ibid. p. 114.

80. CHALCOCONDYLAS p. 248, 249. Locum integrum in *Ibericis §. 85, 86.* adfero.

§. 94.

[INTER thronos, qui patriarchatui Conſtantinopolitano ſub- 81
iacent, ordine, quo a Leone Sapiente fuere diſpoſiti, ſexageſimus ſecundus fuit Alania [a]).]

[EX diſpoſitione Andronici Palaeologi Senioris] Alaniae me- 82
tropolis poſt ſexageſimum ſecundum locum ad ſeptuageſimum quartum [b]) euenit.

§. 95.

'AD Poteſtatum Alaniae [c]) mittitur bulla aurea biſoldia cum 83
hac inſcriptione. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, vnius et ſolius veri Dei noſtri, Conſtantinus et Romanus fideles in eodem Deo imperatores Romanorum ad illum, 'Poteſtatum Alaniae [d]) et ſpiritualem noſtrum filium.

'AD Archontem [ſeu praefectum vel principem] Albaniae [e]), 84
ad Archontem Crebatadum [f]), vulgo ſic dictum Crebatam [g]); ad Archontem Cidoniae [h]); ad Archontes Zanariae [i]); ad Archontem Sarbani [k]) (iacet ea natio media inter Tzanariam et Alaniam); ad Archontes Aziae [l]) (vbi ſunt portae Caſpiae);

 ad

81. CODINVS de Officiis S. Magn. Eccleſ. p. 318. Notitt. Graec. Epiſcopatuum p. 381.

a) In Notitiis Graec. Epiſc. eſt ἡ Ἀλασια, in marg. vero emendatur, Ἀλανια.

82. CODIN. Notit. Gr. Epiſc. p. 402.

b) In marg. όγ, 63.

83. CONSTANTINVS de Cerim. Aul. Byz. T. II. p. 397.

c) ἐις τον ἐξεσιοκρατορα Ἀλανιας.

d) τον Ἐξεσιαςην Ἀλανιας.

84. Id. l. c.

e) ἐις τον ἀρχοντα Ἀλβανιας.

f) των Κρεβατάδων.

g) τον λεγομενον Κρεβαταν.

h) Κηδωνιας.

i) Τζανάριας.

k) τȣ Σαρβαν.

l) Ἀζιας.

m) ἐις τον ἀρχοντα Χρυσα [bis ponitur], ἐις τον ἀρχοντα Βρεζαν. omiſit haec interpres.

ad Archontem Mocan n) (eſt circa paludem Maeotidem o)); ad omnes hos inſcriptio litterarum eſt eadem, hoc ſtilo concepta: Mandatum a Philochriſtis Dominis ad illum, Archontem illius vel illius prouinciae.

§. 96.

85 INSCRIPTIO litterarum ad tres catholicos, Armeniae vnum, alterum Iberiae, denique Albaniae: Mandatum a Philochriſtis Dominis ad illum, piiſſimum Cathegetam ſeu conductorem illius prouinciae.

n) Μωκαν.

o) Ἰςεον ὅτι ἀπο Μωκαν ἐςιν ἡ Μαιωτις λιμνη.
85. Id. l. c.

IVTHVN-

IVTHVNGICA
ET
CARPICA
EX
SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

IVTHVNGICA
E
DEXIPPO.

§. 1. Imperator Aurelianus Iuthungos victos trans Iſtrum perſequitur; hi de pace legatos mittunt.

§. 2. Imperator exercitum armatum adeſſe iubet, et omnibus ad Iuthungos terrendos comparatis, legatos admittit.

§. 3. Oratio legatorum ad Aurelianum habita.

§. 4. Aureliani oratio, qua legatis reſpondet.

§. 5. Iuthungorum legati territi, re infecta diſcedunt.

§. 6. Iuthungi denuo in Italiam irrumpunt; imperator cum Vandalorum auxiliis contra eos proficiſcitur.

---

§. 1.

Imp. AVRELIANO.
a. C. 270. a)

Imp. AVRELIANO.

IMPERATOR Aurelianus omnibus viribus Iuthungos *Scythas* b) deuicit, et, in vlteriorem Iſtri ripam transgreſſus, cum multos 1

1. DEXIPPVS in Excerpt. de legationibus p. 7-12.

a) Hoc anno Aurelianus imperium ſuſcepit; et haec noſtra quidem non diu poſt id tempus accidiſſe videntur.

b) τȣς Ιȣθȣγγȣς Σκυθας: de quibus Cantoclarus in Notis p.

Imp. AVRELIANO. a. C. 270.

tos in fuga intermiſſet c), reliqui bellum foedere finire voluerunt d). Neque vero viſum eſt de pace cum eis diſceptationem inſtitui oportere. Pauci enim admodum reſtabant, et a recenti victoria valde perculſi et proſtrati, neque dum, quia hoſtes ex omni parte eos circumſtabant, a metu liberi. Maxime vt pecunias a Romanis acciperent, quae ſuperioribus annis illis pendi ſolebant e).

§. 2.

Sed Romanorum imperator Aurelianus at Iuthungorum legatos aduenisse intellexit, cum dixiſſet, ſe cum his poſtridie acturum de his, quorum cauſa legati venerant, huiusmodi hoſtibus terroris iniiciendi gratia, militum aciem condicta die tanquam ad pugnam inſtruxit. Vt illi recte ſe habere viſa eſt exercitus diſpoſitio, altum ſuggeſtum ſublimis, purpura indutus, aſcendit, et omnem exercitum, qui ipſum circumſtabat, in formam lunae diſpoſuit. Aderant et ex his, qui in exercitu imperia habuerant omnes ab equis f). In conſpectu imperatoris erant ſigna coadunati exercitus g), haec vero erant aquilae aureae, et imagines imperatorum, et eorum, qui militiae nomina dederant, catalogi et enumerationes, aureis litteris perſcriptae. Quae omnia, ordine collocata et illuſtri loco poſita, inter haſtas argenteas, conſpicua erant h). His ita praeparatis, Iuthungos iuſſit adeſſe. [Qui] vt haec viderunt, accidit, eos perterrefieri, et longo tempore ſilentium tenuerunt.

§. 3.

192. „Iuthungos Ammianus lib. 17. partem Alemaniae eſſe dicit conterminam Italiae tractibus. Vide Pollionem in Aureliano „.

c) και κατα την τε Ιςρε περαιωσας [f. περαιωσιν] ἐς την ἀποφυγην, πολλες τετων ἀ.ελθων [in marg. ἀνελων].

d) και πρεσβειαν ἐςειλαντο omiſit interpres.

e) την δε αἰτησιν της ἐιρηνης ἐδοκει [in marg. ἐδοκειν] μη συν τῳ ἀγαν περιδεει και καταπεπληγοτι ἐκ της ἡττης ποιεισθαι. ὡς ἀν ὑπαρχοι σφισι και των προσθεν φοιτωντων χρηματων παρα Ρωμαιων ἡ ἀποδοχη, μη ἐς το ἀδεες παντη των ἐναντιων καθισαμενων.

f) ἐφ᾽ ἱππων

g) της ἐπιλεκτε ςρατιας.

h) ἁ δη συμπαντα ἀνατεταμμενα προυφαινετο ἐπι ξυςων ἠργυρωμενων.

a. C. 270.

Imp. AVRELIANO.

§. 3.

Poſtquam ab imperatore illis dicendi facultas data eſt, ita *per interpretem* locuti ſunt:

„Neque quia aduerſa fortuna, quae nobis hoc tempore contigit, vltra modum animos noſtros abiecit, et perculit, aut quia deſtituti copiis et viribus ſumus, aut rei militaris imperiti, quae res imbecillitati et perditis rebus conueniunt, neque quia ſolis nobis ea res ſit vtilitati, et fructui futura, ad pacem feſtinamus. Etenim multae nobis ſuppetunt adhuc ad bellum gerendum facultates, ſiue multitudine militum, ſiue viribus opus eſt. Nam et minima noſtri parte vrbes ad Iſtrum ſitas inuadentes parum abfuit, quin omnem Italiam ceperimus. Trecenta equitum millia in pugnam educimus [i]), quae non ex conuenis et imbecillibus, ſed ex Iuthungis pure conſtant, quos equeſtri proelio praeſtare pure frequens fama eſt. Neque aliorum inter hos commixtionibus, ſed ſcuto duplo maiore caeteris equeſtribus copiis, aduerſum quicquid eſt in veſtro exercitu roboris, quod nobiſcum decertat, nos tuemur et tegimus [k]). Itaque huiusmodi apparatu ad dimicandum inſtructi, minime, ſi manus ſunt conſerendae, detrectare, aut contradicere ſtatuimus. Neque etiam quia victi ſumus, ſed propter euentuum incertitudinem, pacem bello praeponimus. Coniecturam quoque ducimus ex eo, quod, cum nobis rei ex ſententia contra nos [l]) gerendae ſeſe occaſio obtuliſſet, nihilominus de pace conueniſtis, quaſi exſtet aliqua inter vtramque gentem antiqua et inueterata ad quietem mutuo colendam fides. Quamobrem oportet inconſiderate ſuſceptum hoc tempore diſſidium deponere, et ad antiquam concordiam, quae eſt vtrisque vtilior, redire. Equidem ante bellum exortum non admodum crebras incurſiones facientes, praedas egimus [m]), neceſſarias res

i) ἱππικῷ μὲν στρατεύσαντες εἰς μυριάδας λ΄. Cantoclarus in Notis ad h. l. p. 492. „repone λ΄, ſic enim p. 110.„ οὐδὲ ἐν τούτοις ταῖς ἑτέρων ἐπιμιξίαις ἐπισωματίζοντες τοῦ σφετέρου στρατοῦ τὸ ἀνταγωνιστόν.

k) ἀσπίδα δὲ ἄγομεν διπλασίαν δυνάμεως τῆς [illegible].

l) πρὸς Ἰουθούγγους.

m) ἔν τε τῷ πολέμῳ οὐκ ἐπὶ πλεῖστον ληιζόμενοι.

Imp. a. C. 270.

AVRELIANO.

res comparare, qua occaſio tulit, ſtudentes, caeteroqui ad pugnam initam vsque in otio et quiete tempus contriuimus. ʻNiſi quando *n*) hoſtes veſtri in vos irruerunt, contra ipſos vna cum veſtro exercitu in acie ſtetimus. Quod et adhuc nunc facere parati ſumus, ʻvt veſtrum periculum leuemus noſtro, et, tutius vobis ſit *o*), etiamſi maximae copiae contra vos conuenerint. Nulla etenim alia manus par nobis in conſerenda pugna cenſebitur. Quod ſi quis, proſpero rerum in bello ſucceſſu elatus contemnit, et alienus eſt a pace: ſciat, ſe haud ſatis firma et ſtabili re inniti et fidere. Ea praecipites fert in omnes partes eos, qui a rebus, quae ſecundae apparent, vincuntur. Hi quo tempore illis fortuna adeſt, in florentes ſuas res toti incumbunt, et ſolae ſpes meliorum ſucceſſuum ſuſpenſos eorum animos tenent. In ea animi immoderata elatione ad mutationem rerum non aduertunt, et ſuppetias opportune ſibi oblatas reſpuunt. Ex quo fere ita comparatum eſt, vt propriarum virium fiducia praecipue maiores copiae fretae, minima prouidentia in rebus ſuis vtentes, ad pugnandum accedant, et hoſtes contemtui habeant, a quibus minime ſibi cauentes ſuperantur. ʻQuae vero, conſilio tuto et virium praeſtantia cum firmitudine vtuntur, niſi quid praeter ſpem et inopinum accidat *q*), magna cum difficultate ab hoſtibus expugnari poſſunt. ʻHuius rei fiducia quamuis acie bipartita ad fluuium fortuna potius, quam veſtra virtute, nobis cladem intuleritis *r*), haud ſpe deſtituti ſumus, diligentiori poſthac noſtris rebus cautione adhibita, fore, vt nos ſuſtinere minime valeatis. Itaque potius eſt, vt vos commoda, quae ex pace proueniunt, precipiatis, et belli, quod vobis nobiſcum eſt, aerumnas et moleſtias

n) ὡς.

o) καὶ τό τε ὑμέτερον πρὸς πάντα κίνδυνον ἐκ τούτου ἀδεέστερον ἕξει.

p) τῶν ἀμεινόνων ἐξηρτῆσθαι μόνων ἐλπίδων.

q) αἱ δὲ [στρατιαὶ] τῷ αἰφνιδίῳ καὶ παρ᾽ ἐλπίδας χωρήσαντι λογισμῷ τε ἀσφαλεῖ, καὶ περιουσίᾳ δυνάμεως βεβαίως χρησάμενοι.

r) σὺν δὴ τοιαύτῃ ἐλπίδι καὶ ὑμεῖς [f. ἡμεῖς] δίχα τὴν δύναμιν διελόντες τὸ πρῶτον, καὶ ἐν ποταμῷ τὰ πολλὰ τύχῃ μᾶλλον ἢ ἀρετῇ ὑμετέρᾳ σφήλαντες.

a. C. 270. *Imp.* AVRELIANO.

ſtias deponatis, quo, noſtris auxiliis confirmati, ſuperiores veſtris hoſtibus, ſi qui vos adoriantur, euadatis.

Quod ſi ita fieri iudicaueritis, quod auri facti vel infecti, vel etiam argenti a vobis antea nobis redibat, ad amicitiae confirmationem praeſtare aequum eſt. Si id denegaueritis vos qua hoſtes vlciſcemur, et, quantum in nobis erit, bello perſequemur„.

§. 4.

Ad haec Romanorum imperator haec dixit: „Siquidem aperte et dilucide veſtram ſententiam exponentes, ea, de quibus legati eſtis, nos docuiſſetis, nobis, qui veſtrum ſermonem excepimus, ad eum minime dubia aut difficilis praebita eſſet reſponſio.: ſed quoniam ea, quae dicta ſunt, decorum quid et honeſtum continent, et prae ſe ferunt, re ipſa vero ſecus ſe habent, quorſum pacis mentionem facientes rurſus adhuc bellum minamini et intenditi? quorum vtrumque in vtroque confundere et inuoluere videmini. Ex quo fit, vt dubitationem nobis attuleritis s), cui primum debeamus reſpondere, ne in aliquo offendamus. Neque etiam ex praeſenti rerum ſtatu conſilium capere poſſumus t). Oportet enim oratione ambigua et duplici ſenſu circumuentos in vtramque partem occurrere. Si enim pure et ſincere pacem denunciaueritis, quid attinuit pecuniarum exactionis meminiſſe? etiamſi victoribus non ſatis conſtaret, an denegarent, aut concederent, quod ab illis petitur v). Quod ſi ſolius vtilitatis rationem ducitis, nullumque aliud ex bello vberius lucrum, quam pacificationem, cenſetis, et victi tanquam tributa a nobis petitum veni-

s) ἀμφίβολον και ὑμιν [f. ἡμιν] καθισαται.

t) λελειπται δε τι και ἐκ των παροντων βȣλευσασθαι.

v) και τοι κἀν τȣτῳ, ὀυ συν τῳ προχειρῳ ἡ βȣλη τοις νενικηκοσιν προς την ἀρνησιν ἡ την κατνευσιν. Camoclarus ad h. l. κατ᾽ ἰνεσαν, mallem κατανευσιν, *aſſenſionem.* et ita ad verbum verte: *etiamſi, quantum ad hoc victoribus conſilium non eſſet in promtu, potius ad denegationem, quam ad aſſenſionem, aut conceſſionem.* — Caeterum ſi ἰνεσιν legas, ita verte: *etiamſi, quantum ad hoc victorum voluntas non eſſet magis promta ad denegationem, quam ad profuſionem et ſuarum rerum exinanitionem.*

Imp. AVRELIANO.

a. C. 270.

venitis, nihil magis nos amplecti et perſequi, quam voluptatem ex otio, quod pax tribuit, exiſtimantes, vos eadem et ſimilis inuaſionis fortuna, quae antea, manet. Ne quidem vllum gratiarum actionis ſermonem in medium proferentes mercedem veniae, a bello ceſſationem poſtulatis, et venalem, non ſpontaneam, adhortationem ad amicitiam, quam nunc proponitis, efficitis. Non enim nos tanquam bellorum rudes et imperitos magnitudine tantarum, quas vos iactatis, virium perterrefacietis. Neque vero ſpoliis Italicarum opum onuſti impune domum reuertetis: veſtrae pedeſtres copiae nobis ſunt notae, ne quidem et equeſtres ignotae, quibus, quantum in nobis erit, quacunque via aduerſabimur et reſiſtemus. Audemus cum ſecuritate, recedimus cum prouidentia, et in omnibus rebus prudentia duce vtentes, vt ſint aliqui potentiores viribus, quam nos, vſu tamen et rei militaris peritia praeſtamus x). Vos cum ardore et promtitudine audetis, deinde rerum adeptione fruſtrati, quia, qua progredi oportebat, non ante prouidiſtis, damnum experientia ipſa ex veſtra temeritate reportantes, poenitentia ducimini. Qui enim haud cum feruore ad res gerendas feruntur, hos in optima quoque re vires minime deficere neceſſe eſt y). Conatus et aggreſſiones veſtrae ſunt ſubitae, et repentinae, et breui poſt poenitentia. In vniuerſum, nihil eſt in veſtris rebus, quod ſit admiratione dignum, a qua ſunt omnino remotae. Quoniam autem vos aduerſarios nacti ſumus, cum ſitis longe diſſimilibus moribus, fieri aliter non poteſt, quin noſtra rerum gerendarum ratio a veſtra valde differat et abhorreat z). Vos temeritate, nos conſilio congredimur, ex quo fit, nos, aequatos pluribus, prudentia magis, quam viribus fidentes a), victoriam reportare. Plures autem, temere et imprudenter proelium ineuntes, malo affici, re ipſa potius, quam verborum elegantiore ornatu, didiciſtis. Manifeſtiſſimis indiciis et teſti-

x) οις ἡ ἰσχυς βεβαιοτατη, και ἐμπειριαν πολεμικων ἐργων διαφεροντως ἐχοντες.

y) τοις γαρ ζεσει ἐς τας πραξεις μη συμφερομενοις, ἀναγκη τε βελτιϛȣ ἀμαρτανειν.

z) και ἐς τας γνωμας προεστ-τεμενων διεϛαναι. ουκ ἀποπεποιηκως [marg. f. ἀπεοικος].

a) συνεσει προς δυναμεως πιϛευοντας.

teſtimoriis in Scythiarum mala intuentes, nota teſtataque dicemus. Illi exercitu trecentorum millium hominum, ab vtraque parte ripae expoſitarum, pugnantes, omnibus viribus ſunt a nobis deleti, et ſuperati. Cuius noſtrae victoriae clara victoribus relicta ſunt monumenta, ex quibus immortalem nobis gloriam et nunc et ſequenti tempore peperimus. • Cum enim praepropero impetu ad ripas furore praecipites in certamina ruiſſent, eorum temerariam et inconſultam ad aggrediendum irruptionem b) celerior breui poſt poenitentia eſt conſecuta. Et vero pro his, quae in nos admiſiſtis et commeruiſtis, eas, quas luiſtis, poenas minime ſufficere iudicauimus, • niſi quoque in propriis finibus de vobis vltione ſumta, quia nos priores iniuria affeceratis, abnauigaſſemus c). Bellum enim, dum adhuc foedus erat, vltro et non indictum aduerſum nos excitaſtis. Et cum, quod nobis obiiceretis, non haberetis, quia vobis nullam iniuriam feceramus, in ſpes et cupiditates quasdam erecti, vna quoque vulgus veſtrum, in quo non eſt neque ratio neque modus, ſpiritus ſumſiſtis et, exercitu comparato, nos aggredimini.

• Bellum igitur facere cogimur, non citra ſpem, Deum nobis auxilio futurum. Sanctitatem enim foederum minime deriſui et

b) συμπαραθυσαντας. [marg. al. συμπαραθυσαντας | τε γαλμιονων συμφορας άγειν σφας τε προχειρε τῳ άναρρiφθεντι της έπιχειρησεως ταχυτεραν. Cantoclarus ad h. l. „ γαλμιονων Graecum non eſt, emendo παρ' ... μιονων. Valeſius in Notis p. 203. „Lego νυν τε και έπειτα τῳ χρονῳ συμπαραθεισαν. τας τε Γαλβιονων συμφορας. etc. ſed aliquid deeſt poſt haec verba. Qui ſint autem *Gabiones*, quos Aurelianus cum Scythis a ſe victos eſſe gloriatur, obſcurum eſt. *Chabiones* quidem ſeu *Chaibones* in vetere panegyrico memorantur: ſed an iidem ſint cum his Dexippi Gabbionibus alii viderint„.

c) ἐι μη και τον Ιστρον ὑπερβαντες [haec tria verba omiſit interpres] ἐν ὁροις τοις ὑμετεροις την ὀργην ὡς προαδικησαντας ὑμας ἀποπλευσαιμεν [l. ἀποπλησαιμεν].

d) ὁθεν ὀυκ ἐξω προσδοκιας ἀγομεν.

Imp. AVRELIANO.

a. C. 270.

et ludibrio habemus. Iuthungi contra iniqua ratione nos adoriuntur, et iuſiurandum et caetera, quantumuis firma, fidei vincula pro nihilo ducunt. Equidem ex rebus ad voluntatem noſtram fluentibus quid conſecuturum ſit, coniicientes, euentus rerum non abſque veriſimilitudine, ex his quae ante dicta ſunt, laetos coniicimus et animo praeſagimus. 'Etenim ex ſecundis rebus ſpes, haec vero fiduciam adfert, timor e contra e). prudentia duce in rebus adminiſtrandis vtentes, quae accidere poſſunt, non niſi re bene perpenſa, opinione praecipimus. Neque tamen ideo in rebus aduerſis, tanquam viri athletae, grauibus quibusque periculis exercitati, belli difficultatibus terremur. Hoc enim ſperando lucrifacimus, quod non animum deſpondemus, neque oneri ſuccumbimus. 'At vero vulgus veſtrum, neque corporis neque animi viribus valens ſimulatque cis Rodanum in fines noſtros peruenit f), continua alimentorum penuria et laſſitudine oppreſſum, vires ipſum et animus deficiunt. Continue angitur, modo his, modo aliis miſeriis conficitur. Fractum et debilitatum, quia ſine intermiſſione laborat, minus audet, et timidius eſt. Itaque diuturnioris tum ſtudii, tum operae neſcium, ſeſe nobis ſine proelio praebebit, paratum ſubire, quicquid de eo ſtatuere voluerimus: ex quo omnes veſtrae res in apertum diſcrimen adducuntur.

Tota autem veſtra pacis petitionis oratio, quam veſtro timori obtenditis, in honeſtate et decoro, ſi qua tamen honeſtum et decorum admittitis, eſt poſita. Sed eum, ſitis vndique reditu in veſtras domos intercluſi et quaſi intra portas redacti, voluntatem noſtram erga vos quacunque ſiue bona, ſiue mala ſumus affecti, tolerare et aequi bonique conſulere oportet„.

§. 5.

e) ἡ μεν γαρ ἐπ' ἐυπραγια ἐλπις θαρσος φερει, φοβου [f. φοβον] δε ἐπι του ἐναντιου.

f) το γαρ πληθος ὑμων σωμασι τε ἡκιςα ἰχυει και φρονημασιν. ἐπειληπται γαρ Ροδανου μει ἐισω και των ἡμετερων ὁριων. Valeſius in Notis ad h. l. p. 203. „Mendum eſt in v. Ῥοδανου, pro qua fortaſſe ἠριδανου legendum eſt. Iuthungi enim Italiam inuaſerant, qui tum vndique circumcluſi ab Aureliano tenebantur, fame oppreſſi„.

a. C. 270.

Imp. AVRELIANO.

§. 5.

His ab imperatore dictis, Iuthungi valde ſunt conſternati, cumque minime negotium, vt ſperauerant, confeciſſent, ſed omnino foederis repulſam tuliſſent, ad ſua redierunt.

§. 6.

[AVRELIANVS cum pacem cum Vandalis feciſſet g)], vna cum Vandalis, quotquot illi auxiliares aderant, et nobilibus, qui illi obſides dati erant, magna celeritate in Italiam contendit, in quam Iuthungi denuo irruperant. 2

2. DEXIPPVS p. 12.

g) Locum integrum vide Tom. I. in *Vandalicis* §. 1-4.

CARPICA
E
PETRO PATRICIO, CHRONICO PASCHALI ET MALCHO.

§. 1. Carpi a Romanis aeque ac Gothi ſtipendia poſtulant, T. Menophilus, Moeſiae praefectus, eos deſpectui habet.

§. 2. Carpi ſubmiſſius eadem rogant, Menophilus eos deridens, intra quatuor menſes redire iubet.

§. 3. Carpos iterum et tertio re infecta dimiſſos imperatorem adire iubet Menophilus; indignati abeunt.

§. 4. Carpi ſe Romanis dedunt.

§. 5. Vrbs Carpia a Theoderico Balameri filio diruta.

§. 1.

Imp. ALEXANDRO Sen.

Imp. ALEXANDRO *Seuero* a).
a. C. 222-234. b)

1 'CARPORVM gens inuidia flagrabat, quod Gotthi ſtipendia a Romanis accipiebant c). Itaque legationem miſerunt ad Tullium Menophilum, et arroganter pecunias ab illo petierunt. Erat ille dux Myſiae, et ſingulis diebus exercitum ad bellum exercebat: ' et cum Carpos inſolentes et ſuperbos eſſe accepiſſet

1. PETRVS PATRICIVS in Excerptis de Legationibus p. 24, 25.

a) Sub hoc imperatore quae hic de Carpis narrantur contigiſſe docet Tillemontius ad Vitam Alex. p. 347, 348.

b) Anni imperii Alexandri.

c) ὅτι Καρποι το ἔθνος φθονουντες τοις καθεκαστον ἐνιαυτον τελουμενοις τοις Γοτθοις.

ſet d), per plures dies eos non admiſit; ſed tamen poteſtatem eis fecit, cum exercitus exercebantur, vt milites conſpicerent. Et cum ſatis prorogatione temporis diem de die ducens, ſuperbos illorum ſpiritus fregiſſet, et retudiſſet, ſedens in alto ſuggeſtu, primarios totius exercitus viros circa ſe adhibuit, et Carpos e) excepit; nullaque illorum habita ratione in medio militum, dum legationem ſuam exponerent, tanquam aliud agens et longe illi eſſent grauiora negotia, 'ſermonem cum aliis habebat f).

§. 2.

At illi, 'deſpectui habiti g), nihil aliud dixerunt, niſi „Quia Gotthi, inquiunt, a vobis ſtipendium accipiunt, cur nos quoque non accipimus„? Quibus Menophilus: „Cum imperator noſter multarum pecuniarum ſit dominus, liberalitatem ſuam exercet erga eos, qui, vt in ſe beneficus ſit, ſuppliciter petunt„. „Nos quoque, inquierunt, ſupplicantium numero habeat, et nobis eadem largiatur. 'Sumus enim Gotthis praeſtantiores h)„. Ridens Menophilus, „Meae, ait, ſunt iſtae partes, de his ad imperatorem referre. Redite igitur, intra quatuor menſes, in hunc eumdem locum, et reſponſum accipietis„. Et ſimul illinc abiit, et milites exercuit.

§. 3.

Poſt quatuor menſes Carpi redierunt. In quibus admittendis cum eadem forma, qua prius, vſus fuiſſet, et rationem negotium in alios tres menſes reiiciendi reperiſſet, cum tandem iterum eos, vt prius, coram alio exercitu excepiſſet, illis hoc reſponſum dedit: „Nihil prorſus imperator vobis 'ex conuentione i) dabit. Sed ſi gratificatione indigetis, accedite ad eum, et ad eius pedes procumbite et ſupplicate, et veriſimile eſt, eum veſtras

 preces

d) και προμαθων την ὑπερηφανειαν ἀυτων.

e) ἀυτȣς.

f) συνεχως ἑτερȣς [f. ἑτεροις] διελεγετο.

g) περιδεεις γινομενοι.

h) ἡμεις γαρ κρειττονες ἐκεινων ἐσμεν.

i) ἐξ ὑποχεσεως.

Imp. ALEXANDRO *Seu.*

a. C. 222-224.

preces admiſſurum„. At illi indignati receſſerunt, et per tres annos, quibus Menophilus in prouincia cum imperio fuit, quieuerunt.

§. 4.

Imp. DIOCLETIANO.

Imp. DIOCLETIANO.

a. C. 295.

2 FVSCO et Anolino conſulibus Carporum gens vniuerſa in Romania ſe tradidit.

§. 5.

Imp. ZENONE.

Imp. ZENONE.

a. C. 478.

3 [THEVDERICHVS, Balameri filius, Gothorum dux,] ad Lychnedum accedens, eſt repulſus. — Hinc mouens, *Carpiam* k), quam iamdudum incolae deſertam reliquerant, diruit.

2. CHRONICON PASCH. in ſelectis ad illuſtrat. Chron. Paſch. p. 446.

3. MALCHVS in Excerptis de Legat. p. 81. Locum integrum vide *Tom. I.* in *Gothicis* §. 93.

k) τηντε Καρπιαν. Cantoclarus in Notis ad Malchum p. 197. „Doctiſſimus Caſaubonus legit pro Καμπια, Καρπια. Et vero huic lectioni accedo. Vrbs enim ea in barbari poteſtate erat„. p. 82. in Gr. ſcribitur ἐν Καμπια. Vide *Gothica* §. 95. et ibi not. k.

VARNI-

VARNICA
BRITTICA
ET
CHAMAVICA
EX
SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

VARNICA ET BRITTICA
E
SYNCELLO, CEDRENO, PROCOPIO ET AGATHIA.

§. 1.

1 [VNVS e filiis Arphaxad fuit] *'Var*, a quo Varnaei [a].

§. 2.

Imp. ANASTASIO I.

Imp. ANASTASIO I.

a. C. 494.

2 CVM Eruli, acie victi a Langobardis, migraſſent e patria, 'pars fines Sclauenorum, indeque' vaſtam ſolitudinem permenſi, ad Varnos [b] veniunt: poſtea tranſcurrunt Danos; nuſquam in ipſos vim ſuſcipientibus illis barbaris. Exin ad Oceanum progreſſi, nauigant; in Thulen inſulam appellunt, ibique manent.

§. 3.

1. GEORGIVS SYNCELLVS p. 47. Cedrenus T. I. p. 12.

a) Οὐηρ [in marg. apud Syncell. Οὐφειρ], ἀφ' οὗ Οὐαρναιοι.

2. PROCOPIVS de B. Goth. pag. 422. Cfr. *Tom. I. Herulica* §. 12.

b) ἐς τους Οὐαρνους καλουμενους.

§. 3.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 549.

VACES [Longobardorum rex] id prouide curans, vt filio ſuo [Valdalo] principatum relinqueret. Riſiulphum [ſuum ex fratre nepotem], falſi criminis reum actum, exſilio mulctauit. Statim ille ex patria ad Varnos cum paucis profugit, relictis ibi duobus filiis. Hos barbaros pecunia Vaces ad Riſiulphi caedem perpellit. 3

Imp. IVSTINIANO I.

§. 4.

a. C. 551.

a. 16. B. Goth. c)

PER idem tempus [quo Vturgurorum rex Sandil de Cuturguris a Iuſtiniano receptis queſtum legatos miſit d)] milites, qui Brittiam e) inſulam colunt, dimicarunt cum Varnis, ex ea cauſa, quam hic ſubiiciam, exorto bello. 4

§. 5.

*Trans fluuium Iſtrum habitant Varni f), pertinentque ad oceanum vsque borealem et Rhenum amnem, qui ipſos ac Francos aliasque vicinas gentes diſterminat. Quicunque olim vtramque Rheni ripam accolebant, propriis ſinguli gaudebant nominibus. Earum nationum vna nominatur Germanorum vocabulo, omnibus quondam communi.

§. 6.

Brittia autem inſula in hoc oceano ſita eſt, haud amplius ducentis ſtadiis procul a littore, contra ipſa Rheni oſtia, 'inter Brittaniam ac Thulen inſulam g). Etenim Brittannis ad ſolem occi-

3. Id. ibid. p. 549. Cfr. *Tom. I. Longobardica* §. 8.

4. PROCOPIVS de B. Goth. pag. 620-625.

c) Exiit a. 15. Belli Goth. Procop. p. 559. exiit a. 16. p. 625.

d) Cfr. *Tom. I. Hunnica* §. 131.

e) Βριττια.

f) Ουαρνοι μεν ὑπερ Ιςρον ποταμον ἱδρυνται.

g) Βριττανιας δε και Θυλης της νησȣ μεταξυ ἐςιν

Imp. IVSTINIANO I. a. C. 551.

occidentem poſita, qua extremam Hiſpaniam ſpectat, a continente ſtadia circiter quatuor millia diſtat. Brittia vltimis obiacet Galliae partibus b), quae ad Oceanum vergitat, e latere ſcilicet aquilonari Hiſpaniae Brittanniaeque.

Thule, quantum mortales compertum habent, ad extremum oceanum ſeptentrionalem ſummota eſt. Sed de Brittannia ac Thule in ſuperioribus libris diſſerui i).

§. 7.

Porro Brittiam inſulam nationes tres numeroſiſſimae, ſuo quaeque ſub rege, habitant. *Angli*, *Friſones* cognominesque inſulae Brittones k). Tanta eſt hominum multitudo, vt inde ſingulis annis non pauci cum vxoribus liberisque migrent ad Francos, qui in ſuae ditionis ſolo, quod deſertius videtur, ſedes illis adſcribunt: ex quo fieri dicitur, vt ſibi quoddam ius in inſulam arrogent. Certe Francorum rex non ita pridem, cum nonnullos ex intimis Byzantium legatos ad Iuſtinianum Auguſtum mitteret, Anglos illis adiunxerat, ambitioſe oſtendens, ſe huic etiam inſulae dominari. Hactenus de inſula Brittia.

§. 8.

Haud multo ante Varnis imperauerat HERMEGISCLVS. Is regnum firmare ſatagens, Theodeberti, Francorum regis, ſororem matrimonio ſibi iunxerat, recens mortua priori coniuge, vnici parente filii, cui nomen *Radiger*. Hunc pater ſibi relictum deſpondit puellae virgini, natione Brittiae, cuius frater tunc temporis rex Anglorum erat, et ſponſaliorum nomine grandem ei pecuniam dedit. Aliquando cum Varnorum primoribus in agro equitans, volucrem quandam arbori inſidentem et importunius crocitantem vidit. Tum, ſiue cantum alitis intelligeret, ſiue aliis cuiuspiam rei apprime conſcius, auis omen ſibi cognitum mentiretur;

b) Βριττια δε ἐς της Γαλλιας τα ὀπισθεν.

i) Vide *Tom. I. Herulica* §. 13-16.

k) Αγγιλοι τε και Φρισσονες και ὁι τῃ νησῳ ὁμωνυμοι Βριττωνες.

l) Ερμεγισκλος.

m) Ραδιγερ.

a. C. 551. *Imp.* IVSTINIANO I.

retur; illico dixit adſtantibus, ſe quadrageſimo poſt die fato ceſſurum: id enim ſibi auis augurio ſignificari: dein haec ſubdit.

„ Equidem prouidentiam eo contuli, vt in otio tutiſſimo viueretis: ideoque cum Francis affinitatem contraxi, petita mihi ductaque inde vxore, et filio meo ſponſam Brittiam dedi. Iam vero, quando me breui moriturum intelligo, nec virilem aut femineam prolem vllam ſuſcepi ex iſta coniuge, necdum etiam nuptiis alligatus eſt filius meus; agite, quod impertio vobis, conſilium audite, ac, ſi vtile iudicabitis, vos, ſimulac de vita deceſſero, feliciter id confirmate atque perficite. Cenſeo igitur, Varnorum rationibus magis conducere Francorum, quam inſulanorum, affinitatem. Commercium enim vobiſcum Brittii inire nequeunt, niſi ſero ac difficulter; at Varnos inter et Francos nihil niſi fluuius hic Rhenus intereſt. Quare cum in proximo ſint, ac plurimum polleant, illis promtum eſt, bene nobis ac male facere, quando volent. Omnino autem infeſti erunt, niſi ipſos teneat coniunctio neceſſitudinis. Nam ita comparata eſt hominum natura, vt grauiter ferant finitimorum potentiam maiorem ſua, eaque ſit ad iniuriam inferendam paratiſſima: quippe vicinus opibus valens, belli cauſas facile praebere poteſt confinibus innocentibus. Quae cum ita ſint, inſulanae filii mei ſponſae remittite nuncium, et quicquid pecuniae a nobis ſponſaliorum nomine illa accepit, ſeruare ſinite, idque habere ſibi ignominiae pretium, prout communis lex hominum iubet. Radiger autem filius nouercam ſuam, quemadmodum nobis lex patria permittit, vxorem ducat„. Haec locutus, quadrageſimo poſt praedictionem die morbo obiit.

§. 9.

Hermegiſcli filius, regno Varnorum ſuſcepto, de ſententia procerum gentis illius barbarae, conſilium demortui exſequitur, ac ſtatim repudiata ſponſa, cum nouerca connubium init.

Quae cum accepiſſet ſponſa Radigeris, non ferens rei indignitatem, ad dedecoris vlciſcendi cupiditatem exarſit. Tanti enim pudicitiam faciunt illi barbari, vt eam proſtituiſſe videatur femina, cui ſolum nomen pacti coniugii, non res ipſa, contigerit. Ac primo per quosdam ex familiaribus ſuis, quos ad ipſum legauit,

Imp. a. C. 551.

IVSTINIA-NO I. -gauit, cauſam quaeſiit, cur foede abdicaretur, quae nec paſſa ſtuprum eſſet, nec ſponſum vlla re violaſſet.

§. 10.

Qua via cum nihil proficeret, virilem induens animum, bellum parat. Mox igitur coactis nauibus quadringentis et in eas impoſitis bellatorum minimum decem millibus n), exercitum hunc duxit ipſa in Varnos, aſſumto ad res ſecum adminiſtrandas fratrum ſuorum vno, non rege illo, ſed priuato. Sunt autem inſulani o) iſti barbarorum omnium, quos nouimus, fortiſſimi. Pedibus proeliantur, non ſolum equitandi rudes, ſed ignari etiam, quid rei tandem ſit equus, cuius ne imaginem quidem in ea inſula viderunt. Hoc enim animal in Brittia nunquam conſpicitur; ac ſi quando legationis vel cuiusquam alterius rei gratia cum Romanis aut Francis, alioue quopiam habente equos verſentur, et neceſſe tum habeant equitare, in equos inſilire neſciunt, ſed in eos ab aliis ſuſtolluntur, et cum degredi volunt, iterum ſublati reponuntur humi. Itidem Varni non equites ſunt, ſed pedites omnes. At tales quidem ſunt iſti barbari. Remiges erant cuncti in ea claſſe, nulla ſeruitia nautica. Neque hi velis inſulani, ſed remis tantum quouis tempore nauigant.

§. 11.

Poſteaquam appulere in continentem, dux virgo ad ipſa Rheni oſtia ducto et communito vallo, ibi ſeſe cum paucis tenuit, eamque dedit fratri prouinciam, vt caeteras omnes copias in hoſtem educeret.

Tum caſtra Varni metati erant non procul oceani littore, atque oſtiis Rheni. quo cum Angli celeriter perueniſſent, conferto proelio, Varni magna vi profligantur, multisque pugnando amiſſis, reliqui omnes cum rege fugiunt. Angli non longius, vt ferebat conditio peditum, eos inſecuti, in caſtra ſe receperunt. Virgo ad ſe reduces aſpere accipit, conuiciisque acerbiſſimis fratrem

n) ϛρατευματος τε ἀυταις ἐνθεμενη ὀυχ ἧσσον ἢ μυριαδων δεκα μαχιμων ἀνδρων.

o) ὁι νησιωσαι leg. νησιωται

a. C. 551. *Imp.* IVSTINIANO I.

trem proſcindit, affirmans, ab exercitu nihil actum, quod eſſet operae pretium, cum ſibi non adduxiſſent viuum Radigerem.

§. 12.

Bellicoſiſſimorum delectu habito, confeſtim eos mittit, iubetque nihil non mouere, vt hominem captum adducant. Illi dicto audientes, regionem ſedulo luſtrare omnem, donec in denſo nemore latentem Radigerem deprehenderunt, vinctumque obtulerunt puellae: ante cuius oculos ſtetit ille tremens, exſpectatione imminentis mortis miſerrimae. At ipſa praeter ſpem nec ſupplicio capitali in eum animaduertit, nec durius quidquam ſtatuit; ſed factam ſibi iniuriam exprobrare ſatis habens, illum interrogat, quid cauſae fuerit, cur, ſolutis ſponſalibus, feminam alteram toro ſociauerit, idque cum ſponſa vacaret probro. Ille factum excuſans, patris mandatum procerumque inſtantiam cauſatur; enixe ſupplicat, ac defenſioni obſecrationes plurimas inſerit, culpam adſcribens neceſſitati: maritum eius, ſi modo velit, fore ſe, pollicetur, et priora delicta conſequentibus officiis emendaturum. Aſſenſa his puella, exuitur vinculis Radiger, humaniſſimeque habetur. Mox remiſſa Theodeberti ſorore, Brittiam ſibi copulat matrimonio. Hunc res exitum habuit.

§. 13.

In ea inſula Brittia murum longum veteres aedificarunt, qui partem eius magnam ab altera diuidit; eo quod ſoli caelique p) affectiones caeteraque omnia vtrobique diuerſa ſint. Etenim plaga, quae a muro ad ſolem orientem porrigitur, caeli ſalubritate iuſtis anni vicibus inducta gaudet: aeſtate temperate calida eſt, hieme frigida: abundat incolis, qui vitam itidem vt caeteri mortales agunt. Arbores fructibus in tempore naſcentibus praeclare nitent, et laetae ſegetes aeque vt alibi veniunt: aquarum etiam vbertate ea regio gloriatur.

Ad occidentem vero contrarium plane accidit, ita vt homini ne ſemihoram quidem ibi viuere liceat. Tractum illum viperae ſerpentesque innumerabiles ac ferae venenatae cuiusque

 gene-

p) ἀέρος leg. ἀέρας.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 551.

generis obtinent: et, quod a communi ſenſu remotiſſimum eſt, perhibent indigenae, ſi homo quiſpiam ſuperato muro illuc tranſeat, eodem temporis puncto exſpirare, oppreſſum aura peſtilenti. Animantes quoque eo tranſgredientes illico mors obuia excipit.

§. 14.

Et quando in hanc hiſtoriae partem delapſus ſum, rem ſimillimam fabulae commemorare neceſſe eſt: quam nec veram omnino iudico, quamuis ab innumeris prodatur viris; qui ſe in eorum, quae fierent, partem veniſſe, et, quae dicerentur, audiſſe aſſeuerant: nec prorſus praetermittendam reor; ne in rebus inſulae Brittiae deſcribendis earum aliquam ignoraſſe videar.

Ferunt igitur, mortuorum hominum animas eo loci deportari conſueuiſſe: quod quo modo fiat, mox declarabo, prout ſaepe ipſe audiui ab illarum partium incolis, ea valde ſerio referentibus; quae, vulgo licet iactata, in facultatem aliquam ſomnificam refundenda exiſtimo. Littus regionis, quae Brittiae oceani inſulae reſpondet plurimi praetexunt vici, in quibus habitant piſcatores, agricolae et alii, qui in eam inſulam commercii gratia nauigant; Francorum quidem regibus caetera ſubditi, at ſemper vacui tributo; hoc onere leuati iam inde olim, cuiusdam, vt aiunt, miniſterii gratia, de quo nunc dicam. Narrant indigenae, ſe id habere munus, vt in orbem ſua quiſque vice deducat animos. Quare, qui ad id praeſtandum ſequenti nocte ſe conferre debent, officii vice ſibi tradita, ii primis tenebris in ſuas reuerſi aedes, dant ſe ſomno, rei praeſidem exſpectantes. Intempeſta nocte pulſari fores, ſeque ad opus obſcura voce acciri audiunt. Abiecta omni cunctatione corripiunt ſeſe e ſtratis, et ad littus vadunt, ignari quidem, qua tandem ad id vi impellantur, ſed tamen coacti. Paratas ibi ſcaphas vident, hominibus penitus vacuas, non ſuas, verum alias quasdam: quibus conſcenſis, apprehendunt remos, et naues ſentiunt tot vectoribus onuſtas, vt ad ſummam vsque tabulam et columbaria immerſae, ſupra aquam vix digito extent. Neminem ipſi conſpiciunt, neque hora plus remigando appellunt in Brittiam: quamuis, cum nauigiis vehuntur ſuis, nec velis vtuntur, ſed remis, vix eo traiiciant noctis

vnius

a. C. 551.

Imp. IVSTINIANO I.

vnius ac diei ſpatio. Delati in inſulam, ſimul factam exſcenſionem intelligunt, diſcedunt, exoneratis repente nauibus, itaque emerſis, vt in aquam non niſi carina tenus depreſſae ſint. Nullum hominem vident, nec nauigantem ſecum, nec naui egredientem: ſolum aſſerunt, audiri ſe inde vocem, quae vectorum ſingulorum nomina tradere excipientibus et dignitates priſtinas recenſere patrisque addito nomine ipſos compellare videatur. Si quae feminae vna transfretauerint, viros, quibuscum matrimonio iunctae vixerint, nominatim inclamant. Haec ibi indigenae fieri produnt.

§. 15.

a. C. 554.

MORTVO — paulo ante [quam Narſes, Romanorum bello Gothico dux, Rauenna Ariminum concederet, 'Vacaro, genere Burno q), viro inprimis graui et bellicoſo, ſtatim Theodiboldus r), eius filius, cum Burnis s) eum comitantibus ad Romanorum imperatorem acceſſerat, et Arimini erat, tanquam ibi Narſetem conuenturus, quo etiam ipſe ea de cauſa venerat, vt, omnibus liberaliter auro donatis, firmiſſimos belli ſocios haberet. 5

5. AGATHIAS p. 33. Cfr. Tom. I. Gothica p. 365.

q) Οὐακκαρος ὁ Οὐαρνος το γενος.

r) Θευδιβαλδος.

s) ἁμα τοις ἑπομενοις Οὐαρνοις.

CHA-

CHAMAVICA
EX
EVNAPIO, PETRO PATRICIO [ET OLYMPIODORO.]

§. 1. Chamaui a Iuliano victi, pacem rogant; hic obſides poſtulat.

§. 2. Iuliano regis Chamauorum filium obſidem poſcente, Chamau. rex, qui eum mortuum putabat, de calamitate ſua conqueritur.

§. 3. Iulianus ex inopinato filium regis produci, eumque cum patre colloqui iubet, incredibili Chamauorum gaudio.

§. 4. Imperator regis filium obſidem retinens, pacem cum Chamauis facit.

§. 1.

Imp. IVLIANO.

Imp. IVLIANO.

a. C. 361 - 363. a)

1 a) Cvm Iulianus in terram hoſtilem irrupiſſet, et Chamaui ſupplicarent, vt genti, tanquam quae ſua eſſet, parceret, aſſenſus eſt, et eorum regem ad ſe venire iuſſit. Vt venit, vt

a) PETRVS PATRICIVS: *Barbari ſub Iuliano Apoſtata pacem petierunt; ille vero profectus eſt, vt cum illis tranſigeret, et obſides ſibi dari petiit. Barbari reſponderunt, quamplurimos*

1. EVNAPIVS in Excerptis de Legatt. p. 15 - 17. Petrus Patricius in iisd. Excerpt. p. 28. quem, licet nomen taceat, de Chamauis loqui, patet.

a) Sunt anni imperii Iuliani.

vt eum ad ripam ſtantem vidit, de naui deſcendens (erat autem nauis telis inſtructa) *per interpretem* cum barbaris diſſeruit. Cum vero illi parati eſſent imperata facere, et videret, pacem peropportunam eſſe ſuis rationibus et neceſſariam (etenim, Chamauis inuitis, impoſſibile eſt, e Brittania inſula Romanis coloniis c) commeatus et cibaria immittere) vtilitate adductus, pacem indulſit, et fidei firmandae gratia obſides accipere petiit. Cum dicerent, idoneos eſſe, eos, qui in bello capti erant. Hos bellum, inquit, ſibi tradidiſſe, quapropter ex foedere minime ſumere; ſed eorum, qui tunc temporis apud ipſos eſſent, nobiliores poſtulare, niſi quid doli in pace conuenienda excogitarent et comminiſcerentur.

§. 2.

Cum vero ſupplices orarent, et eum obteſtarentur, vt pacem faceret, quos vellet accipere; iterum cum his ſermone congrediens, ipſorum regis filium petit, quem captiuum in ſua poteſtate habebat, fingens, tanquam non haberet. Ad quae barbarorum rex, et barbari, ad pedes iacentes, fletu largo et eiulatu vſi, precibus contenderunt, ne quid eis imperaret, quod praeſta-re

eſſe in bello captos neque a ſe tradi poſſe. At ille dixit, ſe quaerere pacis pignora; viderent, ſi qui eſſent apud ipſos huic rei apti et idonei. Cum nihil abnuerent, ſed daturos promitterent, quos elegiſſet, regis filium poſcit, quem vnum pro multis obſidem detineret. Sed barbari, ipſum periiſſe exiſtimantes, ad luctum et moerorem vna cum rege conuerſi, obteſtati ſunt Caeſarem, ne a ſe ea, quae praeſtare non poſſent, peteret; quod faciebat, cum eos, qui iam fato functi erant, ſibi dari poſtulabat (εἰδότα τὸ ἀδύνατα μὴ ζητεῖν, ἀπαιτοῦντος ... τεθνεῶτας ἡμῖν). *quod cum faceret, ſatis, ſe foedera facere nolle, indicabat.*

b) Χαμαβων. Cantoclarus in Notis p. 192. „Chamaui ſunt Tacito et Marcellino Germaniae populi: ſed aduerte, hic dici, impoſſibile fuiſſe Romanis in ſuas colonias, Chamauis inuitis, commeatus e Brittannia inuehere„.

c) ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ φρούρια.

Imp. IVLIANI

a. C. 361 - 363.

re nequirent. Neque enim ſe poſſe eos, qui periiſſent, in vitam reuocare et eos, qui mortui eſſent, obſides dare.

Silentio facto, barbarorum rex, voce quam maxima potuit, exclamauit: „Vtinam viueret filius meus, vt tibi traditus obſes, o Caeſar, feliciorem apud te ſeruitutem ſeruiret, quam ſi regno meo potiretur. Sed ſub te cecidit, quae calamitas illi forte contigit, propterea quod minime notus fuit. Belli enim periculis ſuum corpus iuuenis obiecit, quem idoneum pacis vadem cenſes, et tu nunc eum, o imperator, tanquam is reuera exſtet, expoſcis. Ego vero miſer nunc primum lamentari incipio, quandoquidem, qualem non habeo, nunc demum intelligo. Filium enim vnicum lugens, et pacem communem vna cum filio perdidi. Si meas miſerias tantas eſſe, quantae ſunt, credideris, conſolationem habebit dolor, quantam omnium hominum miſerrimus capere poteſt: ſin fidem abrogaris, et pater infelix et rex conſpiciar. Nec enim aliis mea mala tantam commiſerationem mouebunt, quanta omnibus debetur, in talibus doloribus conſtitutis: Demantur publicae calamitates, de aliis non conqueror, tametſi miſer et infelix ſim, ſed quod mihi neceſſitas imponitur, communicare meas miſerias cum multis, in hoc tantum regia poteſtate fruens, quod mihi ſoli non licet infelicem eſſe.„

§. 7.

Haec vbi imperator audiuit, apud animum ſuum ſummo moerore eſt affectus, et eorum, quae dicta erant, commiſeratione punctus, tenere illacrimauit d). Et quemadmodum in comoediis, quando circa finem inſtitutorum actuum res inuolutae et perplexae ad ambigua et explicatu difficilia vergunt, Deus, qui vocatur, tanquam e machina introductus, in medium trahitur, qui omnia componit, et triſtia laetis mutat: ita Iulianus, cum res

d) την ψυχην επαθε, και ευπαθως non απαθως; ſed ſi τοις λεγομενοις απαθως [ſ. ἀπαθῶς legas, verte; *animo condoluit, et his, quae dicta erant,* ευτοπαθως] εξεδακρυσε. Cantoclarus in Notis p. 192. „Legi *ſine ſenſu doloris illacrymauit*.„

res in magna varietate verſari viderentur inter fletus omnium, 'cum hi pacem peterent, ille non alia conditione daret, quam ſi obſidem traderent, quem ſe poſſe dare negabant; quippe quem ſe non habere dicebant e), in medium adoleſcentem adductum, omnium conſpectui atque oculis ſubiecit, regie apud ſe educatum.' Cumque eum diſſerere cum patre, quae volebat, iuſſiſſet, ad ea, quae deinceps agenda erant, aduertit.

Quae ſunt conſecuta, his conſentanea fuerunt. Non protulit ſol diem, qualis illa fuit, quam tunc videre et intueri his, qui aderant, licuit. Barbari enim a moerore et lamentis, ſtupore et admiratione correpti immobiles et fixi ſteterunt, tanquam Iulianus illis exhibuiſſet non adoleſcentem, ſed adoleſcentis ſpectrum et idolum.

§. 4.

At imperator, 'vbi quies et ſilentium a myſteriis fuit f), grauiter in medio loquens, „Hunc quidem, inquit, vt vos exiſtimatis, bellum g) perdiderat; ſed Deus fortaſſe et Romanorum benignitas reſtituit. Habebo ego ipſum obſidem, neque eum a vobis ex conuentione, ſed a bello ipſo, contentus viciſſe. et illum quidem ampliſſima quaeque non deficient, dum mea conſuetudine fruetur. Quod ſi conabimini a conuentionibus initis et foedere diſcedere, omnium iacturam facietis. Hoc dico, non quod ſaeuiam in obſidem, quem apud me habeo, non tanquam pignus pacis et foederis, ſed a vobis meae virtutis documentum et exemplar. Eſt enim impium et minime Deo gratum, eos, qui nihil commeruerunt, pro his, qui deliquerunt, morſu appetere et laniare, vt ferae beſtiae quicquid occurrit et obuium eſt, non eos, qui has perſequuntur. Sed primum quia a vobis initium iniuriae faciendae orietur, et ad manus venietis, qua re nulla

e) την μεν ἐιρηνην ἀιτȣντων, τον δε ἐπιζητȣμενον ὁμηρον ἀπαγορευοντων μη ἐχειν.

f) ἐπει ἡσυχια μυςηριων [illegible] ἐγενετο ςαθερωτερα.

g) ὑμετερος πολεμος.

h) ὁν ȣτε ἐνεχυρον παρ' ὑμων ἐιληφα της ἐιρηνης, ἀλλ' ἀνδρειας ἀποδειξιν καθ' ὑμων ἐχω.

Imp. IULIANO.

nulla eſt capitalior peſtis perniciesque hominibus, etiamſi videantur ad breue tempus, et quantum ad praeſens attinet, ad optata peruenire. Deinde quia vobis res eſt cum Romanis, et mecum, qui ſum eorum imperator, quem neque bellum gerentes, neque pacem facientes, vnquam ſuperabitis„.

Procubuerunt his dictis omnes, et poſt illos ſermones Deum aliquem eſſe exiſtimantes, illi fauſta feliciaque omnia ſunt precati. Pacem igitur fecit, et ſolam *Nebogaſti* matrem petiit, quam barbari, foedus approbantes, ſtatim dederunt. His confectis, autumno ad finem vergente, et hieme ineunte (iam enim frigebat) profectus eſt.

i) τὴν τοῦ Νεβισγάστου μητέρα. Olympiodorus in Eclogis Hiſtoric. de rebus Byzant. pag. 5. *Nouigaſtae* meminit, his verbis: *Ante Honorii conſulatum ſeptimum* [a. C. 407.] *in ſeditionem illic* [in Brittannia] *verſus exercitus, Marcum quemdam imperatorem crearat: quo ab ipſis ſublato, Gratianus ſuffectus eſt. Hic vbi menſes quatuor, illis iam faſtidio ductis, praefuiſſet, interficitur. Tum Conſtantinus Auguſti nomine ſalutatur. Is Iuſtinum, et Neouigaſtem* (Νεοβιγάστην) *militarium copiarum duces creans, relicta Brittannia cum ſuis traiecit.* —

VARAN-

VARANGICA
ET
NEMITZICA
EX
SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE VARANGIS.

Nomen, Genus et Patria Varangorum.

Externa quaedam et mercenaria militia, cui ob ſingularem atque incorruptam in principes fidem imperatores Conſtantinopolitani corporis ſui cuſtodiam per plura ſaecula crediderunt, a Conſtantini Porphyrogennetae, filii Leonis Philoſophi, temporibus inde peculiari Varangorum nomine a Scriptoribus Byzantinis paſſim memoratur.

Dictus quidem Conſtantinus eos *Farganos* (Φαργανους) vocat; a Cedreno vero, Joanne Scylitze, Zonara, Glyca, Cantacuzeno et Codino ſatis conſtanter, aliquoties etiam ab Anna Comnena et ſemel a Nicephoro Bryennio *Varangi* (Βαραγγοι) appellantur. Duo poſteriores et reliqui e Scriptoribus Byzantinis, qui eorum meminerunt, nunc ab armis, quae gerebant, nunc a gente, ad quam pertinere credebantur, ipſis nomina indiderunt. Hinc *ſecurigeri* et *ſecurigeri barbari* (πελεκυφοροι et πελεκυφοροι βαρβαροι) Nicephoro Bryennio, Annae Comnenae, Cinnamo, Nicetae Choniati et Nicephoro Gregorae; *barbari e Thule inſula* (βαρβαροι απο της Θȣλης νησȣ) Annae Comnenae, *ſecurigeri Britanni* (πελεκυφοροι Βρεταννοι) Cinnamo et Nicetae. Iidem etiam *Angli* (Ιγκληνοι) et *Germani*, *Celtae* denique *ſecurigeri* (πελεκυφοροι Κελτοι) et *Celtae* (Κελτοι) ſimpliciter eidem Nicetae et Pachymeri audiunt.

De

De genere Varangorum id quidem certo affirmari poſſe videtur, quosdam ſaltim eorum *Anglos*, e Britannia oriundos, fuiſſe, quamquam alios quoque huic militiae adſcriptos fuiſſe, Celtarum et Germanorum, quibus interdum inſigniuntur, nomina credibile faciunt.

Patria denique Varangorum nunc *regio barbara oceano vicina*, nunc *Thule inſula* vocatur.

Arma et Officia Varangorum.

ARMA, quae Varangi tractabant, fuere clipeus (ἀσπις) *ſecuris* (nunc *πελεκυς*, nunc *τζικεϱις*, nunc *ἑτεϱοκοπον* vel *ἑτεϱοςομον* vel *ἑτεϱοτηκτον ξιφος*, dicta), quam vel manibus praeferebant, vel in dextro humero reponebant, et *ſpatha* ſeu *clava* (*μαγλαβιον*), quam et ipſam dextra manu tenebant.

In bello, ad quod vel Auguſtum comitabantur, vel cum reliquo mittebantur exercitu, ſingularis eorum virtus, quia nullis, quamuis fortiſſimis, copiis cedebant, ſaepe claruit. Auguſtus cum in vrbe quadam commorabatur, portarum claues cuſtodiebant Varangi. Conſtantinopoli cuſtodia palatii ipſis credita fuit, et ad fores inprimis conclauis imperatorii et triclinii excubabant. Feſtis diebus imperatorem ſolemni pompa ad templum comitabantur, et in templo adeo ipſo ante oratorium Auguſti, ſecuribus in dextro humero repoſitis, ſtabant.

Imperatores eorum quoque vtebantur opera, cum criminis cuiusdam rei vel comprehendendi, vel cuſtodiendi, vel alio deducendi eſſent. Interdum etiam pars eorum cum praefecto ſuo, cui *acolutho* nomen fuit, in prouincias mittebantur, vt ibi in praeſidiis eſſent, et hoſtium incurſiones prohiberent.

Cum denique imperium mutandum eſſet, partibus, quibus Varangi fauebant, non parum ponderis accedebat. Vnde qui res nouas moliebantur, id maxime agebant, vt eorum ſibi ſtudia conciliarent.

Scriptores de Varangis.

DE Varangis, licet minus ſub peculiari hocce nomine omnes, memoriae prodiderunt Conſtantinus Porphyrogenneta, Cedrenus, Scylitzes, Zonaras, Nicephorus Bryennius, Anna Comnena, Cinnamus,

namus, Nicetas Choniates, Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Cantacuzenus, Glycas et Codinus.

Non gentis Varangorum, ſed militiae Graecae, quae e gentibus, vt videtur pluribus, barbaris conſtabat, et communi Varangorum nomine vt plurimum inſigniebatur, e Scriptoribus Byzantinis hic dari hiſtoriam, me etiam non monente harum rerum periti intelligunt.

Primus huius militiae circa a. C. 935. mentionem facit Conſtantinus Porphyrogenneta, eosque Farganorum nomine inter alios milites mercenarios, v. c. Francos et Chazaros, recenſet. Sub imperiis Michaelis Paphlagonis, Conſtantini Monomachi et Michaelis Stratiotici eorum meminit Cedrenus et ſemel ſub Michaele Paphlagone Glycas. Sub Iſaacio Comneno de iis memoriae prodidit Scylitzes, qui cum Nicephoro Bryennio eorum ſub Romano Diogene mentionem facit. Bryennius de patria eorum, non ſatis diſtincte tamen, et armis loquitur. Res eorum Michaele Duca et Nicephoro Botaniate imperantibus geſtas Scylitzes, Zonaras et Bryennius attingunt. Sub Alexio I. Comneno frequentiſſima eorum occurrit apud Annam Comnenam, quae eos e Thule inſula profectos ſcribit, rarior apud Zonaram memoria. Ioannis et Emanuelis Comnenorum vitam enarrans Cinnamus plura de bipenniferis, quos Britannicam gentem vocat, habet. Sub Alexio II. et Andronico Comnenis, Iſaacio Angelo eiusque fratre Alexio, et filio Alexio, et Alexio Duca quaedam de militia iſta apud Nicetam Choniatem, qui eos nunc Celtas, nunc Britannos et Inclinos appellat, relata legimus. Eorum denique ſub Ioanne Laſcari, Michaele Palaeologo et Andronicis Pachymeres, qui Celtis eos annumerat, et ſub Andronicis Nicephorus Gregoras et Cantacuzenus meminerunt.

De officiis Varangorum commentatur Codinus, de acolutho, eorum praefecto, pauca delibat Conſtantinus.

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Varangorum, imperatoribus CPlitanis militantium, res domi militiaeque geſtae; ab a. C. 935-1341.*

§. 1. *In exercitu a Romano Lacap. in Longobardiam miſſo XLV. Varangi* [*Fargani*] *militant.*

§. 2. *Quantum ſoluat, qui in Varangorum* [*Fargan.*] *cohortem vult recipi.*

§. 3. *Varangi* [*Fargani*] *non tenentur adeſſe, cum iuuenis militia ſolemnia in armis exercitia facit.*

§. 4. *Varangi* [*Farg.*] *ad conuiuium ſolemne die Nat. Chriſti in aula CP. celebratum adhibiti.*

§. 5. *Varangi, vno e popularibus ob ſtuprum tentatum a muliere occiſo, factum probant.*

§. 6. *Conſtantinus Monom. Francos, Varangos et alios duce Bryennio aduerſus Patzinacas mittit.*

§. 7. *Varangi et Franci in Iberia et Chaldia in praeſidiis collocati contra Turcos educuntur.*

§. 8. *Theodoſii Praeſidis rebellionem Michael Stratiot. ope Varangorum comprimit.*

§. 9. *Varangi Iſaacii Comn. iuſſu patriarcham Michaelem Cerularium captum in Proconneſum inſulam abducendum curant.*

§. 10. *Varangi Romanum Diogenem inuitis Conſtantini Ducae filiis imperatorem declaratum arbitrati, tumultuantur; contrarium edocti quieſcunt.*

§. 11.

§. 11. *Romanus Diogenes aduerſus Turcos proficiſcens etiam Varangos et Francos adducit.*

§. 12. *Varangorum probata in imperatores fides, patria, arma; eorum ope Michael Ducas imperii potitur.*

§. 13. *Ioannes fratri Nicephoro Bryennio res nouas molienti cum Varangorum et Francorum manu auxilio venit.*

§. 14. *Nicephoro Botan. rebellante, Alexius Comn. ſecurigeros [Varangos] in eum immittendos cenſet.*

§. 15. *Varangus, Ioannem Niceph., Bryennii fratrem, e palatio egredientem, occidit, ei ob veterem iniuriam infenſus.*

§. 16. *Varangi in imperatorem Niceph. Botan. inſurgunt; pacantur.*

§. 17. *Baſilaces rebellionem faciens in exercitu ſuo etiam Varangos habet.*

§. 18. *Varangi, Alexio Comn. rebellante, cum aliis muros CP. tuentur, eorum patria, arma, fides erga imperatores incorrupta.*

§. 19. *Palaeologus ſe barbarorum e Thule [Varangorum] ope Comnenos ex vrbe eiecturum Nicephoro Bot. promittit.*

§. 20. *Borilus eos contra Comnenos educit, nihil tamen Nicephoro Bot. ſponte imperio cedente, mouent.*

§. 21. *Alexius Comn. cum imperium ſuſciperet, copiae auxiliares e paucis bipenniferis [Varangis] conſtabant.*

§. 22. *Nampites Varangorum dux proelium cum Roberto diſſuadet.*

§. 23. *Varangi Nampite duce Roberti copias adorti vincunt, per imprudentiam iuſto longius prouecti delentur fere omnes.*

§. 24. *Alexio cum Patzinacis proelio decertaturo adeſt etiam Nanpites, Varang. dux.*

§. 25. *Salomon, rebellionis Michaelis Anemae ſocius, aſpectu barbarorum bipenniferorum [Varangorum] territus, coniuratorum nomina edit.*

§. 26. Baimundus in Illyricum deſcendens in exercitu ſuo etiam barbaros e Thule inſula [Varangos] habet.

§. 27. Legati Sultani Saiſanis per bipenniferorum barbarorum ordines ad imperatorem deducuntur.

§. 28. Varangi Ioanni Comneno, patre Alexio animam agente, aditum in regiam negant, donec de obitu Alexii certiores fiunt.

§. 29. Bipenniferi Bretanni, plauſtris Patzinacarum diſſectis, Romanis in caſtra aditum patefaciunt.

§. 30. Axuchus (Varangis praefectus) ab Emanuele Comn. ad Conradum occident. imperatorem in Aſiam mittitur.

§. 31. Bipenniferorum praefectus oppugnationi Corcyrae intereſt.

§. 32. Bipenniferorum cohors imperatorem circumſtare ſolet.

§. 33. Alexius Protoſebaſtus a Germanis bipenniferis exitu e palatio prohibetur.

§. 34. Magni domeſtici Batatzae filii in Creta a Gallo ſecurigero cogniti comprehenduntur.

§. 35. Satellites ſecurigeri iuſſu Andronici Comn. in proceres quosdam ſecures vibrant.

§. 36. Iſaacius Ang. dum rebellionem facit, non ſecurigeri barbari, nec alius quiſquam id impedire conatur.

§. 37. Iſaacius Ang. Doſitheum patriarcham, a ſacerdotibus eiectum, per bipenniferos in templum deducendum curat.

§. 38. Bipenniferorum Brettanorum princeps Tyrum petit.

§. 39. Lago tempore Alexii Ang. rebellante, bipenniferi ad templum cuſtodiendum mittuntur.

§. 40. Miſſi ab Alexio Ang. cum bipenniferis ſatellitibus coniuncti Ioannem ſeditioſum comprehendunt.

§. 41. Bipenniferi barbari Latinos per murum perfractum in urbem CP. irrumpentes repellunt.

§. 42 Iſaacius Ang. bipenniferorum ope in imperium reſtituitur.

§. 43.

§. 43. *Alexio, Iſaacii filio, ad Canabi rebellionem comprimendam cum Latinis ſocietatem iniens bipenniferos a ſe abalienat.*

§. 44. *Alexius Ducas bipenniferos fruſtra ad fortiter contra Latinos pugnandum hortatur.*

§. 45. *Celtae ſecurigeri theſauro Magneſiae repoſito cuſtodes additi.*

§. 46. *Ioannes Laſcaris, Celtarum ſecurigerorum aſpectu territus, vt Michael Palſolus coronetur, conſentit.*

§. 47. *Veccus Chartophylax Celtis ſatellitibus cuſtodiendus traditur.*

§. 48. *Cotys monachus Celtis torquendus datur.*

§. 49. *Bipenniferi ſatellites Michaelem, Io. Sebaſtocratoris filium, ſecuribus ſuis concidunt.*

§. 50. *Veccus patriarchatu deiectus cum ſociis Celtarum cuſtodiae traditur.*

§. 51. *Bipenniferi et enſiferi ſatellites.*

§. 52. *Andronicum Iun. coronandum Varangi cum ſecuribus ad vtrumque latus comitantur.*

§. 53. *Bipenniferi imperatorum ſatellites, etiam a priuatis adhibentur.*

§. 54. *Bipenniferis Varangis claues vrbis praeſente imperatore cuſtodire ſolemne eſt.*

§. 55. *Io. Cantacuzenus Ioannem Pal. poſt patris obitum in palatium ducit, Varangis cuſtodibus additis.*

CAPVT II. *Officia Varangorum in Aula Byzantina.*

§. 56. *Varangi, miniſtri ad fores conclauis imperatoris et triclinii.*

§. 57. *Acoluthus, Varangorum praefectus, vnde dictus.*

§. 58. *Varangi ad vexillum imperatoris defendendum deſtinati.*

§. 59. *Statio Varangorum prope columnas oratorii; imperatore apparente ſecures in humeros transferunt.*

§. 60. *Varangi imperatori prandenti fauſta apprecantur, ſermone patrio, Anglicano.*

§. 61. *Varangi cum duce ſuo e menſa imperatoris fercula accipiunt.*

§. 62. *Feſto palmarum ambulacrum cum aliis militibus praetorianis diripiunt Varangi.*

§. 63. *Die purificationi Deiparae ſacro Varangi imperatorem ad templum Blachernarum comitantur.*

§. 64. *Feſtis natiuitatis et decollationis Ioannis Praecurſoris Varangi imperatorem ad monaſterium Petrae comitantur.*

§. 65. *Die depoſitae veſti Deiparae ſacro imperatorem ad Blachern. templum comitantur Varangi.*

VARAN-

VARANGICORVM

CAPVT I.

Varangorum, imperatoribus Conſtantinopolitanis militantium, res domi militiaeque geſtae; ab a. C. 935 - 1341.

§ 1.

Impp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta et* ROMANO *Lacapeno.*

a. C. 935.

Impp. CONSTANTINO *Porphyr.* et ROMANO *Lac.* Indict. 8.

De expeditis in Longobardiam tempore Domini Romani [Lacapeni] imperatoris, indictione octaua [a. C. 935.] a) — Milites erant peregrini, — de magna hetaeria triginta et vnus,

1. CONSTANTINVS de Cerimon: Aulae Byz. T. II. p. 381.

a) Eſt inſcriptio capitis. [] incluſa addit interpres.

a. C. 935.

-vnus, de media hetaeria quadraginta et ſex, de Farganis b) quadraginta et quinque. —

§. 2.

Imp. CONSTANTINO *Porphyr.*

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949. c)

2 QVI cupit in Farganos, aut Chazaros, recipi, ſoluit litras ſeptem, ſi nempe rogam duodecim numiſmatum habeat.

§. 3.

3 QVI ad Farganos pertinent, [non tenentur in expeditionem et caſtra ire, quando tironatus fit d), ſeu iuuenis militia in vnum coacta locum ſolemnia in armis exercitia facit e).]

§. 4.

4 QVOD ſi — in quartam aut quintam ſeptimanae feriam incidat feſtum natiuitatis Chriſti, et ex ea incipiat conuiuium, accubituum dictum celebrari, — ad reliquos — accubitus f) euocare et ſternere oportet homines imperiales tantum peregrinos g) et

b) Φαργανοι. Hic et reliquis Conſtantini locis, quae §. 2. 4. adfero, Varangos intelligi, e magna nominum Φαργανοι et Βαραγγοι ſimilitudine, et ex eo inprimis conſicio, quod partim Varangi tunc Byzantinis, vel ob arctiorem cum Ruſſis ſocietatem, ignoti eſſe non poterant, partim, Conſtantinum, qui gentes, e quibus Romana tunc conſtabat militia, diligentiſſime recenſet, Varangorum non meminiſſe, parum credibile eſt, partim denique nulla gens alia occurrit, quae hoc nomine intelligi poſſit. *Franci* (Φραγγοι) enim, quorum nomen cum hoc noſtro proxime conuenit, loco §. 4. allato, diſerte a *Phargamis* diſtinguuntur.

2. Id. ibid. p. 400.

c) Hoc circiter anno ſcripſit Conſtantinus Porph.

3. Id. ibid. p. 403.

d) *Index eorum qui non ten.* cet. eſt inſcriptio capitis.

e) His verbis vocem τιρωνατος Interpres explicat.

4. Id. ibid. p. 434.

f) Reſpiciunt ad ea, quae de iis, qui ad ſacram menſam (βασιλικην τραπεζαν) accumbebant, dixerat. Vid. *Tom. II. Bulgarica* §. 123.

g) Βασιλικους ανθρωπους εθνικους παντας.

a. C. 949.

[et comam alentes [b])], vt Farganos, Chazaros, Agarenos et Francos, ‘quotquot eorum eximiam regiam prouidentiam et pietatem rogarum perceptione experiuntur [i]). Horum omnium vnamquamque gentem introducere oportet et rurſus educere, in ſuo quamque gentili habitu, ‘vt e. c. in ſic dicto *cabadio* [k]) [Farganos et Agarenos [l])]. *Imp.* CONSTANTINO *Porphyr.*

Sub

Romano, Conſtantini Porph. filio, et reliquis imperatoribus vsque ad Romanum Argyr. nulla ſit Varangorum mentio.

§. 5.

Imp. MICHAELE *Paphlagone.*

Imp. MICHAELE *Paphl.*

a. C. 1034. [m])

[CIRCA initium imperii Michaelis] accidit ‘— quippiam memoratu dignum. Barangorum [n]), per prouinciam Thracenſium [o]) 5
in hiberna diſperſorum, quidam mulierem indigenam ſolam nactus de ſtupro appellauit, ac recuſanti vim inferre aggreſſus eſt. ea barbarum, correpto viri acinace, in cor ferit, ac ſtatim necat. Quod factum cum per viciniam innotuiſſet, coiuere caeteri Barangi, et mulierem coronauere, omnibus etiam bonis eius, qui ipſam

h) Addit haec interpres.

i) και· ὁσοι της βασιλικης ἐξαυτης ἀπολαυουσι των ἐργων προμηθειας.

k) ὁιονει το παρ᾽ αὐτων λεγομενον καβαδιν.

l) Addit h. interpres.

5. CEDRENVS T. II. pag. 735. Glycas p. 315.

m) Hoc anno imperium ſuſcepit Michael Paphl.

n) Βαραγγων. Cfr. quae de Varagis erudite commentantur b. Theoph. Sigfr. Bayer in Comment. Acad. Scient. Petropolit. T. IV. et in Opuſculis eius a Klotzio editis p. 339 ſeqq. et Cel. Reiſkius in Comment. ad Conſtant. Porph. Cerem. Aul. Byz. p. 149, 150.

o) Quae olim *Aſia minor*, Conſtantini Porph. aetate Θεμα των Θρακησιων vocabatur. vid. eius libr. de Themat. p. 7, 8.

p) τον βαρβαρον. Glycas, τον Βαραγγον.

Imp. MICHAELE *Paphl.*

a. C. 1034.

ipſam voluerat violare, donatam: ipſum autem inſepultum abiecerunt, 'vt lex iubet eos, qui ſibi mortem conſciuerunt q).

Sub

Michaele Calaph. nulla ſit Varangorum mentio.

§. 6.

Imp. CONSTANTINO *Mon.* Indict. 3. a. M. 6558.

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

a. C. 1050.

[PATZINACAE cum indictione tertia anni ab O.C.VI.MDLVIII.
6 iterum in Thraciam irruptionem feciſſent,] imperator — id vnum ſtudens, vt res Romanorum ſuperiores eſſent, Kegenem [vnum e ducibus illius gentis], e carcere eductum, ad Patzinacas mittit, pollicitum, eos ad imperatoris beneuolentiam ſe traducturum, coactisque in vnum ſociis omnibus, Francis, inquam, et Barangis, 'et aliis, eos, Nicephoro Bryennio duce', ad prohibendas et comprimendas excurſiones Patzinacarum mittit. —

§. 7.

a. C. 1052.

7 [SVB idem fere tempus cum Sultanus Turcorum Tangrolipix, Cutlumuſum, conſobrinum ſuum, perſequens, in Iberiam irrupiſſet, et obuia quaeque vaſtaret,] celeriter imperator Michaelem acoluthum r), ex occidente reuocatum, in Iberiam mittit. Qui cum eo veniſſet, collectis per Chaldiam ac Iberiam diſperſis Francis ac Barangis, compeſcere quocunque modo graſſationes Sultani conatur. Sultanus, celeri huius aduentu cognito, — caſtris motis, omni cum exercitu ſuo ad Tabrezium abit.

§. 8.

q) κατα τον των βιοθανατων νομον. omittit haec Glycas.

6. CEDRENVS T. II. pag. 787. Locum integrum vide *Tom. III.* in *Patzinacicis* §. 50.

7. Id. ibid. p. 789. Cfr. *T. III. Turcica* §. 65, 66.

r) Hoc nomine inſigniebatur *praefectus Varangorum*, rationem denominationis vide apud Codinum loco §. 57. allato. Michaelis acoluthi Cedrenus pag. 787. meminit, vide *Patzinacica* l. c. Quae Conſtantinus de acolutho habet, vide infra §. 57. not. b.

Imp. MICHAELE Strat.
Indict. 9.
8

§. 8.
Imp. MICHAELE *Stratiotico.*
a. C. 1056.

[MICHAELE vltima Auguſti die, indictione nona rerum Conſtantinopoli potito, Theodoſius praeſes, patruo Monomachi natus, imperium ad ſe pertinere dicens, ſeditionem facit. Qua annunciata, eunuchi in palatio] celeriter palatii cuſtodes, milites cum Romanos, tum Barangos mercenarios s) armant. [Theodoſius ab omnibus deſertus, captus et Pergamum in exſilium ire coactus eſt].

Imp.
ISAACIO
Comn.
9

§. 9.
Imp. ISAACIO *Comneno.*
a. C. 1057. t)

[PATRIARCHA Michael Cerularius inexplebili fretus beneuolentia imperatoris, mire contra eum elatus eſt, et ſi forte in re quadam voti compos non fieret, minas et abſurdas increpationes adhibebat. Imperator itaque, cum Patriarcha ad ſuburbana loca egreſſus omnia ad diem feſtum Archangelorum appararet,] occaſione arrepta, veritus, ne quis tumultus aut perturbatio fieret, turmam militum miſit, 'qui communi lingua appellantur Barangi v); qui ipſum non ſine ignominia e throno corre-

r. 8. Id. ibid. p. 792.

s) καὶ Βαϱαγγοι μισθοφοϱȣντες Ρωμαιοις. in marg. γενος δε Κελτικὸν ὁι Βαϱαγγοι. Scyl.

9. IOANNES SCYLITZES (Cedr. T. II.) p. 808, 809.

t) Hoc anno Cal. Septembr. a. M. 6566. Iſaacius Comn. rerum potitus eſt. Cedren. T. II. p. 805.

u). Βαϱαγγȣς αὐτȣς ἡ κοινη ὀνομαζει διαλεκτος. in Notis ad h. l. p. 58. „Βαϱαγγοι, quaſi Graecas Φϱαγγοι, ſcribit Gretſerus in Codinum. At quaſi diuinat Gretſerus, qui Anglos, Graecorum auxiliarios, et imperatoris ſatellitium vel virtute promeritos, vel ad illud miſſa legatione aduocatos Βαϱαγγȣς quaſi Φϱαγγȣς vocatos cenſet. Annon occidentalis quilibet, Gallus, Italus, Germanus, Graecis Φϱαγγος? cur Βαϱαγγος Anglus quaſi Φϱαγγος? ex Matthaei Paris Anglorum Hiſtorici Lexico edoceo. *Baranagium*, ait, ſiue *Barnagium*, quod et *Baronagium* procerum regni ſenatus eſt et coetus, vulgo *Parlamentum*, a cuius nobilitate ſtipendiarii Graeco-

Imp. ISAACIO Comn.

a. C. 1057.

ptum ac mulo impoſitum vsque ad littus, quod eſt in Blachernis, depellentes deduxerunt, et ipſum et patrueles eius, atque inde lembo impoſitum ad Proconneſum, vt exſularet, perducendum curant.

Sub Conſtantino Duca nulla fit Varangorum mentio.

§. 10.

Imp. ROMANO Diog. Indict. 6. a. M. 6576.

Imp. ROMANO *Diogene.*

a. C. 1068.

10 ADDVCITVR Diogenes noctu in regiam armatus, et cum Auguſta [Eudocia] coniungitur, ſtatimque imperator declaratur Ianuarii menſis prima die, indictione ſexta, anno 6576. clam omnibus Auguſtae filiis, ac repente a Barangis exoritur multa perturbatio, quod non ſuſtinerent id vulgari praeter omnium ſententiam. Verum cum Michael, ipſius Auguſtae filius, cum fratribus aduenisſet, de ſua ſententia id factum eſſe dixerunt, ac ſubito conuerſi, magno et elato clamore ipſi quoque eum imperatorem declararunt.

§. 11.

11 IMPERATOR [breui poſt ſuſceptum imperium, Turcorum graſſationes vt reprimeret] adducens exercitum, — ex Macedonibus, et Bulgaris, et Cappadocibus, et Vzis, et aliis, vt fors tulerat, nationibus, inſuperque e Francis et Barangis, ‘conflatum, iter in orientem arripuit’.

§. 12.

rum Angli, vanam titulorum libidinem Graecanico more ſectati, nomen ſibi Βαραγγων in curia CP. finxerunt, et adaptarunt. Barangos porro fuiſſe Anglos non diſſimulat Codinus, qui etiam eos Ιγγλινιςι locutos inducit [vide infra §. 60.]„ Veriora de Etymologia vocis vide apud Bayerum l. c.

10. Id. ibid. p. 822.

11. Id. ibid. p. 823. Cfr. Tom. III. Turcica §. 76.

§. 12.

a. C. 1071.

CAESAR x) [Ioannes Ducas, Michaelis Ducae, qui poſt Romanum Diogenem imperauit, patruus] — veritus, ne, Diogene y) reſumente imperium, tum ſuorum, tum fratris filiorum ſtatus periclitaretur, ' cuſtodes aulae regiae more iam inolito adhiberi ſolitos, fidei olim erga imperatores probatae milites, ſibi adiungit z). ' *Eſt hoc genus e barbara longe inſula profectum, oceano vicina. Clipeus illis ſolemne geſtamen, cum ſecuri de humeris pendente* a). Horum agmen totum bifariam partitus, alios quidem iuſſit filiis ſuis ' obſequi, quoque ducerent ire b), ac, quae iuberent, facere, alios ipſe ſibi ducendos ſumſit, quo expedire iudicaret ad cogitatam vim. Et Andronicus quidem Conſtantinusque, ſic filii Caeſaris ambo vocabantur) circumdatum imperatorem choro velut quodam feſtine prouehunt in ſuperiorem palatii partem, ibique praeeuntibus acclamationi filiis Caeſaris, Michael imperator ſalutatur. Qui vero cum ipſo erant Caeſare, pulſantes ſcuta magno motu vocemque barbaricam cum flictu romphaearum aliorumque armorum, inuicem de induſtria colliſorum terrifice miſcentes, ad Auguſtae tabernaculum ſe conferunt. Illa tumultu ſtrepituque audito incredibiliter conſternata eſt, nec teneri potuit, quin, tegmine capitis detracto, in obſcurum gurguſtium ſpeluncae non abſimile ſeſe trepide abderet, vbi delitеſcenti milites, obſidentes aditum loci, vlulatu incondito tantum terroris incuſſere, parum vt a morte ex metu nimio abfutura videretur, niſi Caeſar ingreſſus magnam ei formidinis partem demeret: qui ei auctor fuit, exeundi palatio, ne quid acerbum indignumue a militibus eius cuſtodibus pateretur.

12. NICEPHORVS BRYENNIVS pag. 32.

x) Supplet hanc vocem interpres, in Graec. lacuna eſt.

y) Qui tunc a Sultano dimiſſus in ſolum Romanum redierat. Vide *Turcica* §. 100.

z) τȣς περι την αὐλην φυλακας εὐθυς οἰκειȣται.

a) τȣτο δε το γενος ὡρμητο ἐκ της βαρβαρȣ χωρας [interpres h. l. perperam *inſula*] της πλησιον ὠκεανȣ. πιστον δε βασιλευσι Ρωμαιων ἀρχηθεν. ἀσπιδιφορον ξυμπαν, και πελεκυν τινα ἐπι ὠμων φερον.

b) Gr. vna voce: ἕπεσθαι.

Imp. MICHAELE *Parap.*

§. 13.

Imp. MICHAELE *Parapinacio.*

a. C. 1078.

13 NICEPHORVS Bryennius praeſes, adminiſtrans Dyrrhachii ducatum, ipſo abdicatus, ſibi imperatoris nomen vindicauit, et militibus, qui ibi erant, miniſtris atque adiutoribus vſus, inde egreditur, et ad Adrianopolin feſtinabat, nam germanus eius frater inſtructas quasdam occidentis copias ad ſperatas inſidias cum Barangorum et Francorum haud mediocri multitudine, adduxit, vt cum fratre conſpirarent. —

§. 14.

14 [NICEPHORI Botaniatae rebellione in vrbe ipſa iam erumpente, Alexius Comnenus conſilium rogatus, dixit,] oportere — ſecurigeros cuſtodes principum ſtatim in eos [rebelles] immittere ſub aliquo duce forti. Haec audiens imperator, improbauit.

Imp. NICEPHORO *Botan.*

§. 15.

Imp. NICEPHORO *Botaniate.*

a. C. 1078-1081.

15 a) [NICEPHORO Botaniate in thronum euecto, et Bryennio oculis priuato,] occiditur etiam frater ipſius [Nicephori Bryen-

a) NICEPH. BRYENNIVS: *Ioannes Bryennius* [coniuratione facta] *domum abit, Baſilaces vero Byzantii ſubſtitit. Non multo poſt quidam e barbaris ſecurigeris, quibus palatii imperialis credita cuſtodia eſt in Odryzos venit — nunc Adrianopolis dicitur. Hic cum diuertiſſet in ſtabulum publicum,* (ἐν τινι πανδοχειῳ), *et multo mero ſe ingurgitaſſet, quae acceperat arcana, palam aperuit: mitti ſe proclamans a Logotheta, vt dolo circumuentum occideret Bryennium. Ea cum indicata Bryennio eſſent, barbarus ſtatim comprehenditur, et tormentis admotis volens nolensque cogitur fateri, rem ita habere. Ioannes Bryennius iuſſit huic naſum amputari, ſtatimque ad fratrem dat litteras, quibus eum ad rebellionem hortabatur,*

13. SCYLITZES (Cedren. T. II.) p. 852.

14. NICEPH. BRYENNIVS p. 82.

c) τȣς πελεκυφορους — βασιλεως φυλακας.

15. SCYLITZES (Cedr. T. II.) p. 864. Niceph. Bryen. p. 71.

a. C. 1078-1081.

Bryennii Ioannes] in Byzantio a Barangis. Nam cum Bryennius defeciſſet, et cum eo Barangi, qui extra erant, conſpiraſſent; Barangi in palatio delectum vnum ex ſuis ad ſuos gentiles mittunt, petentes, vt, relicto perduelli, ad imperatorem accederent. Sed cognitus et detentus grauiterque examinatus, omnia, quae ſibi indicata fuerant, aperuit. Cui Ioannes ob hoc offenſus nares amputat. Quare haud aequo animo contumeliam hanc ferens barbarus, Ioannem e palatio exeuntem occidit, gentili gladio ipſum percutiens. Imp. NICEPHORO Botan.

§. 16.

β) In imperatorem quoque Barangi inſurrexerunt, eumque occidere ſtudebant. Verum cum ſe illis oppoſuiſſent imperatoris milites, ad preces conuerſi, placato imperatore veniam conſecuti ſunt. 16

§. 17.

BASILACES — Illyrici exercitu ſibi adiuncto, copiisque omnibus, quae in Bulgaria fuerant, in partes tractis, et praeterea Barangos ſecum ducens, 'quos diximus d) ab imperatore Michaele ipſi, Dyrrachium eius iuſſu eunti, attributos, formidoloſe potens imminebat imperio, occupata metropoli Theſſaliae, quam Theſſalonicam vocant. 17

§. 18.

a. C. 1081.

[IOANNES Ducas Caeſar cum Alexio Comneno, rebellione facta, muros Conſtantinopolis circumiens interrogabat,] quinam eſſent, 18

β) ZONARAS: *Varangi imperatorem per ſeditionem interficere conati, ab alia Romana manu oppreſſi conuerſique ad preces, veniam impetrarunt.*

16. SCYLITZES l. c. Zonaras T. II. p. 292.

17. NICEPH. BRYENN. p. 97.

d) Addit haec interpres, neque me in ſuperioribus de his aliquid legere memini.

18. ANNA COMNENA. p. 62.

e) Hoc anno Alexius Comnenus rerum potitus eſt.

Imp. NICEPHORO *Botan.*

a. C. 1081.

eſſent, qui quibusque turribus inſiſterent. Vt autem cognouit nonnulla quidem propugnacula iis, qui dicuntur immortales, credita (eſt ea maxime peculiaris militia Romani exercitus); alia obtineri ‘a Barangis, e Thule profectis *f*) (‘barbari ſunt armati ſecuribus *g*)); alibi praeſidere Nemitzos *h*), gentem et ipſam barba-

f) τȣς ἐκ της Θȣλης Βαραγγȣς. Carolus Du Freſne in Notis ad h. l. p. 256. „Barangos, qui Malaterrae *Varangi*, *Guaranos* appellaſſe videtur Leo Oſtienſis Lib. 2. Chron. Caſſin. cap. 58. Anna et caeteri fere ex Byzantinis ſcriptores, Anglos origine fuiſſe, opinantur. — [Cinnam. p. 4. Pachymeres T. II. p. 46, 47. vide *Tom. II. Bulgarica §. 203.* Bryennius p. 32, 33. Codin. de Offic. Aul. CPl. p. 90.]. Verum reliquias fuiſſe Danorum, qui ab Anglia exacti et Conſtantinopolin profecti operam ſuam imperatoribus locarunt, ex Orderico Vitali ſatis ſuperque ad Villharduinum demonſtraſſe arbitror. qui quod origine Dani Angliam incoluiſſent, promiſcue *Angli* et *Dani*, eidem Villharduino coniunctim *Anglois* et *Danois*. Nam Anglos, quos Wilh. Malmeſburienſis lib. 2. de Geſt. Angl. cap. 13. appellat, Danos vocat Saxo Grammaticus. Prior, de Alexio imper. verba faciens, *Multa noxia in peregrinos ſacri itineris machinatus, Anglorum tamen fidem ſuſpiciens, praecipuis familiaritatibus ſuis eos applicabat, amorem eorum filio tranſcribens.* Alter lib. 12. Hiſtor. Danicae de eodem Alexio, qui Erici, regis Daniae, per vrbem Conſtantinopolitanam tranſitum ſuſpectum habuerat, dum ille Hieroſolymam tenderet, A. MXCVIII. *Ad haec Danos ſumma a ſe familiaritate cultos eadem ſuſpicionis occaſione notabat, perinde ac maiorem patrii regis* [Erici], *quam ſtipendiorum ſuorum reſpectum acturos. Inter caeteros enim, qui Conſtantinopolitanae vrbis ſtipendia merentur, Danicae vocis homines primum militiae gradum obtinent, eorumque cuſtodia rex ſalutem ſuam vallare conſueuit.* Quae quidem non minimum praeterea firmant, quae Anna de Varingorum erga Auguſtos Byzantinos fidei integritate commemorat. *Dani* etiam dicuntur Alberto Aquenſi lib. 4. cap. 40.„

g) τȣτȣς δη λεγω τȣς πελεκυφορȣς βαρβαρȣς, et paulo inferius ἐπι των ὠμων τα ξιφη κραδαινοντες vocantur. Du Freſne ad h. l. p. 257, 258. „Secures inter arma bellica, quorum in proeliis vſus fuit, reponunt Tactici omnes. Harum aliae ancipites habebant altera ex parte aciem, velut ſpathae, aut enſis, ex altera, velut haſtae, cuſpidem. Leo in Tact. cap. 5. §. 3. ἑτερα τζικȣρια ἀμφιϛομα, ἐφ᾽ ἑνος μερȣς οἱονει σπαθων, ἐπι δε ἑτερον ἱων ξιφος κονταριȣ. cap. 6. §. 11. τζικȣριον διϛομον, το ἐν ϛομα ταξιν σπαθιȣ ἐπιμηκες, και το

a. C. 1081. *Imp.* NICEPHORO *Botan.*

barbaram, ſed olim ſubactam a Romanis, et ſocia cum ipſis arma ferre aſſuefactam: Alexio ſuaſit, ne Barangos neue immortales

ἕτερον ταξιν ξιφȣς κονταριȣ, μακρον και ὀξυ. Eadem habet § 25. et Conſtant. in Tact. p. 10. Alterum ſecuris genus deſcribitur a Leone cap. 6. §. 25. τζικȣρια ἕτερα, ἐχοντα το μεν ϛομα κοπτον, το δε ἑτερον ϛρογγυλον. Eiusmodi ſecurim ἡμιπελεκκαν vocabant Graeci, το ἡμισυ τȣ πελεκεως, το ἐκ τȣ ἑνος μονον μερȣς ἐχον ἀκμην, ὁ και δεξτραλιων καλȣσι, vt eſt apud veterem Homeri interpretem. Qua quidem *Dextralis* voce hac notione vtitur Victor Vticenſis lib. I. de Perſecut. Vandal. *certatim ictibus Dextralium aditum reſecabant.* De tertia denique ſecurium ſpecie haec ibidem ſubdit Leo: ἑτερα τζικȣρια διϛομα, ταξιν πελεκεων. Prima ex his a noſtris *biſacuta* vulgo dicitur, quod eſſet ἀμφιϛομος, ſeu διϛομος, i. e. ex vtraque parte haberet aciem. Ῥομφαιαν διϛομον in Apoc. cap. I. *gladium bis acutum* vertit D. Hieronymus Epiſt. I. Wilh. Brito lib. 2. Philipp.

— *Nunc claua caput, nunc vero bipennis*
Excerebrat, ſed nec biſacuta, ſudque, vel haſta,
Otia vel gladius ducit.

Eodem libro,

— *Aſcia dum dextris, biſacuta ſecuris, et enſis*
Fulminat.

— At ſecures Danicae, cuiusmodi affinguntur Varangis, ἑτεροϛομοι fuerunt, h. e. vna tantum parte acie inſtructae, vt illae, quae apud Leonem dicuntur habuiſſe ϛομα, alterum κοπτον, alterum ϛρογγυλον. Deferebant vero Dani ſecures ſuas in humero ſiniſtro, vt auctor eſt Wilh. Malmeſbur. lib. 2. de Geſt. Angl. c. 12. *Securim Danicam in humero ſiniſtro, haſtile ferreum dextra manu geſtantes*, et Rogerus Houeden p. 439. *Danicam ſecurim auro argentoque redimitam in ſiniſtro humero pendentem.* His quemadmodum in proeliis vterentur, indicat Silueſter Giraldus in Topogr. Hibern. part. 3. cap. 10. *Securibus quoque amplis fabrili diligentia optime chalybatis, quas a Norwagienſibus et Oſtmannis ſunt mutuati* (vtuntur Hiberni) *vna tantum manu et non ambabus in ſecuri percutiunt, pollice deſuper manubrium in longum extenſo, ictumque regente, a quo non galea caput, in collum erecta, nec reliquum corpus ferrea loricae tricatura tuetur. A Danis igitur eiusmodi ſecures accepere Angli, Scoti et Hiberni: vnde et Anglicas* vocat idem Malmeſburienſis lib. 3. p. 98. *Scoticas* Thomas Walſingh. p. 105.

b) τȣς Νεμιτζȣς, de quibus vide *Nemitzica.*

Imp. NICEPHO-RO *Botan.*

a. C. 1081.

les aggrederetur. 'Hos indidem oriundos pro patria periclitari doctos a puero, sacramento inſuper et ſingulari fiducia atque affectu imperatori obſtrictos i), mortem millies oppetituros potius, quam ad aliquid in eum moliendum inducerentur. Illos bipenniferos, qui ferrum ex humero ſuſpenderent, patrii moris tenaciſſimos homines, famam inuiolatae in Auguſtos fidei, ad quorum ideo tutelam corporum adhibentur, quaſi tranſmiſſam a patribus pretioſiſſimam hereditatem conſtantiſſime tueri ſolitos et paratos, ne primam quidem proditionis mentionem aequis admiſſuros auribus In Nemitzis vnam reſtare ſpem. eorum ſi animos idoneis promiſſis experiretur, non longe fortaſſe aberraturum a ſcopo. 'id quod euentus confirmauit'.

§. 19.

19 Indict. 4. a. M. 6589. [ALEXIANIS iam vrbem ingreſſis] Nicephorus Palaeologus venit in regiam: vnde ſparſos temere per vrbem et praedae ſtudio palantes Alexianos animaduertens, recte, vt tunc erant, deleri facile poſſe, exiſtimans, a Botaniate petebat, daret ſibi 'oriundos ex Thule inſula barbaros k), cum iis ſe Comnenos eiecturum ciuitate, promittens. Verum Botaniates [id fieri noluit, abhorrere ſe a ciuili ſanguine praetexens].

§. 20.

20 BORILVS, [a Slauis genus ducens l), et intimae Auguſti familiaritati admotus,] comperto Comnenianorum in vrbem ingreſſu, animaduerſaque ſecuritate ipſorum, — neceſſarios omnes atque amicos circum ſe ſuos coëgerat: adiunctisque illis, quos diximus, 'qui ſecures ex humeris pro enſibus geſtant m), inſuper et

i) οἱ μεν γαρ αὐτοχθονες ὀντες τῳ βασιλει πολλην την εις αὐτον ἐξ ἀναγκης εὐνοιαν. ic. ANNA COMN. p. 66.

k) τȣς ἀπο της Θȣλης νησȣ βαρβαρȣς.

20. Ead. p. 67, 68.

l) Cfr. *Tom. II. Slauica* §. 142, 143.

m) τȣς ἐπι των ὠμων τα ξιφη κραδαινοντας ἁπαντας.

a. C. 1081.

et iis, qui a Chomate appellationem obtinent n), omnes perpetua ſerie pulchroque ordine diſpoſuit a Conſtantini foro vsque ad Milium o) et ſupra. Et illi quidem inſtructi clipeis firmo animo locum tuebantur, ad pugnam parati. [Verum Coſmas patriarcha Botaniatae, vt ſponte imperio cederet, auctor fuit]. *Imp.* NICEPHORO *Botan.*

§. 21.

Imp. ALEXIO I. *Comneno.*

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

21 [ALEXIVS quo tempore imperium ſuſcepit], aegre inprimis eum habebat miſer ac deploratus ſtatus Romanae militiae, ad trecenta demum capita Chomatenorum militum redactae —. Auxiliares vero copiae ex paucis omnino conſtabant ‘barbaris eius generis, quod ancipites vtrinque ac manubriatos inſtar ſecurium gladios dextro humero geſtare ſuſpenſos ſolet p).

§. 22.

[ALEXIO Comneno menſe Auguſto indictione quarta q) contra Robertum, Northmannorum ducem, profecto Georgius Palaeologus, Dyrrhachio euocatus, cui praeerat, proelium diſſuadet, crebris potius velitationibus laceſſendum et commeatu intercludendum hoſtem eſſe cenſens. in qua ſententia praeter alios etiam fuit] *Nampites*, Barangorum ductor. 22

n) *ὁποσοι ἐκ τȣ χωματος ὠρμηντο.* Du Freſne in Notis in Alexiadem p. 273, 274. inter alia plura „Neque alia, inquit, fuit *Choma*, quam illa Aſiae pars, quam Lyciam nuncuparunt veteres, Pamphyliae et Tauro proxima, in qua oppidum Choma ſtatuitur a Ptolemaeo —„.

o) Forum, in quo fuit *Miliaris columna* in quinta vrbis regione. Plura vide apud Du Freſne ad h. l.

21. Ead. p. 91.

p) *ξενικων τινων ἐυαριθμητων βαρβαρων των ἐπι τȣ δεξιȣ ἐιωθοτων κραδαινειν ὠμȣ το ξιφος.*

22. Ead. p. 112.

q) Anna p. 108.

r) *ὁ των Βαραγγων ἡγεμων Ναμπιτης.*

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1081.

§. 23.

23. [DIE decimo octauo Octobris, indictione quinta Alexius ad Dyrrhachium, quod Robertus oppugnabat,] diuiſis, quas ſecum retinuerat, copiis (nam barbaros [Turcos s)], qui ad circumueniendum Robertum inuadendaque a tergo eius castra ire coeperant, reuocandos non putauit) 'eos tantum, qui ancipites in humeris gladios geſtant t), deſtinatos licet et ipſos circuitioni caſtrorum hoſtilium, retinuit; mutatoque imperio praecepit omnes omiſſis equis cum duce ipſorum Nampite ante vniuerſam aciem modico interuallo directos in ſeriem procedere. 'Sunt hi omnes clipeis muniti v). Reliquum exercitum in phalangas diſtribuit. — Occultauerat vero tam intra intimum phalangis ſuae, quam in medio agmine, barbarorum illorum, quos diximus iuſſos equis deſcendere in hoſtem iuiſſe pedites, certos manipulos ſatis numeroſos iaculatorum optimorum, quos repente in Robertum immittere cogitabat: mandauer atque Nampitae, vt, cum plenam oſtendiſſet hoſtibus ſpeciem mox in ipſos irrupturi, retrocederet ſtatim; laxatisque in latus vtrumque ordinibus ſuorum, ſagittariis locum daret erupturis, moxque iterum ſuos in vnum cogeret, iunctisque mutuo protectos clipeis, ire prorſum iuberet. Ipſe imperator e regione frontis ipſius aciei Francicae maritimam obibat oram.

Interim barbari [Turci] ad circumeundum miſſi, littoralem emenſi tractum, captoque circuitu, cum Dyrrhachienſibus, imperatoris iuſſu ad id ipſum egreſſis, iuncti in caſtra Francica impetum fecere. 'Quibus dum leuium equitum turmas ſubmittit, alios reliquam Romanorum aciem laceſſere iubet'. Conferebantur ergo inter cetratos noſtros Robertique velites prooemiales pugnae iaculationibus non creberrimis, donec, Roberto ſenſim ſuos affectante, campus inter acies medius magis ac magis arcta-

a3) Ead. p. 114. 116. Haec ad a. C. 1081. adhuc referenda ſunt, licet indictionis v. mentio fiat; Graeci enim a menſe Septembri nouam inchoabant indictionem.

s) Hos intelligi e p. 109. vbi Anna gentes; e quibus tunc Alexii conſtabat exercitus, recenſet, apparet.

t) τȣς ἐπι; των ὠμων τα; ἑτεροκεπα, φεροντας ξιφη.

v) τȣτο δε γενος ἀσπιδοφορον ξυμπαντες.

a. C. 1081.

Imp. ALEXIO I. Comn.

arctabatur. Iamque Ameceti [vnius e Roberti ducibus] phalanx peditatu iuxta equitatuque totum emenſo ſpatium, Nampitae agmen inuaſerat: atque adeo, Barangis x) fortiſſime reſiſtentibus, auerſa in fugam fuerat; neque enim eximiis militibus tota conſtabat. 'Quos fuga ad mare delatos, vt naues, quae ibi in anchoris ſtabant, conſcenderent, Gaita, Roberti coniux, longa in manum haſta correpta totis effuſis habenis infeſta perſequitur'. Ea re illi animaduerſa, colligunt ſeſe, in pugnamque, ſe mutuo ad officium adhortati, redeunt. Simul vero bipenniigeri y) et ipſe ductor eorum Nampites ardore pugnae et ſucceſſu primo per imperitiam elati, longo iam interuallo a Romanis diſiuncti legionibus conſerere feſtinabant manum cum ipſa Gallorum acie, 'quibus et ſuo et aliorum iudicio nequaquam inferiores in belligerando haberi ſolent z): eos Robertus contra venientes ſpeculatus, facile coniecit ex celeritate gradus, ex magnitudine percurſi ſpatii, ex grauitate armorum, defatigatos ac anhelitu ſublimi eſſe oportere. Ergo inſilire in ipſos iubet globos quosdam peditum, 'qui eos deguſtatos vbi longe mollius, quam pro inceſſus audacia, reſiſtentes ſentiunt a), 'facile admoto et ingeminato impetu cunctos ad vnum delent, quibus tuendi loci animus aut cura ſuperfuit b). Caeteri fugam intenderunt verſus templum ſummi coeleſtis militiae principis Michaelis; in quod, quanta loci capacitas fuit, conſtipati ſunt quamplurimi: quos ſacra aedes capere haud potuit, aſcenſum in tectum eius ac faſtigium moliti, tutos ibi ſe miſeri credebant. Verum Latini igne immiſſo ipſos cum templo pariter concremarunt vniuerſos.

LIT. § 24.

x) αὐτων.

y) οἱ πελεκυφοροι.

z) και γαρ ουχ ἡττον ἐκεινων περι τας μαχας, και ουτοι ἐκθυμοτεροι εισιν, και των Κελτων ἐν τουτῳ τῳ μερει ἀποδεοντες.

a) οἱ δε προκεκμηκοτες ἠδη, μαλακωτεροι των Κελτων ἐφαινοντο.

b) πιπτει γουν τηνικαυτα το βαρβαρον ἁπαν.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

§. 24.

a. C. 1083-1096.

24 [DVM Romani proelio cum Patzinacis decertare parant, vnus e ducibus, qui], ſelecti ex omni multitudine adſtare in proelio imperatori iuſſi ſunt — [fuit etiam] ʻdux Barangiae Nampites c).

§. 25.

a. C. 1106. d)

25 [SALOMON, cum, ob rebellionem, quam vna cum Michaele Anema fecerat, captus, interrogaretur, Sebaſtocratorem Iſaacium, fratrem Auguſti, intuitus,] et circam eum ſtantium ʻadſpectu barbarorum, gladios in humeris ancipites geſtantium e), vsque ad horrorem tremoremque conterritus, omnia ſtatim eſt confeſſus, conſciorumque ac participum edidit nomina.

§. 26.

a. C. 1107. f)

26 [BAIMVNDVS, ſupra dicti Roberti filius, collectis in Gallia auxiliis redux,] a Bario ad Aulonem — in oram Illyrici aduerſam inoffenſo traiectu deportauit incolumem exercitum, copiis innumerabilibus generis varii conſtantem. Siquidem ibi erant Franci Gallique plurimi; ʻex ea autem gente complures, quae ab Thule inſula Romanam olim ſequi militiam aſſueuerat g); ʻnunc tamen

24. ANNA COMN. p. 195. Cfr. *Tom. III. Patzinacica §. 83.*

c) τον ἀρχοντα Βαραγγιας Ναμπιτην.

25. Ead. p. 361.

d) Cfr. *Patzinacica §. 127.* not. *u.*

e) βαρβαρους θεασαμενος ἐπι των ὠμων τα ἑτεροστομα ξιφη κραδαινοντας.

26. Ead. p. 369, 370.

f) Hoc anno e Gallia reuerſum docet Fulcherius Lib. 2. c. 36.

g) ὁσοι ἀπο της Θουλης νησου στρατευονται Ῥωμαιοις. Du Fresne in Notis in Alexiadem p. 387. „*Anglos* intelligit, quos Boemundo tunc meruiſſe ſcribit. Videtur tamen innuere Ordericus Vitalis lib. 11. p. 316. cauiſſe Anglorum regem, ne ex Anglia educeret milites Boemundus. *Qui antequam Gallias attingeret, legatos ſuos in Angliam direxerat, et de aduentus ſui cauſa in Auſoniam regi mandauerat, et quod ad curiam ſuam transfretare vellet, inſinuauerat. At*

tamen Baimundi artibus et admiratione in tranſuerſum acta, fortunamque ac ſpem potius, quam officium et aequum, ſpectans, in nos infeſta veniebat [b]. Erant et ex Germanico genere permulti, et non fere pauciores ex Celtiberis.

§. 27.

a. C. 1109 - 1118.

CVM — aduenilſent e Perſide legati [a Saiſane Sultano de pace miſſi]; praetoriani omnes omnis linguae ac generis ordine 27
quiſque ſuo circum diſpoſiti terribilem in ſpeciem. 'nec deerant, quorum formidoloſior adſpectus erat, ſecuribus in humero poſitis armati barbari, perpetuam in ſeriem loco ſuo digeſti [i]. Per horum ora armaque minaciter renidentia longa via deducuntur legati Perſae ad imperiale ſolium.

§. 28.

a. C. 1118. [k]

[IOANNI Comneno, patre eius Alexio Auguſto animam 28
agente,] ad magnam regiam properanti nunciatur, Varangos, ſtationis excubitorum, vbi iidem habitabant, via occupata, neminem illac tranſire pati, aut accedere ad regiam. Quo nuncio perturbatus, quendam ad illos mittit percontatum, quid ſibi velint? Mittit et ad eccleſiam, qui diceret, imperatorem eſſe mortuum, ſeque celebrari velle vt imperatorem. At id quidem a clero et ſummo paſtore factum. Sed Varangi reſponderunt ei, qui rogabat,

contra prouidus rex metuens, ne ſibi electos milites de ditione ſua ſubtraheret, mandauit ei, ne diſcrimen hybernae nauigationis ſubiret, praeſertim cum ipſe rex in Neuſtria ante azymorum celebria tranſfretaret, ibique ſatis ſecum colloqui valeret, quod ita factum eſt. Certe Boemundum Rotomagum veniſſe auctor eſt etiam Eadmerus,,.

b) τοτε δε αυτῳ προσχωρησαντες δια την τε καιρε δυναςειαν.

27. Ead. p. 432. Cfr. *Tom. III. Turcica §. 217.*

i) και τες πελεκυφορες βαρβαρες ἐν ταξει καταςησαμενος.

28. ZONARAS T. II. p. 308, 309.

k) Hoc anno obiit Alexius I. Comnenus.

Imp. ALEXIO I. Comn.

a. C. 1118.

bat, cur regiae aditu imperatorem excluderent, ſe, imperatore viuente, neminem paſſuros ingredi. Illo vero affirmante, iam eſſe mortuum, Varangi, iureiurando ſancita eius rei fide, imperatori regiam ingredi conceſſerunt.

§. 29.

Imp. IOANNE Comn.

Imp. IOANNE *Comneno.*

a. C. 1123.

29 [PATZINACIS a Romanis proelio victis, eorum] pars quaedam non ignobilior ad caſtra reuerſa, fugae ſe dare nequaquam voluit, quin potius — compoſitis et apte inter ſe connexis plauſtris, quae deſuper bouinis contexerant pellibus, poſitisque in iis vxoribus et liberis, proelium inſtaurant. — Quae cum aduerteret imperator, — 'praecipit bipenniferis, qui ſibi adſtabant (gens ea eſt Britannorum, quae a multis retro ſaeculis Romanis militat), vt ſupra inſtarent, ſecuribusque ſuis currus diſſecarent l). Iuſſa iis ſtatim exſequentibus, Scytharum caſtris potitus eſt imperator.

§. 30.

Imp. EMANVELE Comn.

Imp. EMANVELE *Comneno.*

a. C. 1147. m)

30 [CONRADVS occidentalium imperator, intellecta clade, quam Alemanni a Graecis acceperant,] putri circa littus protracta nauicula, Damalis fretum traiicit. — [breuique poſt] per legatos principem rogat, vt ad ſe Romanum quemdam tranſmitteret, qui monſtraret viam, et tuto copias ſuas deduceret. Mittitur itaque, qui

29. CINNAMVS p. 4. Cfr. *Tom. III. Patzinacica* §. 139. *in varietate narrationis.*

l) ἐκελευε τοις ἀμφ᾽ αὐτον πελεκυφοροις (ἐθνος δε ἐςι τουτο Βρεταννικον βασιλευσι Ῥωμαιων δουλευον ἀνεκαθεν) πελεκεσιν ἐπιςαντας διακοπτειν αὐτας [τας ἁμαξας].

30. Id. p. 45.

m) Ad hunc annum Conradi expeditio et clades, cuius Cinnamus meminit, vulgo refertur.

a. C. 1147.

"qui ad id tempus Acoluthi dignitate functus fuerat n), dato inſuper mandato, vt de belli etiam ſocietate ineunda cum Conrado ſermones conferret. — Haec Conrado Stephanus nunciauit. Ille, ſuis in concilium coactis, commilitium penitus recuſauit. *Imp.* EMANVELE *Comn.*

§. 31.

a. C. 1152. o)

[STEPHANVS Contoſtephanus dum Corcyram, quam Siculi tunc tenebant, oppugnat, ictu lapidis letaliter vulneratur.] Quapropter vt, ſe in nauigii tabulatis clam depoſito, coeptis denuo inſiſterent, praecepit. Andronicum vero et bipenniferorum praefectum p), aduocatos, multis eſt cohortatus, vt id efficerent, ne a priori audacia remitterent Romani, ſed operi potiſſimum inſtarent, cum vrbis mox capiendae ſpes adeſſet. 31

§. 32.

a. C. 1158.

[ANTIOCHENI cum imperatorem, victo Toroſo, Armeniae rege, accedentem, vrbis aditu, vano inſidiarum ipſi paratarum metu iniecto, prohibere conarentur: is] dolum aduertens, nequaquam locum habituram fraudem dixit, — "(cum) imperatorem — magna, vti moris ſit, barbarorum bipenniferorum turba circumſtaret q). 32

§. 33.

n) ὁ το τȣ Ακολȣθȣ εἰς ἐκεινην την ἡμεϱαν λειτȣϱγημα ἐκπληϱων. Du Freſne in Notis ad h. l. p. 441. „Perperam Tollius *pediſſequum* vertit; id enim vocabuli apud Graecos Byzantinos *Varangorum ducem*, ſeu *praefectum* deſignat. — [plura de *Acolutho* vide infra *§. 57.*] —„. Cinnamus p. 122. Baſilii Camateri et p. 166. Aaronis meminit, eosque Acoluthorum dignitate functos eſſe ait.

31. CINNAMVS p. 56.

o) Ad hunc annum in Tabula Chronolog., Nicetae praefixa, oppugnatio Corcyrae refertur.

p) των πελεκυφοϱων — τον ἐξαϱχοντα.

32. Id. p. 108.

q) αὐτον γε μην τον βασιλεα πολυν τινα πελεκυφοϱων βαϱβαϱων ὁμιλον πεϱιεπειν, ὥσπεϱ ἐθος ἐςι.

Imp. ALEXIO II. Comn.

§. 33.

Imp. ALEXIO II. Comneno.

a. C. 1180. [r]

33 [QVO tempore Andronicus Comnenus rebellionem fecit, Alexius Protoſebaſtus] in palatio comprehenſus, a cuſtodia ‹Germanorum ancipites ſecures in humeris geſtantium [s]), exitu prohibetur. Sed ſub mediam noctem clam palatio eductus in aedes ſacrae curiae, quas patriarcha Michael ſtruxit, perducitur, cum eadem et maiore ac firmiore cuſtodia. — Aliquot diebus elapſis, matutino tempore ex templo abducitur, et in lintrem coniectus ad Andronicum defertur. Poſt etiam de ſententia omnium procerum iuſſu Andronici excaecatur.

§. 34.

a. C. 1181. [t]

34 [MAGNI domeſtici Batatzae filii, ne Andronico proderentur, veriti, dum in Siciliam curſum dirigunt,] aduerſo vento coorto, ad Cretam appellere coacti, ‹et a quodam praeſidiario Gallo, ex eorum ordine, qui ſecures geſtant, cogniti comprehenduntur [v]), et apud Cretae quaeſtorem deferuntur. Hic — rem Andronico indicat, qui — miſeros illos Comnenos excaecat.

§. 35.

35 [ANDRONICVS eum, matrem imperatoris Alexii e palatio eiicere cogitans, concilium procerum coëgiſſet; hi] de imperatrice ſententias rogati, reſponderunt, ſe prius velle cognoſcere, an id concilium de imperatoris ſententia coactum eſſet„. Qua oratione tanquam ſtimulo vulneratus Andronicus. „Iſti ſunt, inquit,

33. NICETAS CHONIATES pag. 161.

r) Annus, ad quem haec in Tab. Chronol. affiguntur.

s) — Γερμανων, οἱ κατωμαδον τους ἑτεροστομους πελεκεις ἀνεχουσιν.

34. Id. p. 170.

t) Vid. Tabula Chronol. Nicetae praefixa.

v) γνωσθεντες παρα τινος ἐκεισε φυλασσοντος (γενους οὗτος του πελεκυφορου και Κελτικου) συλλαμβανονται.

35. Id. p. 171.

a. C. 1181. — *Imp.* ALEXIO II. *Comn.*

quit, qui Protoſebaſtum ad illa facinora impellunt: comprehendite eos„. Statim igitur ſatellites gladios, quos humeris ſuſtinebant, in illos vibrarunt; et populus x) chlamydibus eorum apprehenſis, viros per contumeliam huc et illuc traxit, vt mortem aegre effugerent.

§. 36.

Imp. ANDRONICO *Commeno*. — *Imp.* ANDRONICO *Comn.* 36

a. C. 1183.

[ISAACIVS Angelus cum Hagiochriſtophoritam Stephanum, qui eum comprehendere voluerat, occidiſſet, in templum fugit. Simul maximus tota vrbe oritur tumultus.] Cum vero nemo ab imperatore adeſſet, qui illas res aegre ferret, non genere illuſtres, non Andronici amici, non bipenniferi barbari y), — creſcebat audacia factionis, [quae, vbi diluxit, Iſaacium imperatorem ſalutauit].

§. 37.

Imp. ISAACIO *Angelo*. — *Imp.* ISAACIO *Angelo.* 37

a. C. 1188.

[ISAACIVS Angelus, Leontio patriarchatu deiecto, Doſitheum Hieroſolymitanum ad patriarchatum euehit. Quem cum primarii ſacerdotes, plebe concitata, e ſede eduxiſſent:] imperator — ignominiam illam non ferens, omnibus modis aduerſatur, — Doſitheumque denuo confirmat per bipenniferos ſatellites z) et palatinos proceres in ſacram aedem deducit, populi motum veritus. — Caeterum rurſus ſede eiicitur, — Xiphilino Georgio patriarcha deſignato.

x) και απο τϐτϐ οι μεν δορυφοροι τα επι των ωμων επεφορηκτα ξιφη ως καθιζομενοι κατηνεγκαν. ο δε δημος cet.
36. Id. p. 219, 220.

y) οι πελεκυφοροι βαρβαροι.
37. Id. p. 260.

z) δια των πελεκυφορων αυτϐ δορυφορων.

Imp. ISAACIO *Angelo.*

§. 38.

a. C. 1190.

38 HOC tempore non Alemanni duntaxat Saracenis, qui Palaeſtinam occuparant, et Hieroſolyma vaſtarant, arma intulerunt: ſed et ‘Franciae rex et bipenniferorum Britannorum princeps, quos nunc *Inglinos* vocant a), plurimis nauibus ex Sicilia et ora Italiae maritima coactis, et commeatu oneratis, Tyrum petierunt.

Imp. ALEXIO *Ang. Comn.*

§. 39.

Imp. ALEXIO *Angelo Comneno.*

a. C. 1200.

39 [OB Lagi, praetorio praefecti, crudelitatem tumultu Conſtantinopoli a plebe concitato, Lagus fuga ſaluti conſulit.] populus nihilo minus confluens, magnum templum intrare et alium imperatorem creare voluit. ‘Sed qui aedem ſacram bipenniferi, praeſidii cauſa eo miſſi, iam occuparant, non digreſſi a praetorio, verbis indecoris imperatorem inſectati ſunt b). Qui Chryſopoli tum agens, partem ſatellitum ad praetorium occupandum mittit: eodemque praefectus vrbis Conſtantinus Tornicius venit. Ad cuius ſolum conſpectum exaſperati, lapidibus hominem petunt, et ſatellites profligant: et praetorii foribus effractis, et captiuis emiſſis, Chriſtianam illius loci aedem ſpoliant. —

§. 40.

40 [CIRCA idem tempus] quidam ex Comnenia familia contra imperatorem inſurgit, nomine Ioannes. — Is ſubito in maximum tem-

38. Id. p. 267.

a) ὁ Ρηξ Φραγγιας και ὁ των πελεκυφορων καταρχων Βρετταννων, ὁυς νυν φασιν Ιγκλινους. Qui hic καταρχων πελ. Βρεττ. paulo inferius των Ιγγλιων Ρηξ a Niceta vocatur, locus ſic habet: *Caeterum Inglinorum rex* [Richardus I. Cor leonis] *in illo itinere Cyprum occupauit.* —

39. Id. p. 339.

b) προκαταληφθεντος δε του τεμενους παρα των ἐις ἀυτου φρουραν ἀπεσαλμενων πελεκυφορων, μη μετισαμενοι του πραιτωριου, κατα του κρατουντος ἐρεσχελιας ἠφιεσαν ἀπρεπεις.

40. Id. p. 340.

a. C. 1200. *Imp.* ALEXIO *Ang. Comn.*

templum confugit, et corolla ex iis, quae circum ſacram menſam pendent, capiti impoſita, rurſus egreditur: et a coniuratis — in magnum palatium perductus, in aurato ſolio conſedit, — vulgo et parte ſeditioſorum — eum Romanorum imperatorem proclamante. [Imperator, re cognita,] cognatos et quicquid bellicoſorum hominum ſecum habebat, miſit, vt in tenebris Ioannem opprimerent. — Quare hi nauiculis ad Hodegium monaſterium traiiciunt, 'atque inde cum bipenniferis imperatoris ſatellitibus ſe coniungunt c) (neque enim armatis per forum tranſire licebat) et circa theatrum factionem Ioannis ſubito adorti ſunt, qua facile profligata, per ſummum otium ad ipſum Ioannem irrumpunt, eumque tanquam pecudem totis corporibus conniſi caedunt, et caput eius imperatori offerunt.

§. 41.

a. C. 1201.

[LATINI cum Conſtantinopolin oppugnarent, quidam eorum] perfracto muro, qui ad mare pertinens ſcala imperatoris dicitur, intro penetrarunt: ſed ab auxiliaribus Piſanis et bipenniferis barbaris fortiter propulſati et plerique vulnerati receſſerunt. 41

§. 42.

a. C. 1203. d)

[IMPERATOR Alexius, ſceleris in fratrem Iſaacium admiſſi conſcientia exagitatus, cum Debeltum ſponte fugiſſet, Conſtantinopolitani] putabant, — Latinos, qui caſtra in propinquo haberent, — ſtatim armatos in vrbem irrupturos. Igitur — Iſaacium, Alexii fratrem tanquam ſacram ancoram intuentur: et cum ſpado Conſtantinus, fiſci praefectus, bipenniferos e) coegiſſet, et apta oratione conciliaſſet, — imperatrix Euphroſyne vna cum cognatis comprehenditur, Iſaacius vero imperator ſalutatur. 42

c) κἀκεῖθεν τοῖς πελεκυφόροις συμμιγνύνται τȣ βασιλέως ὑπασπισταῖς.

41. NICET. CHON. p. 351.

42. Id. p. 354.

d) Diem XIX. Auguſti Indict. VI. a. M. VIMDCCXI. habet Nicetas p. 355.

e) τȣς πελεκυφόρȣς.

Impp. ISAACIO *Ang.* et eius Fil. ALEXIO.
43

§. 43.

Impp. ISAACIO *Angelo* et eius Fil. ALEXIO.

a. C. 1204. f)

[ALEXIVS, Iſaacii filius, vt rebellionem Nicolai Canabi eo facilius comprimeret, Latinas copias in palatium admittendas eſſe cenſuit. Eo conſilio nunciato, hanc idoneam ratus Murzuflus Ducas ad defectionem, quam parturiebat, occaſionem,] cum multis cognatis ſuis ſpadonem fiſco praefectum ſibi conciliat —. Is vero, imperatoris conſilio bipenniferis g) nunciato, efficit, vt ea amplectenda cenſeant, quae ipſe vellet, et Romanis grata eſſent. Ex eo imperatoris expulſio quaſi per ludum inchoatur, eumque Ducas intempeſta nocte adit, — et moeſta voce ait, cognatos eius et plurimos obſcuros homines, inprimis vero bipenniferos barbaros furioſo impetu in foribus eſſe, ad eum, ob initam cum Latinis familiaritatem et amicitiam, diſcerpendum. [Quo territum, et quid agendum ſit, rogantem Murzuflus] lata veſte et ad pedes vsque fuſa complexus, per portam pleriſque ignotam in tentorium, quod in palatio habebat, quaſi liberaturus, abducit. — Alexius ſtatim compedibus iniectis, in omnium teterrimum carcerem conicitur, Murzuflus vero inſignia imperii ſumit.

Imp. ALEXIO *Duca.*
44

§. 44.

Imp. ALEXIO *Duca.*

a. C. 1204.

[ALEXIVS Ducas Murzuflus cum imperio deſerto CPli egreſſus eſſet;] duo iuuenes modeſtiſſimi et bellicoſiſſimi, Ducas et Laſcaris, vterque Theodorus, de imperio — certant. — Laſcaris tamen a clero praelatus, inſignibus imperii repudiatis, cum patriarcha in Milium egreſſus, confluentem populum blandiendo et rogando ad reſiſtendum cohortari non deſiſtebat, et ſatellites h) ad pugnam [aduerſus Latinos] concitabat. Neque etiam exitium mi-

43. Id. p. 362.

f) D. XXV. Ian. Indict. VII. a. M. VI.MDCCXII. Nicet. p. 361.

g) τους πελεκυφορους, paulo inferius το πελεκεσιν ὁπλιζομενον βαρβαρον vocat.

44. Idem pag. 367.

h) τους σειοντας ἐξ ὤμων τω ἀξινα σιδηρεα.

a. C. 1204. *Imp.* ALEXIO *Duca.*

minus eis timendum eſſe, quam Romanis, ſi imperium ad aliam nationem deuolueretur: neque ampla ſtipendia neque imperatoris ſtipandi honorem retenturos, ſed mercenariorum militum loco futuros [i]. Quibus verbis cum nec e populo quisquam moueretur, nec bipenniferi [k], niſi ſtipendio promiſſo, auxilium promitterent, vrgens illud periculum callide nundinaturi, etiam cataphractae Latinorum cohortes apparerent; inde diſcedit [Laſcaris], et fuga ſalutem quaerit.

Sub

Theodoro Laſcari, Ioanne Duca et Theodoro Laſc. II. Nicaenis imperatoribus nulla ſit Varangorum mentio.

§. 45.

Imp. IOANNE *Laſcari.* *Imp.* IOANNE *Laſc.*

a. C. 1259. [l]

[SVB imperio Ioannis Laſcaris] cum magnus apud Magneſiam publicae pecuniae numerus eſſet depoſitus; non erat facile 45
magno duci et tutori principis [Michaeli Palaeologo] inde aliquid ſumere erogandum in quos vellet. Obſtabat enim Celtarum ſecurigerorum [m] inexorabilis ei theſauro impoſita cuſtodia, haud ſinens inde aliter quam cunctis praeſentibus et coram intuentibus diſpenſari quidquam.

§. 46.

a. C. 1260.

[MANVELEM Theſſalonicenſem antiſtitem, ne imperium ad 46
Michaelem Palaeologum, praeterito Ioanne puero, deferretur, obſiſtentem, qui circumſtabant,] admonuerunt, vt mentem aduerteret ad inruentem ipſi, pro quo tam pugnaciter certabat, puerum, et geſtu indicantem, aequi bonique ſe conſulere, vt ſolus Palaeologus coronaretur: quo nihil ille motus, audiuit etiam mox voce

i) ἀλλ᾽ ἐν ἀισῃ κα͵ρος τεταζονται.

k) το πελεκυφορον.

45. PACHYMERES T. I. p. 41, 42.

l) Annus in Tabula Chronol. Pachymeri addita poſitus, e qua etiam infra annos adſcribo.

m) το κελτικον και πελεκυφορον.

46. Id. ibid. p. 66.

Imp. IOANNE *Laſc.* a. C. 1260.

voce balbutiente ſibi dicentem, Ioannem, ſufficere ſibi tunc quidem ſi tutus viueret et ſecurus a vi (multi enim minabantur, ſe ipſum de medio ſublaturos, ſi reſiſteret. aderatque Celtarum, ſecures geſtantium, circumſtans cohors [n]) ancipiti obſequio ad nutum potentiorum parata, vel tueri puerum vel tollere, ac facere omnino, quicquid iuberetur) —.

§. 47.

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1273.

47 [CHARTOPHYLAX Veccus, ne pax et concordia eccleſiam Graecam inter et Latinam conciliaretur, cum totis viribus impedire conaretur, Michaelis Pal. odium collegit, eiusque iuſſu] comprehenſus eſt, et in carcerem turris Anemae concluſus, Celtis ſatellitibus [o]) cuſtodiendus traditur.

§. 48.

a. C. 1280.

48 [MICHAEL Palaeologus, cum ei nata eſſet ſuſpicio affectati a Ioanne Laſcari imperii, monachum quendam Cotyn, familiarem Ioannis] Celtis [p]) tradidit ſuſpendendum et diris adigendum cruciatibus ad prodenda quae celaret. At ille cum ligaretur ad ſuſpendium, exanimatus metu concidit.

§. 49.

Imp. ADRONICO *Seniore.*

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1283.

49 [MICHAEL, Ioannis ſebaſtocratoris filius, vt diuturnae captiuitati finem faceret, turrim, in qua detinebatur, palatinis aedibus

n) το Κελτικον πελεκυφορον.

47. Id ibid. p. 257.

o) τοις Κελτοις σωματοφυλαξι.

48. Id. ibid. p. 332.

p) τοις Κελτοις.

49. PACHYMERES T. II. p. 47.

48. Id. p. 46. haec habet: *Erat ambobus* [Michaeli eiusque forori, quae antea Terteri, Bulgarorum regi deſponſa fuerat] *cuſtodiendis praefectus Erres quidam ſic voca-*

a. C. 1283. Imp. ANDRONICO Sen.

bus admotam, flamma delere conatus eſt. Auguſtus re animaduerſa, ſtatim, qui incendium reſtinguerent, miſit. Quorum vnus Carbas eunuchus cum per fores ſecuribus effractas irrumperet, a Michaele aduerſus irruente, enſe confoditur.] Ad facinoris atrocitatem, ſubitis, vt fit, clamoribus momento diuulgati, confluxere ſtatim plurimi, et inter hos cohors ſecurigerorum excubare ad regiam ſolita q). Hi cruento ſpectaculo perculſi, auctorem caedis nefariae, ira omnem miſericordiae ſenſum obruente, crudeliter ſecuribus conciderunt.

§. 50.

tus, oriundus ex Enclinis (τω Ἐῤῥη ἐξ Εγκλινων ὀντι). *Huic ſuberant duo milites, quibus tertius acceſſerat puer adminiſter, aetatis tenerae. Venit in ſpem Michael eluctandi tam exigui praeſidii, ſi attrahere in partes Errem praefectum potuiſſet. Ergo in id incumbens, multis hominem ambiuit precibus, promiſſo etiam ipſi coniugio ſororis in praemium operae, quam eis in libertatem aſſerendis contuliſſet. Sunt, qui dicant, delibatum iam tum vſum iſtius oſtentati connubii, praeſumta inter deſtinatos ſponſos ſtupri licentia, nec inſcio nec inuito Michaele, qui nihil penſi haberet, vel tam turpi ſibi pignore tanto certius oppignorare fidem Enclinenſis in repraeſentanda quam primum promiſſa ſolutione captiuitatis exoſiſſimae. Huius rei facultatem non paruam habebat Erres, quod praeterquam, vt dixi, ſummum eius cuſtodiae arbitrium obtinebat, etiam eius fidei ſecure acquieſcebat imperator. quare quid poſſet ſentiens, facile ad oſtentatum honorem tanto ſuperioris ſua ſorte affinitatis arrexit animum, et facturum ſe, quod rogabatur, prolixe recepit.* Naulcula itaque ab amicis Michaelis parata, et cuſtodibus reliquis occiſis, *eductis Erres captiuis duobus inclamauit voce contenta reliquis intus ſatellitibus, — vt vigiliam ſe vtique abſente intenderent, valiturum hoc non fruſtra credidit ad diſcutiendas ſuſpiciones obuiorum, tali hora notum imperatoris miniſtrum tendere ad littus cum duobus eductis cuſtodia cernentium.* re ex voto ſuccedente nauiculam conſcendunt. In mari vero tempeſtate orta nauis ad Rhaedeſti oram conicitur, et omnes ibi capti reducuntur.

q) το πελεκυφορον ταγμα βασιλεων.

Imp. ANDRONI. CO Sen.

§. 50.

a. C. 1284.

50 [VECCVM patriarchatu deiectum, cum ſociis, imperator] iubet — naue deportari in arcem a dextris ingredienti ſinum Aſtacenum ſitam, cui nomen a ſancto Gregorio eſt, vbi concluſi ſub cuſtodia Celtorum r), cui praeerat vnus ex imperatoriis excubitoribus, relicti ſunt, ſine vlla interim prouiſione penſionis ad victum.

§. 51.

a. C. 1320. s)

51 [QVO tempore factio Andronici iunioris rebellionem meditabatur, prima quadrageſimae hebdomade] cum imperatorii bipenniferi, et milites, et enſiferi t) cubitum ituri eſſent, tantus ſubito hinnitus circa palatium exauditus eſt, vt omnes, quotquot intus erant, percellerentur. —

§. 52.

a. C. 1325. v)

52 [IMPERATOR Andronicus cum ritu ſolemni coronandus, toto inceſſu ſeu pompa ſacra praecederet:] ad vtrumque latus Barangi cum ſecuribus x), et claro ſanguine iuuenes armati, aut etiam inermes circiter centum compoſite ſequuntur.

§. 53.

a. C. 1327. y)

53 [ANDRONICVS iunior in oratione ad eos, quos auus ad ipſum miſerat, habita, inter alia], Videtis [inquit], vt nec vitae meae

50. Id. ibid. p. 63.

r) ὑπο Φρεροις Κελτοις.

51. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 187.

s) Annus 1320 margini adſcribitur p. 177. a. 1321. p. 192.

t) των περι τον βασιλεα πελεκυφορων και ϛρατιωτων και ξιφηφορων.

52. CANTACVZENVS T. I. pag. 123. Codinus de Offic. CPl. p. 125.

v) Hoc anno, indict. 8. quarto Non. Febr. coronatus eſt Andronicus Iunior. Cantac. p. 121.

x) οἱ τε τους πελεκεις ἐχοντες Βαραγγοι.

53. NICEPH. GREGOR. Tom. I. p. 243.

y) a. M. 6836. Cal. Sept. habet Niceph. p. 236. a. C. 1328. p. 249. margini adſcribitur.

a. C. 1327. *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

meae parcam, non corpori curando, non genio indulgeam, non ſatellites, non bipenniferos z) adducam: vt non modo regibus mos eſt propter inuidioſam imperii conditionem, ſed iis etiam, quos fortuna a parentibus et cognatis procul relegatos huc atque illuc ferri et continenter mortem ob oculos habere coëgit.

§. 54.

a. C. 1330.

[ANDRONICVS iunior vt Phocaeam nouam acceſſit, quae 54
tunc Andreae Cataniae Genuenſi parebat; huius patruus Aregus Tartaro, qui per nepotis abſentiam, vrbi praeerat, eam imperatori dedidit. Qui] duobus diebus in arce exactis, die tertio mane Arego accerſito, ſecurigeros Barangos claues vrbis afferre (hos enim vrbium claues imperatore praeſente cuſtodire ſolemne erat a)) et Arego tradere imperauit. [Diſcedens ei vrbem commendauit et per eum Andreae, quem eiusdem praefectum declarauit].

§. 55.

a. C. 1341. b)

MAGNVS domeſticus [Ioannes Cantacuzenus] imperatorem 55
[Andronicum iuniorem] iam leto proximum cernens —, confeſtim Ioannem imperatorem et fratrem Manuelem [Andronici iunioris filios] in palatium duxit, iuſſitque illis adeſſe miniſtros et cuſtodiri palatium a militibus, quos puero imperatori beneuolentiſſimos nouerat. De ſuis quoque famulis fideliſſimos ibi reliquit, et ſecurigeros Barangos quotquot erant, omnes numero quingentos c).

z) μητε δορυφορȣς ἤ πελεκυφορȣς.

54. CANTACVZENVS Tom. I. p. 238.

a) τȣς τȣς πελεκεις ἐχοντας Βαραγκȣς κελευσας ἀγαγειν (τȣτȣς γαρ ἐθος τα κλειθρα των πολεων, ἐνθα ἀν ἐπιδημοιη βασιλευς, κατεχειν).

55. Id. ibid. p. 339.

b) Hoc anno obiit Andronicus Iunior.

c) και των οἰκετων τȣς πιστοτατȣς των ἰδιων περι πεντακοσιȣς τον ἀριθμον καταλιπων, και τȣς τȣς πελεκεις ἐχοντας Βαραγγȣς, ὁσοι ἠσαν.

CAP. II.

CAPVT II.

Officia Varangorum in Aula Byzantina.

§. 56.

56 QVEMADMODVM — quilibet ex proceribus deſignatum et proprium locum in circumſtatione obtinet: ita et quaelibet aulicorum claſſis proprium in aula tenet locum. Barangi enim miniſtri ſunt ad fores conclauis imperatorii a) et triclinii.

§. 57.

57 ʼACOLVTHVS Barangorum praefectus eſt b). Sequitur imperatorem ante illos. Ea etiam de cauſa *acoluthus* c), hoc eſt, *ſecutor*, appellatur.

§. 58.

56. CODINVS de Officiis CPl. p. 65.

a) ἐις τας θυρας τȣ κελλιȣ. Adnotat ad h. l. Goar in Notis ad Codinum p. 74. „Excubias agentes Barangi ad ſacri cubiculi fores vigilant. Eos inde repulit Andronicus, vt moloſſo, cui confidebat, corporis praeſidium permitteret. Ὁι μεν γαρ σωματοφυλακες, ait Nicetas in eius vita lib. I. [p. 207.] καὶ δορυφοροι ἀποθεν πȣ τȣ βασιλικȣ κοιτωνος νυκτος κατευναζοντο. ὁ δε γε κυων προς ταις θυραις ἐδεδετο. Excubiis liberati ſtationem loco dicto *excubita* deputatam habebant, ait Zonaras in Io. Comn. [T. I. p. 309. vid. ſupra §. 28.] —. Vnde antiquis *Excubitoribus* vocatis Barangos ſucceſſiſſe, non diffitendum —„.

57. Id. ibid. p. 67.

b) ὁ Ακολȣθος ἑυρισκεται μεν ἐνοχος των Βαραγγων. De Acolutho Conſtantinus de Cerim. Aul. Byz. T. I. p. 256. Prohedrus ſeu praeſes vniuerſi ſenatus ab imperatore creatus, *ex eo tempore procedens diebus communibus et operariis, induit in aede St. Ste-*

§. 58.

SCVTIFER d) fert geminum velum e) et imperatoris ſcutum non ſolum ad loca orationis f), ſed quocunque ſe confert imperator. Omnes porro Barangi g) ad hoc geminum velum defendendum ſunt deſtinati. Siue igitur imperator ſit in foſſato b), ſiue alibi, duplex velum ſeu vexillum ſemper illi praeportatur. 58

phani, quae eſt in circo, ſcaramangium oxypraſinotriblattum —. Illic ingreſſo primi occurrunt Drungarius vigiliae ab Acolutho [*ſeu Barangorum ſecuriferorum duce* addit haec interpres] *ſtipatus, et Magiſtri.* cet. Id. ibid. T. II. p. 302. Tempore conuentus magnatum in aulam, qui ſingulis diebus dominicis fit, *Acoluthus — ſtans ad portam illam triclinii Iuſtinianei, e qua velum Tagenarium* (το Ταγηναριον βηλον. interpres addit *ab attagenibus intextis ita dictum*) *dependet, circumſpicit, num ceremoniarius atque ſilentiarii conuenerint ad conficiendum intra dictum velum conſiſtorium. Ceremoniarius autem et Silentiarius ſtant loco et more conſueto, nutu capitis ſignificantes acolutho, vt ingrediatur. Tum intrat acoluthus* [Δρουγγαριος mendoſe, vt videtur pro Ακολουθος] *gerens ſuam ſpatham et dextra manu tenens maglabium, ſeu clauam, et ſecurim, ſuper dextro humero repoſitam* (τῃ δεξιᾳ χειρι κρατων το τε μαγλαβιον και τὸ τζικουριν ἐπικειμενον τῳ δεξιῳ αυτου ὠμῳ). *Vbi autem in magnum Iuſtiniani triclinium peruenit, adorat* (προσκυνει), *quoties ſingula magnorum omphaliorum* [*ſeu vmbilicorum, id eſt, marmorearum in pauimento rotarum* interpres addit] *calcat, ceremoniarium et ſilentiarios, conſiſtitque in ſuperiore parte, deſpiciens ad occidentem, id eſt, ad Skyla; et protinus accipit acoluthus nutu ſignificationem, et pronunciat erga Magiſtros* KELEVSATE [*id eſt, velitis huc venire* addit interpres] *magiſtri et patricii,* quo facto hi et alii, quos ſimili modo alloquitur, in magnum intrant triclinium, et ſuum quisque locum occupat.

c) A graeca voce ἀκολουθειν *ſequi.*

58. Id. l. c.

d) ὁ Σκουτεριος.

e) το διβελλιον. P. Goar in Notis ad h. l. p. 76. potius *diuum vexillum* reddendum putat, ob crucis figuram in eo depictam appellatum.

f) ἐις τας προκυψεις in marg.: loca, *quibus in throno ſublimis ſedet.*

g) ὁι Βαραγγοι. in marg. ὁι ἀκολουθουντες Βαραγγοι.

b) ἐις το Φοσσατον, *in exercitu* margini adſcribitur.

§. 59.

59 DVM — liturgia peragitur — ſimiliter et Barangi ſtant — in eadem aula [templi] 'prope columnas oratorii i), 'ferentes ſecures ſuas palmis ſuis k). Cum autem ſuperne ex oratorio imperator ſe conſpiciendum praebet, tranſferunt eas, vt moris eſt, in humeros ſuos.

§. 60.

60 [IMPERATORE ad menſam aſſidente] veniunt et multos annos precantur Barangi, 'patria ſua lingua, nempe Anglicana l); concuſſisque inuicem ſecuribus ſuis ſtrepitum edunt.

§. 61.

61 [DVM conuiuium apud imperatorem celebratur] poſt protonotarium veniunt primicerii Barangorum, omnesque Barangi cum ipſis, qui et ipſi accipiunt fercula: quos ſequuntur milites aulici et ſtationarii, et alii plurimi, qui omnes — ex manu magni domeſtici fercula accipiunt, et abeunt.

§. 62.

62 [FESTO palmarum] poſtquam imperator, patriarcha et imperatorii ſacerdotes de ambulacro [quod a conclaui imperatoris vsque ad eccleſiam pertingebat] deſcenderunt: puer accurrens rapit ramum: quod indicium eſt, imperatoris decreto ambulacrum iam in praedam conceſſum, et extra culpam fore hos, qui diripiunt. Ita diripitur a Barangis, a ſtationariis et a reliquis, qui in aula ſunt, ordinibus.

§. 63.

63 'IN feſto Occurſus ſeu Purificationis m) recipit ſe imperator ad Blachernarum templum, comitantibus Barangis. qui ſemper

59. Id. ibid. p. 80.

i) πλησιον των της προκυψεως κιονιων.

k) Φεροντες τας πελεκεις αυτων επι των καρποχειρων αυτων.

60. Id. ibid. p. 90.

l) κατα την πατριον και ουτοι γλωσσαν αυτων, ηγουν Ιγκλινιςι (in marg. Εγκλινιςι).

61. Id. ibid. p. 92.

62. Id. ibid. p. 100.

63. Id. ibid. p. 113.

m) κατα την της υπαπαντης εορτην.

per imperatorem equitantem comitantur, portantes humeris ſuis ſecures ſuas, deducuntque vſque ad excelſos gradus n). At in hoc feſto etiam ad templum comitantur: vbi tamen non manent vſque ad imperatoris reditum, ſed praeſtolantur, vt conſuetum eſt, ad portam excelſorum graduum, vbi imperatorem excipiunt, et vſque ad Sancti Spiritus deducunt o).

§. 64.

IN Natiuitate venerandi Prodromi confert ſe imperator ad venerabile monaſterium Petrae, quod ipſius nomine honoratur; ſequentibus et hic Barangis vſque ad monaſterium, ſicuti ad Blachernarum templum comitari ſolent, vt praedictum eſt. 64

In Decollatione venerandi Praecurſoris iterum abit imperator ad ſupradictum venerabile monaſterium Petrae, Barangis comitantibus, vt prius. 65

§. 65.

DIE, qua colitur memoria depoſitae venerandae veſtis Deiparae, proficiſcitur imperator ad Blachernium templum, comitantibus Barangis, vt antea diximus. 66

n) *μεχρι των ὑψηλων.* P. Goar in Notis ad Codin. pag. 104. non gradus excelſos, ſed altum Blachernii palatii aediſicium, vnde ſubiecta Philopatienſis planities detegatur, intelligi putat.

o) *και ἀκολουθουσιν αυτῳ μεχρι και του πνευματος* [in marg. In I. Reg. cod. correctiſſime *πεζευματος* — *locum, quo ex equo deſilit*].

64. Id. l. c.

65. Id. ibidem.

66. Id. ibidem.

IO. IACOBI REISKE COMMENTATIO DE ACOLVTHO ET VARANGIS[a].

Acoluthus [b]) erat magiſter illorum militum palatinorum, qui Barangi ſolent appellari et cuſtodiae ſacri corporis deputati ſecures gerebant. v. Du Cange Gloſſ. Gr. h. v. et ad Cinnam. p. 441. [c])

[Varangi ſeu Angli inter corporis cuſtodes Graeci imperatoris. Du Cange ad Villehard. p. 296. De vocis Etymol. v. Bayer T. IV. Comment. Acad. Petrop.]. Angli ſint, an Franci, diſputatur.

Mihi dubium non eſt, *Francos* et *Barangos* [d]) et *Waragos* eosdem eſſe. Abulfeda in Geographia poſt mare برديل, quod aut Barduliae, hoc eſt, caſtellae Veteris, aut Bordilae, hoc eſt,

a) Legitur ea in Commentariis Viri Celeb. ad Conſtantini Porph. Ceremoniale Aulae Byzant. p. 149, 150. Ad locum ſupra ad §. 57. not. *b* allatum.

b) Non ſemper eodem nomine a Scriptoribus Byzant. inſignitur, nunc enim ὁ των Βαραγγων ἡγεμων, nunc ἀρχων Βαραγγιας, nunc ὁ ἐξαρχων των πελεκυφορων appellatur.

c) Vide §. 30. not. *a*.

d) At pluribus locis Βαραγγοι et Φραγγοι ita coniunguntur, vt pro diuerſis eos habuiſſe Scriptores Byz. videri debeant, Cfr. §. 4. 6. 7. 11. 13. 26. 38. Coniecturae tamen Viri doctiſſimi locus §. 33. allatus patrocinari videtur.

eſt, Burdigaliae (vid. Du Cange v. *Paſtorelli*) recenſet vt proximum et continuum mare بحر ورنك *mare Warangorum*. Liquet Francicum id eſſe, nobis hodie Germanicum dictum, ab Aquitania inde vsque ad Norwegiam porrectum. Veniſſe Francos e Septentrione, tranſiiſſe pro parte in Angliam vna cum Saxonibus Saeculo V. notum eſt. Vnde facile conciliari poteſt, Barangos Francos eſſe, et tamen Anglos a Codino et Anglice loquentes dici [e]).

Nomen Francorum olim *Feranki* et *Faranki* pronunciabatur (vid. Barth. ad Guilielmi Briton. Philipp. I. 114. p. 28. et Du Cange v. *Feranci*). De nominis autem Francorum ratione etymologica diſcrepant ſententiae, quibus recenſendis non immoror; eam tamen, quae mihi probabilior videtur, expediam. Primum quidem id improbabile videri et cauſam noſtram turbare non debet, quod *w* et *b* et *f* promiſcue habemus, dicimusque a nobis hodie et olim Francos dictos eosdem cum Barangis et item cum Waragis eſſe. Nam e. c. quos nos hodie *Wallachos* dicimus, eos Graeci Βλαγκȣς et Βλαγχȣς appellant, Arabes افلاق Aflak. Deinde hoc quoque perinde eſt, Waragus an Warangus efferas. Vtrumque recte; ſiue ex more Graecorum, ſiue ex etymologia. Solent Graeci *n* ante *g* interponere in nominibus gentium et aliis. Vt, quod modo citabam exemplum, Βλαγχȣς appellant [f]), quos alii et ipſi ſe *Blachos*; item, qui proprie Vgri ſunt, eos Graeci et nos ad ipſorum exemplum *Vngros*, *Vngaros* appellamus. Vt nos hodie nomina qualitatis non tantum in *ich* vel *ig*, ſed etiam in *ing* terminamus, ſic quoque veteres Germani ſeu Franci ſuo more non tantum in *ag* et

e) Quem locum §. 60. attuli.

f) Scriptores Byzantini eos Βλαχȣς vocant, vt Anna Comn. pag. 13. 227. 273. 274. Cinnam. p. 152. Nicetas Chon. p. 85, 86. 236. 238. 274. 279. Niceph. Gregor. T. I. p. 125. Cantacuz. T. II. pag. 526. Duc. p. 53. 194. Codin. Orig. CPl. p. 48. 81. neque me Βλαγκȣς vel Βλαγχȣς vsquam legere memini. res ipſa tamen ſalua eſt, vt Σφενδοσθλαβος pro *Swjatoſlaw*, Σφενδοπλοκος pro *Swjatopolk*, Ταγγρολιπηξ pro *Togrul-beg* et alia confirmant.

et *eg*, ſed etiam in *ang* et *eng* terminabant. Pro *gryſeus* (*greſig*) dicebant *gryſengus*: vid. Du Cange h. v. ita quoque pro *wehrig* dicebant *warag* et *wareg*, et *warang* et *wareng*. Vt dicimus *Jüngling* pro eo, qui iuuenis eſt, *Zwilling* pro eo, qui gemellus eſt, *Edeling* pro nobili etc. ſic optimo iure, quamuis vſus non adſtipuletur, poſſemus dicere *Wehring* pro homine tutelari, protectore. Et id quoque in vſu olim fuiſſe, probat nomen *Beringer*, *Berengarius*, quod nihil aliud eſt, quam *Barangus*, *protector*. In vſu quotidiano eſt adhuc hodie vox *wehre*, *tuitio*, *protectio*. *Sich zur wehr ſtellen*, *ſe comparare ad ſe tuendum*. Hinc *war* Anglis et *guerre* Francis aliud nihil eſt, quam noſtrum *Wehre*, *pro aris et focis dimicare*. *wehren* dicimus pro *arcere a nobis*, *amouere*, *profligare*. Hoc ſenſu eſſent Barangi *ὁι ἀποσοβȣντες*, *qui ſubmouent turbam*, *aggreſſores profligant*. Vel ſic potuerunt dici, quia tantum bello viuerent, et mercede militatum extra patriam irent. „*Warings* (ait Du Cange v. „*Grauaringus*) vocant Angli milites, vocabulo, vt videtur, ducto „*a werra*; noſtris dicuntur *hommes de guerre*„. vid. Du Cange v. *Warantur*. Hi *Barangi* vel *Franci*, id eſt, *protectores* habitabant in Excubitis, vel ſtatione Excubitorum. Zonaras in Alexio g) —. Geſtabant romphaeas et bipennes ſuper humeris, vel etiam bipennes ad femur habebant pendentes. vid. Noſtr. p. 302 h). et hos intelligit Pſellus in Hiſtoria miſta (apud Du Cange v. *ῥομφαια*) quando ait Theodoram circumſtetiſſe cum aliis protectoribus eos, qui graues ferro bipennes ex humeris librabant i), *περιειστηκεισαν δε ταυτην ἔξω πολυ πληθος — ὁι μεν ξιφη περιεζωσμενοι, ὁι δ᾽ ἀπο των ὤμων ῥομφαιας βαρυσιδηρȣς ἐπεσειον, ἀλλοι δε δορατα ἠγκαλιζοντο ἐφεξης ἑστηκοτες.*

Non ſolum in aula militabant Barangi, ſed etiam in prouinciis. Scylitzes in Monomacho Francos et Warangos in Iberia et Chaldia collocat k). — Barangos quoque in expeditiones bellicas, quas Graeci tentabant, iuiſſe conſtat etiam e Chronico Caſinenſi, II. 37 p. 363. vbi Graeci dicuntur *Apuliam et Calabriam ſibi vindicaſſe*, *ſociatis in auxilium ſuum Danis*, *Ruſſis et*

g) Locum ipſum vide §. 28.

h) Vide §. 57. not. b.

i) Cfr. et §. 35.

k) Vid. §. 7. alia huius rei exempla habes §. 5. 12. 17. 34. cet.

et Gualannis. Eiusdem originis ſunt Dani et Gualanni. Putantur enim Barangi e Dania in Angliam veniſſe. Atqui *Gualanni et Barangi* iidem ſunt. *Gu* vt *W*, item *nn* vt *ng* olim pronunciabatur, et *l* ſaepe litterae *r* ſubſtitui ſolebat; vt ergo *Gualanni* et *Barangi* ſono prope nihil differrent.

Non ſolus imperator habebat Barangos ſui corporis cuſtodes et perpetuos comites, verum etiam proceres habebant l), ſi non veros, at certe tamen Graecos ad modum Barangorum veſtitos et armatos; vt hodie quos magnates noſtri alunt apparitores, Heyduckos appellamus, etiamſi natione Germanos, ad modum tamen Heyduckorum compoſitos. Schol. Baſilic. ad L. 60. p. 695. *ἐπι των ἡμερων τȣ βασιλεως Ἀλεξιȣ τȣ Κομνηνȣ Βαραγγȣ συγκλητικȣ τον ἑτερον Βαραγγον συγκλητικον φονευσαντος.* Hic Barangus ſenatorius eſt, qui ad ſenatorum aliquem pertinebat, eique apparebat.

Horum itaque imperialium Barangorum magiſter appellabatur peculiari nomine, non patrio quidem, at Graeco tamen ad patrium confiсto. Patrio enim nomine ipſi ſe appellabant et a ſuis citabantur *Folgher,* id eſt, *comes, ſecutor, apparitor, ἀκολȣθος* m). Vox Germanica eſt *folgher* et *folgheres,* id eſt, *folger, folgerer* appellabant medio aeuo *qui aliis deſeruiunt,* vt ait Bracton L. III. tract. 2. c. 10. Apponam eius locum e Du Cange v. *Folgare. Omnes, qui terram tenent et domum, qui dicuntur* Hausfaſtene [*Hausfeſte,* angeſeſſene] *et etiam alii, qui aliis deſeruiunt, qui dicuntur* folgheres, id eſt deſeruientes, apparentes in obſequio, ſequentes herum, quo eat, comitantes, et a latere eius non decedentes. Supereſt adhuc ea vox in ſermone Anglicano, *fellow.* Nam *fellow* et *fellower* idem eſt, ac *fellog* et *felloger.* In vniuerſum quidem omnes Warangi in militia palatina merentes erant *folgheres,* ſeu *acoluthi.* Verum vt ſolemne erat illi aulae, Magiſtrum et caput militaris alicuius tagmatis per excellentiam eo nomine appellare, quod ſingulari cuique militi competebat (vt e. c. Hicanatum pro praefecto Hicanatorum, excubi-

l) Huc ſpectat locus §. 53. allatus.

m) Cfr. §. 57.

cubitum, Ploimum, Periuſium etc. pro praefecto excubitorum; ploimorum, periuſiae); ſic etiam Acoluthum per excellentiam appellabant eum, qui tagmati Açoluthorum praeeſſet. Ipſi enim Barangi ſe *fellows, folgherer, acoluthos* appellabant. Hos Barangos procul dubio intelligit Rhamnuſius L. II. de bello CPtano p. 87. 1. *Macherophoros* laudans, *quos Satellitium, Griffonum vulgo Graecis nominatum ex Anglis et Danis, antiquo Caeſarum Graecorum more conſcriptum in ſtationibus erat.* De *Griffonibus* nihil vſquam comperi. Videtur tamen auctorem Villharduinum habuiſſe.

NEMI-

NEMITZICA
E
CONSTANTINO PORPH., IOANNE SCYLITZE, ZONARA, ANNA COMNENA ET GLYCA.

§. 1. *Inſcriptio litterarum ab imperatoribus CP. ad regem Baïuri ſeu Nemitzorum datarum*

§ 2. *Criſpinus Francus a Nemitzo quodam accuſatus.*

§. 3. *Legio Nemitzorum rebellat, a Romano Diogene pacatur.*

§. 4. *Nemitzi cum aliis muros CP. tuentur; Comneni eorum ducem ad proditionem ſollicitant.*

§. 5. *Alexius Comn. eorum ope CPlin capit.*

§. 1.

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

a. C. 945-959. a)

Imp. CONSTANTINO *Porph.* 1

A D regem Saxoniae, ad regem Baiuri, [ſeu Baioariae vel Bauariae b)] (eſt ea regio, quam vulgo nobis dicti Nemetzii,

1. CONSTANTINVS de Cerim. Aul. Byz. T. II. p. 398.

a) Haec ſcripta eſſe videntur poſt Romanum Lacap. imperio deiectum, Conſtantino cum filio Romano imperante.

b) [ ] incluſa hic et infra interpres addit.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 945-950.

metzii, [id eſt, Germani vel Alamanni] incolunt c)), ad regem Galliae, ad regem Germaniciae, [vel Germaniae] perſcribitur eodem ad omnes titulo, nempe hoc: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, vnius et ſolius veri Dei noſtri, Conſtantinus et Romanus, fideles in eodem Deo imperatores Romanorum ad illum cariſſimum ſpiritualem fratrem, illuſtrem regem.

§. 2.

Imp. ROMANO DIOG.

Imp. ROMANO *Diogene.*

a. C. 1068-1070. d)

2 [CRISPINUS Francus] exercitus imperio abdicatus fuit, non ſincere conuictus; ſed tantum a quodam Nemitzo illuſtri e) accuſatus.

§. 3.

Indict. 8. a.M. 6578. f)

a. C. 1070.

3 α) [IMPERATOR Romanus Diogenes] Caeſaream praetergreſſus, ad fontem nomine Cryam peruenit. — Cum autem vexaretur regio, et a militibus deſolaretur; infeſtiorem ſe praebuit quibusdam ex legione Nemitzorum g); qui reprehenſi et laeſi rebellant.

Hae-

α) ZONARAS: Imperator — *ad locum, qui fons frigidus dicitur* (εἰς την λεγομενην κρυαν πηγην) *vallum communiuit. Vbi cum ob Nemitzorum quosdam; propter facinora, ſeuerius multatos, legio defeciſſet, ipſe ſtatim in equo aduolans, adducto exercitu deſertores perterritos in belli ſocietatem recepit.*

c) εἰς τον ῥηγα Σαξωνιας. εἰς τον ῥηγα Βαϊερη (ἐστι δε αὐτη ἡ χωρα οἱ λεγομενοι Νεμιτζιοι).

2. IOANNES SCYLITZES (Cedren. T. II.) p. 830.

d) Anni ab initio imperii Romani Diogenis vsque ad annum p. 833. a Scylitze indicatum.

e) παρα Νεμιτζε τινος ἐπισημε.

3. Id. ibid. p. 836. Zonar. T. II. p. 281.

f) Hunc annum habet Scylitz. p. 833.

g) ἐκ τε ταγματος των Νεμιτζων.

a. C. 1070.

Imp. ROMANO *Diog.*

Hac re cognita, cum equum conſcendiſſet imperator, et milites conuocaſſet, 'proprios hoſpites deterruit, rurſusque impoſitis conditionibus vel inuitos ſibi ſubegit, hanc vnam poenam definiens, vt in extrema parte exercitus poneretur, qui erant in prima et proximi corporis cuſtodes.

§. 4.

Imp. NICEPHORO *Botaniate.*

Imp. NICEPHORO *Botan.*

a. C. 1081.

β) [CVM Alexius Comnenus rebellionem faceret; Caeſar 4 Ioannes Ducas vna cum eo muros CPlis circumiens, interrogabat,] quinam eſſent, qui quibusque turribus inſiſterent. 'Cognouit itaque alia propugnacula obtineri a cohorte immortalium, alia a Barangis i)'r, alibi praeſidere Nemitzos k), gentem et ipſam

β) ZONARAS: *Alexius — ſalutatur imperator. — Botaniates vero cuſtodes in moenibus collocat. Erant autem in turri quadam ad vrbis portam Charſiam cuſtodes Nemitzi, gens Gallica* (Νεμετζοι, ἔθνος δε οἱ Νεμετζοι κελτικον): *ii clam cum Comnenis de proditione egerunt.* reliqua vide ad *§. 5.* GLYCAS: *Alexius* [Comnenus] *imperatore deſerto, contractisque non paruis copiis, vrbem imperatoriam occupauit, intromiſſus a Nemitzis, qui ad Charſiae portam excubias agebant.*

b) τους ἰδιοξενους κατεπηξε (marg. κατεπληξε), και αὖθις ὑποσπονδους και μη βουλομενους κατεστησεν, ἐν τουτοις μονοις το πρoστιμον ὁρισας, ἐν τῳ ἐσχατους τεταχθαι ἀντι της πρωτης ἐγγυτητος και σωματοφυλακιας.

4. ANNA COMNENA p. 62-64. Zonaras Tom. II. pag. 292. Glycas pag. 332.

i) Cfr. *Varangica §. 18.*

k) τους Νεμιτζους. Du Freſne in Notis in Alexiadem p. 257. „Ad imperatoris cuſtodiam adhibitos Nemitzos teſtatur etiam Scylitzes in Romano Diogene [vid. ſupra *§. 3.*] Guibertus Alexii defectionem deſcribens, Lib. I. de Geſt.

a. C. 1081.

Imp. NICEPHORO Botan.

ipſam barbaram, ſed olim ſubactam a Romanis et ſocia cum ipſis arma ferre aſſuetam. 'Caeſar neque immortales, nec Barangos vel' primam proditionis mentionem aequis admiſſuros auribus, 'ratus, cenſuit', in Nemitzis vnam reſtare ſpem. eorum ſi animos idoneis promiſſis experiretur, non longe fortaſſe aberraturum a ſcopo, et oſtendi commodum in ciuitatem ingreſſum per turrem, quam illi tuerentur.

Haec non aliter, quam vt oraculo miſſa, Alexius accipiens, certum a ſe ſtatim hominem ad ducem Nemitzorem l) deſtinat, qui

Dei per Francos cap. 4. *Sed cum de Officialibus palatii ſub principe, qui, niſi fallor*, (fallitur dubio procul) *Michael vocabatur, eſſet, et cuidam portioni plurimae occidentalium militum praeeſſet, quos excellentiores apud Graecum imperatorem, et ad eius cuſtodiam magis contiguos ingenita eorum probitas fecit. collecta ex ſubiectis militibus audacia nouas res contra ipſum principem moliri coepit.* Natione Celtas fuiſſe Nemitzos ſcribit Zonaros, quo vocabulo non modo Galli, ſed et Germani intelliguntur. Verum Nemitzos Germanis adſcribit Leunclauius ad Glycam [vid. infra not. *m.*], aitque, ſic appellari Theutones, Slauorum lingua. Et in Pandect. Turc. c. 63. vbi de Nemitzis haec obſeruat: *Habuerunt*, inquit, *vicinos Daci Germanos, puta Quados, Gothos, Gepidas, in quorum agro, qui nunc Cepiſienſis dicitur, incolae praeſertim Caſemarco vicini, ſe Nemetſaſſios nominant, voce de Nemetis (ſic Vngari Germanos appellant, vt Wenedae nationes Nemitzos) et Saſſus compoſita, quae Saſſios, ſeu Saxones Germanicos ſignificat.* Quam viri doctiſſimi de Nemetzis ſententiam fulcit Conradus Abbas Vrſpergenſis ſcribens Alexium Alemannorum ope imperium occupaſſe: *Hic eſt perfidus ille Alexius, qui domino ſuo Nicephoro per quorundam Alemannorum conductitiorum auxilium depulſo, imperium eius vſurpauit.* Germanos vero ad cuſtodiam imperatorum longe ante haec tempora fuiſſe delectos docet Lampridius in Alexandro Seuero, quibus *Scurrarum* nomen tribuit, de qua voce multa habet Salmaſius. Vrbem *Nemetzi* dictam, quod a Nemetzis condita eſſet, circa Bohemiam ſtatuit Dithmarus Lib. 7. p. 101."

l) τον ἡγεμονα των Νεμιτζων. Du Freſne p. 258. "Qui infra Gilpractus nominatur. Hic neſcio quem Flandrenſem comminiſcitur Ordericus Vitalis lib. 7. *Per Raimundum Flandrenſem, qui praecipuus cuſtos et ianitor vrbis erat, conſulto ciuium patefacta eſt*".

a. C. 1081. *Imp.* NICEPHO-RO *Botan.*

qui eum ex muri exteriore crepidine ſurſum allocutus, poſt multa vltro citroque verba de proditione mox perpetranda cum illo conuenit. rediitque ſtatim ad Alexium ille ipſe miles inchoandi negotii electus interpres, eiusdem ſpe citius confecti nuncius: quo exhilarati duces alacriter ſe ad equos inſcendendos comparabant.

§. 5.

γ) Tali rerum articulo — [Comneni] Georgium Palaeologum 'ad ducem Nemitzorum *Gilpractum* m) mittunt, 'plenius exploraturum, quid is animi haberet, et ſi plane in promiſſi exſequendi voluntate conſtantem animaduerteret n), ſignum Georgius o) conditum ederet ex turri, quo in id ipſum intenti Comneni q) perſpecto, ſtatim copias in patentem portam immitterent. Perlibenter id ſibi demandatum munus r) Georgius accepit, vir inprimis ſtrenuus. — Iterea Comneni armati ipſi armatisque copiis perite ordinatis in aciem, verſus vrbem turmatim ferebantur.

'Cum

γ) ZONARAS: *Mane igitur in magna feria quinta ſeptimanae ſalutaris paſſionis ſeruatoris noſtri, Comneni in murum exteriorem e regione turris illius, quam Nemitzi tenebant, ex compoſito fecerunt impetum, quos ſubeuntes telis arcebant defenſores. Vt autem a Nemitzis ii, qui in muris erant, ex turri petebantur, nec ſimul et externis et internis hoſtibus e ſuperiore loco iaculantibus reſiſtere poterant, impetum remiſerunt. Qui vero muros oppugnabant, ſcalis ſtatim muro conſcenſo, portarumque clauſtris bipennibus perfractis, liberum coniuratis ingreſſum patefecerunt. Quo ii viſo, qui interiora moenia tuebantur, — fugam capeſſere.*

m) Interpres in margine: „hoc eſt, Teutonibus, quos Sclauorum lingua Nemitzos vocat„.

n) προς τον ἡγεμονα των Νεμιτζων Γιλπρακτον.

o) ἀποπειραν ποιησασθαι της γνωμης Γιλπρακτε, και ἐι διαγνοιη προθυμεμενον δεξασθαι κατα την ὑποχεσιν τες Κομνηνες.

p) Addit nomen interpres.

q) ἀυτοι.

r) την προς τον Γιλπρακτον ὁδοιποριαν.

Imp. NICEPHORO *Botani.*

a. C. 1081.

'Cum igitur praeceſſiſſet Palaeologus ſub veſperam [s]); 'interimque dum rem tranſigit ex ſententia cum Gilpracto, eoque bene volente [t]), in ſummam euadit turrim cum ſuis, Alexiani ad conſpectum vrbis inſtructa, vt dictum eſt, acie prouecti caſtra palam metantur ac muniunt, ſpeciem de induſtria offerentes, quaſi moram illic facturi eſſent. Verum vbi exiguo duntaxat nocturni temporis ſpatio conſiderunt eo loco, exſurgentes Comneni ſic aciem ſtruunt, vt ipſi phalangis medium obtinerent cum lectis equitibus et graui armatura —: ſicque lento gradu procedentes, ſub diluculum moenibus ſe admouent, ferro ſtricto tanquam impetum facturi, quo ſcilicet eos, qui ſtabant in propugnaculis, ſubito metu percellerent. Eo ipſo commodum puncto temporis cum ſignum ex alto Palaeologus conſtitutum edidiſſet, patefeciſſetque portas, mixtim in vrbem exercitus ſubiit, nullo militari ordine ſeruato. — Erat ea dies feria quinta maioris hebdomadae, qua myſticum Paſcha ſacrificamus ſimul et comedimus, indictione quarta, anno ſexiesmilleſimo quingenteſimo octogeſimo nono menſe Aprili.

s) ἑσπέρας οὖν πελάσας τῷ τείχει ὁ Παλαιολόγος Γεώργιος.

t) καὶ σύνθημα ἀπὸ τοῦ Γιλπράκτου λαβών.

DACICA

DACICA
ET
PANNONICA
EX
SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

Ppp 2

INDEX PARAGRAPHORVM.

§. 1. *Dacorum motus a Tiberio et Germanico ſedantur.*
§. 2. *Veſpaſianus eos per filios ſuos pacat.*
§. 3, 4. *Daci Decebalo rege, imp. Domitiano, rebellant, vincuntur.*
§. 5-7. *Decebalus cum Traiano bellum gerit, victus ſe interficit, Dacia in prouinciae formulam redigitur.*
§. 8. *Theſauri Decebali reperti.*
§. 9. *Vincuntur ſub M. Aurelio Daci.*
§. 10. *Commodus cum barbaris ſupra Daciam habitantibus bellum gerit.*
§. 11-16. *Aureoli, Daci, res geſtae; caedes.*
§. 17. *Aurelianus Daciam barbaris relinquit.*
§. 18. *Leo I. e Dacia Illyrica oriundus.*
§. 19. *Dacia Ripenſis, quae?*
§. 20. *Daciae ſitus; Dacia Gothis ſubiecta.*
§. 21. *Gepaedes Daciam tenent, quaedam Daciae loca Iuſtinianus I. Herulis attribuit.*
§. 22. *Gepaedes poſt Gothos Dacia potiti.*
§. 23. *Longobardi de quibusdam Daciae locis cum Gepaedibus bellum gerunt.*

DACICA [a]

E

CANDIDO ISAVRO, GEORGIO SYNCELLO, PETRO PATRICIO, PROCOPIO ET ZONARA.

ab a. C. 6 - 549.

§. 1.

Imp. AVGVSTO,

Imp. AVGVSTO,

a. C. 6 - 8. [b]

1 TIBERIVS rem bellicam [in Galliis] adminiſtrans, Romam crebro venit, metuens, ne ſibi Auguſtus per abſentiam ſuam alium anteferret. ¹Sed Dacis, Sauromatis, aliisque Pannonicis

1. ZONARAS T. I. p. 541.

a) Hic tantum ea, quae de Dacis proprie dictis Scriptores Byz. memoriae prodiderunt, exhibeo. quae vero de aliis gentibus v. c. *Vngris* et *Blackis* ſub Dacorum nomine referunt, ea in *Vngricis*, *Valachicis* etc. dedi.

b) Intra hos annos Tiberius Pannonicas gentes pacauit.

a. C. 6. 8. — *Imp.* AVGVSTO.

nicis gentibus concitatis c), ex Galliis ad eas rediit: eodemque Auguſtus Germanicum miſit; cum fortaſſe Tiberius eas celeriter vincere poſſet, ac tempus de induſtria tereret, vt propter bellum in armis eſſet —

Eas gentes Romani, poſt multas clades illatas nec pauciores acceptas, tandem partim ad deditionem compulerunt, partim acie vicerunt d).

§. 2.

Imp. VESPASIANO.

a. C. 70.

Imp. VESPASIANO. a. M. 5564. a. C. 64. e) 2

VESPASIANVS — Tito filio maiore bellis aduerſus Iudaeos perficiendis relicto, — Romam — transfretatus, moderatum et Neroniano oppoſitum geſſit imperium: — motosque barbaros Broxylos, Britannos, Dacos et Sarmatas f), miſſis in eos Domitiano et Cereali g) filiis repreſſit.

§. 3.

Imp. DOMITIANO.

a. C. 88. h)

Imp. DOMITIANO. a. M. 5575. a. C. 75. 3)

DECEBALVS, Dacorum rex i), per praeconem pacem Domitiano denunciauit. Quamobrem Domitianus Fuſcum miſit cum magna manu. Hoc vbi Decebalus didicit, ad eum rurſus legatum

c) *κινηθεντων δε των Δακων, και Σαυροματων και ἀλλων Παννονικων ἐθνων.*

d) Subiungit his Zonaras: *Tiberius Romam reuerſus, ab Auguſto in Dalmatiam contra quosdam tumultuantes miſſus eſt: quos aegre ille quidem, et cum periculo, ſed vicit tamen.*

2. GEORGIVS SYNCELLVS p. 341.

e) Hunc annum ipſe habet Syncellus, vulgo vero haec ad a. C. 70 referuntur.

f) Βροξυλες, και Βρεττανες, και Δακας, και Σαρματας.

g) Κυρεναλις, in marg. Κερεαλις.

3. PETRVS Excerpt. de Legat. p. 23, 24.

h) Ad hunc annum haec vulgo referuntur, annum in marg. poſitum Syncellus habet ad locum §. 4. allatum.

i) *Δεκεβαλος ὁ Δακων βασιλευς.*

Imp. DOMITIANO.

a. C. 88.

tum miſit, qui cum irriſione illi diceret, ſe pacem facturum, ſi vnusquisque Romanorum vellet illi *k*) quotannis pendere duos obolos; ſin minus, auſurum et magna mala illis illaturum.

§. 4.

4 SVB eo [Domitiano] Daci et Naſamones *l*) bello tumultuantes profligantur.

De Dacis et Germanis Domitianus triumphauit.

§. 5.

Imp. TRAIANO.

Imp. TRAIANO.

a. C. 106. *m*)

5 *n*) DECEBALVS miſit ad Traianum legatos, ex his, qui pileos ferunt (hi enim apud Parthos ſunt honoratiores). Prius

7 *n*) ZONARAS: *Traianus — bello aggreſſus eſt Dacas, ſeu Dacos* (Δακας ἢ Δακας), *ſecundum Iones, vt Appianus ait XXIII. Romanae hiſtoriae libro: quod et annua tributa pendere recuſabat, et eorum facta vlciſci cupiebat. Cuius aduentum Decebalus, gentis eius princeps, timuit: non ignarus, Traianum virum eſſe rei bellicae peritiſſimum. Pugna commiſſa, Romani multos hoſtes occiderunt, nec pauciores ex ipſis vulnerati ſunt; quorum tanta multitudo fuit, vt, cum faſciae deeſſent, Traianus ne ſuae quidem veſti pepercerit. Cum, ſummis cacuminibus magno labore occupatis, ipſi regiae appropinquaret; Decebalus per legatos pollicitus, ſe arma, machinas et fabros traditurum, et, quicquid a ſe praeterea poſtularetur, facturum, ipſe ad imperatorem venit, eumque humi proſtratus adorauit. Deinde Traianus in Italiam reuerſus, legatos Decebali ſecum adduxit: qui in ſenatum introducti, poſitis armis manibusque captiuorum inſtar coniunctis, multis verbis ſupplicarunt, et, pace impetrata, arma receperunt. Traianus, triumpho acto,* DACICVS *cognominatus eſt.*

k) Δεκεβαλῳ.

4. SYNCELLVS p. 343.

l) Δακες και Νασαμωνες.

5. PETRVS Excerpt. de Legat. p. 24. Zonaras T. I. p. 584, 585.

m) Ad hunc annum bellum Dacicum vulgo refertur.

a. C. 106. *Imp.* TRAIANO.

tas autem comites miſerat, qui apud eos viliores habentur n). Hi cum ad Traianum veniſſent, abiecerunt arma, et, manibus poſt terga vinctis mancipiorum et captiuorum inſtar, Traianum orarunt, vt cum Decebalo in colloquium veniret.

§. 6.

Rurſus Decebalus legationem ad Traianum miſit, quae denunciaret, vt a bello ceſſaretur. Pollicebatur, ſe omnia arma et bellica inſtrumenta Traiano redditurum, et Romanos machinarum fabricatores et transfugas, qui apud eum eſſent, et omnia praeſidia et caſtella, quae exſtruxiſſet, diruturum. Ceſſurum quoque omni terra, qua Traianus potitus eſſet, et eius et Romanorum hoſtes pro ſuis hoſtibus habiturum, neque poſthac vllos transfugas admiſſurum, neque vllum militem Romanorum retenturum o).

Has conditiones hac legatione propoſitas Traianus approbauit. At Decebalus in conſpectu Traiani arma abiecit, et in terram cadens eum adorauit, et ad eius pedes proſtratus iacuit. Le-

n) πρεσβεις ἐπεμψε πιλοφορȣς (ὁυτοι γαρ παρ' ἀυτοις, *apud ipſos*, non *a. Parthos* ὁι τιμιωτεροι) προτερον γαρ Κομητας ἐπεμπεν, ἐυτελεςερȣς δοκȣντας παρ' ἀυτοις ἐιναι. Henr. Valeſius in Notis pag. 205. „Haec omnia de legatione Decebali ad Traianum miſſa iisdem plane verbis ſcripta habentur in Excerptis legationum ex hiſt. Dionis Caſſii, quae a Fuluio Vrſino primum ſunt edita, vt neceſſe ſit, Petrum Patricium Dionis ſcrinia compilaſſe. Caeterum πιλοφορȣς Dacorum commemorat etiam Aurelius Victor in Traiano, vbi pileatos Dacorum vocat, perinde ac Paulinus in Carmine de Niceta, Daciae epiſcopo, his verſibus:

Et Getae currunt et vterque Dacus,
Qui colit terrae medio, vel ille
Diuitis multo boue pileatus
Accola ripae.

Sic enim in Paulino legendum eſſe, monuit me Hadrianus Valeſius frater, non vt vulgo ſcribitur, *pelleatus*. De his Dacorum et Getarum pileis loquitur etiam Dio Chryſoſth. in orat. 71. p. 628. ἐνθα γαρ ἐνιςε βλεπȣσιν ἀνθρωπȣς, τȣς μεν τινας πιλȣς ἐπι ταις κεφαλαις ἐχοντας, ὡς νυν των Θρακων τινες, των Γετων λεγομενων„.

o) ἐχειν ἐγγυς ἑαυτȣ.

Imp. TRAIANO. a. C. 106.

Legatos etiam Romam miſit, qui quoque mancipiorum more erant manibus vinctis.

§. 7.

6 CVM Decebalus, pactis et conuentis violatis, res nouas moliri nunciaretur, denuo contra illum duxit exercitum. 'qui, quia viribus impar erat p), dolo imperatorem vincere ſtudebat. Quem cum acceſſu eſſe facilem et quemuis ad colloquium admittere ſciret, 'transfugis ſubornauit q), qui eum, ſi poſſent, occiderent. Sed vnus eorum ob ſuſpicionem comprehenſus, in quaeſtionibus arcanum effatus eſt. Imperator autem, ponte per Iſtrum facto, quod opus omnem admirationem et commemorationem ſuperat, traductoque exercitu, vix ille quidem et cum periculo, ſed vicit tamen Dacos.

Decebalus prae deſperatione ſe ipſum interfecit: ex eoque gens Dacorum eorumque prouincia Romanis parere coepit.

§. 8.

Reperit et theſauros Decebali [Traianus], quamuis difficilis eorum eſſet inuentio. Barbarus enim fluuio, qui regiam praeterfluebat, alio traducto, in alueo foueam praealtam excauarat, quam magna auri, maiore argenti aliarumque rerum, quibus humiditas non nocet, copia iniecta, lapideis tabulis obſtruxerat, aggeſtaque terra fluuium in veterem alueum reduxerat. Multa etiam in ſpeluncis abdiderat. Haec nemine praeſente niſi captiuis faciebat, quos, abſoluto opere et rebus occultatis, interficiendos curabat, ne arcanum proderent. Vnus tamen familiaris eius, gnarus vbi theſauri eſſent, indicium fecit.

§. 9.

6. ZONARAS T. I. p. 585. Haec iis, quae ad §. 5. attuli, ſubiungit Zonaras.

p) καὶ ὁ Δεκέβαλος ἡττώμενος ἴσχυι.

q) ψευδαυτομόλους ἀπέστειλεν.

§. 9.

Imp. MARCO *Aurelio.*

a. C. 167.

Imp. MARCO *Aurelio.* a. M. 5653. a. C. 153. *r*)

[HOC imperatore] Romani Germanos, *Sauromatas*, Dacos 7
et *Quados* expugnauerunt [s].

§. 10.

Imp. COMMODO.

a. C. 180-193. [t]

Imp. COMMODO.

BELLA — ſub eius [Commodi] imperio geſta ſunt aduer- 8
ſus barbaros, qui ſupra Daciam incolunt, et Britannicum omnium maximum.

§. 11.

Imp. GALLIENO.

a. C. 254-268. [v]

Imp. GALLIENO.

'AVREOLVS ex prouincia *Getica* (ſic enim Dacia quondam 9
vocabatur [x]) obſcuro genere ortus (paſtor enim fuit), cum a fortuna euehendus eſſet, militauit, atque induſtria conſecutus eſt, vt equi imperatorii ſuae fidei mandarentur. Quos quia praeclare tractabat, carus habebatur imperatori. Deinde cum Myſiae legiones Ingenuum per ſeditionem imperatorem dixiſſent, et Galienus praeter caeteros etiam Mauros (hos a Medis propagatos eſſe aiunt) contra eum ad Sirmium adduxit. Aureolus Magiſter equitum ſtrenue dimicando, multis hoſtibus caeſis, reliquos ipſumque Ingenuum rebus deſperatis in fugam coniecit, in qua a ſuis ſatellitibus eſt occiſus.

 §. 12.

7. SYNCELLVS p. 352.

r) Annus, ſub quo a Syncello narrantur; alii ea ad a. C. 167. referunt.

s) Σαυροματας, και Δακυς, και Κυαδυς κατεπαλαισαν.

8. ZONARAS T. I. p. 598.

t) Anni imperii Commodi.

9. Id. ibid. p. 631.

v) Anni imperii Gallieni.

x) Αυρiολος (ita vbique in Gr.) δε ἐκ χωρας ὡν Γετικης, της ὑϛερον Δακιας ἐπικληθεισης.

Imp. GALLIENO.

a. C. 254-268.

§. 12.

10 GALIENVS --- bello contra Poſtumum ſuſcepto, primo congreſſu victus eſt. Deinde tyrannum in fugam coniectum, Aureolum perſequi iubet: qui, cum eum aſſequi poſſet, diutius perſequi nolens, cauſatus eſt, ſe eum adipiſci non poſſe.

§. 13.

11 [MACRINO cum filiis Macriano et Quinto rebellantibus] imperator Aureolum cum aliis ducibus contra Macrinum et Macrianum miſit: qui, hoſte circumuento, nonnullos occiderunt (parcebant enim eis, vt popularibus ſuis y),) ſperantes, eos vltro ad imperatorem tranſituros. Sed cum non cederent, fortuito accidit, vt omnes ad officium redirent. Nam dum tyrannorum milites erectis ſignis incedunt, quidam ex ſigniferis impeditus concidit: ſignoque vna inclinato, reliqui ſigniferi, cauſae ignari, putantes, illum vltro ſe imperatori ſubmiſiſſe, humi proſtrati omnes idem fecerunt, Galienum fauſtis ominibus proſequentes: 'neque vlli praeter Paeones apud Macrinum manſerunt z). Qui cum et ipſi tranſituri eſſent, 'Macrino et filio, ipſorum rogatu, ne in hoſtium poteſtatem venirent, interfectis, imperatori ſe dediderunt a). Galienus vero contra Quintum, iuniorem Macrini filium, qui totum paene orientem ſubegerat, Odenathum, Palmyrenorum ducem miſit. Verum Macrini et Macriani 'clade Pannonica b) nunciata, multae vrbes a Quinto et Baliſta [eius Magiſtro equitum] defecerunt. Quos Odenathus Edeſſae aggreſſus vicit: ac Baliſtam ipſe occidit, Quintum ciues.

§. 14.

10. Id. ibid. p. 632.

11. Id. ibid. p. 632-634.

y) ἐφειδοντο γαρ αὐτων ὡς ὁμογενων.

z) μονων των Παιονων περιλειφθεντων τοις περι τον Μακρινον.

a) ὁ Μακρινος συν τῳ υἱῳ αὐτȣ, μη ἐκδȣναι αὐτȣς, αὐτων ἐδεηθησαν, ἀλλ᾽ ἀνελειν προτερον σφας, και οὑτω προσχωρησαι τῳ βασιλει. ὁ πεποιηκοτες οἱ Παιονες, παρεδωκαν ἑαυτȣς.

b) ἡττης - της κατα Παιονιαν συμβασης.

a. C. 254-268. *Imp.* GALLIENO.

§. 14.

Deinde Aureolus, toti equitatui praefectus, homo potens, contra Galienum inſurrexit: et, Mediolano occupato, ſe ad inuadendum imperatorem parauit. Sed ab eo, multis ſuorum amiſſis et vulnere accepto, Mediolanum compulſus ibique obſeſſus eſt. Dum autem Galienus contra hoſtes excurſiones facit, imperatrix, quam ſecum adduxerat, in periculo fuit, 'niſi miles quidam hoſtes ex inopinato irruentes, nonnullis eorum occiſis, repuliſſet'.

§. 15.

[GALIENVS dum adhuc Mediolanum obſidet, ab Aureliano 12
et coniuratis occiditur]. β) Alii ab Heracliano praefecto caeſum eſſe tradunt. Nam cum Aureolus, qui Gallicis legionibus praeerat, mota ſeditione cum exercitu in Italiam contenderet, Galienum contra eum abeuntem, dum noctu in tabernaculo dormit, ab Heracliano Aureoli coniurato excitatum eſſe. Qui cum ei et Claudio, viro bellicoſiſſimo, Aureolum iam cum magnis copiis aduentare nunciaſſet; Galienum ſubito nuncio perterritum ac ſeminudum lecto exſilientem armaque petentem ab illo caeſum eſſe.

§. 16.

Imp. CLAVDIO.

a. C. 268. c)

Imp. CLAVDIO.

GALIENO interfecto, Claudius Caeſar eſt deſignatus, cui 13
Aureolus, armis poſitis, ſe ſubmiſit: ſed cum denuo regnum affectaret, a militibus occiſus eſt.

 §. 17.

β) SYNCELLVS: *Aureolus Celta Romanorum dux* (Αυϱιολος δε τις Ρωμαιων ϛϱατηγος Κελτικος) *Galienum paratis inſidiis interfecit.*

c) Hoc anno Claudius rerum potitus eſt.

12. ZONAR. T. I. p. 634. Syncell. p. 383.
13. ZONAR. T. I. p. 635.

Imp. AVRELIANO. a. M. 5764. a. C. 264.

§. 17.

Imp. AVRELIANO.

a. C. 274. d)

[AVRELIANVS] 'Dacia Traiani nomine e) barbaris relicta,
14 viros ac mulieres 'ſinum Myſiae medium iuſſit incolere, Myſis nimirum eos hinc inde ambientibus, ſpatioque medio recenti dictione Dacia vocato f).

Imp. LEONE I.

§. 18.

Imp. LEONE I.

a. C. 457. g)

15 [LEO Auguſtus] 'e Dacia Illyrica h) oriundus — Aſparis ſtudio imperium adeptus eſt.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 19.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527. i)

16 [ISTER] Daciae proximus barbaros, qui ad ſiniſtram habitant, diſcludere incipit a Romanis dexteram obtinentibus? Quapropter *Daciam* illam Romani *Ripenſem* vocant k). *ripa* enim Latina vox fluminis oram ſignificat. Ad ripam -- prima vrbs Singedon,

§. 20.

14. SYNCELLVS p. 385.

d) Hoc anno Daciam ab Aureliano relictam vulgo tradunt, annum in marg. adſcriptum habet Syncellus.

e) την Τραϊανȣ Δακιαν.

f) ἐις το μεσαιτατον της Μυσιας ςησας ἑκατεραθεν. Δακιαν δε μεσην νομιζεσθαι.

15. CANDIDVS ISAVRVS in Eclogis Hiſtoric. de Rebus Byz. p. 17.

g) Annus, quo imperio potitus eſt Leo.

h) ἐκ Δακιας της ἐν Ιλλυριοις. Phil. Labbeus in Notis ad Cand. Iſ. p. 103. „Daciam fuiſſe duplicem, *Trans-Danubianam* ſcilicet, ſiue *veterem*, quam *Gothiam* ac *Gepidiam* ſuo tempore dictam fatetur Iornandes, et *nouam cis Danubium* ſitam, in duas poſtea, *Ripenſem Mediterraneamque* diuiſam, norunt eruditi. Hanc ad prioris diſtinctionem *Daciam Illyricam* vocat ſiue Photius, ſiue is, cuius verba ſententiasque excerpit Candidus,,.

15. PROCOPIVS de Aedificiis p. 79, 80.

i) Annus primus imperii Iuſtiniani.

k) διο δη Ριπησιαν καλȣσι Ρωμαιοι την ταυτη Δακιαν.

§. 20. *Imp.*
a. C. 537. l) IVSTINIA-
[VENETI] ſunt maris accolae. Supra quos *Siſcii*, et *Suabi*, NO I.
non illi, qui Francis parent, ſed ab iis diuerſi, interiores terrae 17
tractus obtinent. Vltra hos *Carnii* ſiti ſunt *Noricique:* ad quorum dexteram Dacae et *Pannones* m) habitant, ſuisque in vrbibus Singidonum et Sirmium numerant ad Iſtrum fluuium euadentes. Illis nationibus Gotthi trans Ionium ſinum belli huius [Gotthici] initio imperabant.

§. 21.
a. C. 549.
GEPAEDES — olim Sirmium Daciamque omnem obtinuerant. — 'Iuſtinianus vero vrbem Noricum et Pannoniae munitiones aliaque loca Langobardis donauit;' alia quaedam Daciae loca Erulis — attribuit ad Singedonem. 18

§. 22.
[AVDVINI, Langobardorum regis, legati in oratione, qua Iuſtinianum contra Gepaedes auxilia rogant, inter alia] Ante hoc tempus [inquiunt], cum Gotthi vectigalem haberent Daciam, Gepaedes trans Iſtrum — tenebant ſe omnes, potentiam Gotthicam — reformidantes. — Vt primum [vero] pulſos ex omni Dacia Gotthos ac vos bello impeditos viderunt, auſi ſunt ſceleſti vndique ditionem veſtram inuadere. — Sirmium Gepaedes tenent, — ſeque vniuerſa Dacia potiri iactant. 19

§. 23.
[GEPAEDVM legati et ipſi imperatorem auxilia rogantes, Langobardi, inquiunt, id] agunt, vt pro ipſis Romani, contra quam fas eſt, bellum ſuſcipiant, cuius cauſam ex Sirmio aliisque nonnullis Daciae locis in nos conflatam fures hi proferunt. — 20

17. Id. de Bello Goth. p. 351.

l) Sub hoc anno, ſecundo belli Goth. et vndecimo imperii Iuſtiniani haec narrat Procopius.

m) Σισκιοι — Σȣαβοι — Καρνιοι — Νȣρικοι — Δακαι — Παννονες.

18. Id. ibid. p. 543. Cfr. *T. I. Gepaedica §. 8. Longobardica §. 6. et Herulica §. 40.*

19. Id. ibid. p. 544, 545. Cfr. *Tom. I. Gepaedica §. 10.*

20. Id. ibid. p. 546. Cfr. *Gepaedica §. 11.*

PAN-

PANNONICA a)
E SYNCELLO, PROCOPIO, PETRO PATRICIO, CHRONICO PASCHALI ET ZONARA.
ab a. ante C. N. 32-549.

§. 1. Pannoniorum ſedes, nomen; Pannonii a Caeſare Octauiano ſubacti.

§. 2. Tiberius et Germanicus Pannonios rebellantes vincunt.

§. 3. Tiberius de iis triumphat.

§. 4. Marcus Aurelius Iazygas et Marcomannos e Pannonia adortus vincit.

§. 5. Aelius Baſſus Pannoniae praefectus Obiis et Langobardis pacem dat.

§. 6. M. Aurelius in Pannonia moritur.

§. 7. Pannoniae ſitus; Pannonii Gothis ſubiecti.

§. 8. Iuſtinianus I. Langobardis in Pannonia ſedes attribuit.

§. 1.
a. ante C. N. 32. b)

1 [CAESAR Octauianus] cum propter hiemen in Sicilia diutius moratus, quasdam Romanae ditionis gentes per abſentiam ſuam

a) Hic ea tantum, quae de veteribus Pannoniis, non vero quae de Vngris ſub Pannoniorum nomine Scriptores Byz. memoriae prodiderunt, exhibeo. haec poſteriora vide *Tom. III.* in *Vngricis.*

b) Hoc circiter anno non diu ante pugnam Actiacam haec contigiſſe videntur.

1. ZONARAS T. I. p. 541.

a. ante C. N. 32.

ſuam defeciſſe cognouiſſet; reuerſus contra illas ſe parauit, atque alias per ſe, alias per alios ad officium reduxit et ſubegit. Deinde contra Pannonios c) eſt profectus. Hi iuxta Dalmatiam ad ipſum Iſtrum incolentes d), a Norico vsque ad Europaeam Myſiam pertinent e): homines aſperae vitae, vt qui nec terram fertilem, nec aërem clementem habeant, non vinum, non oleum colant; ſed hordeo et milio tam in potu, quam cibo vtantur. Habentur tamen bellicoſiſſimi, et a Graecis nonnullis ignoratione veri Paeones f) appellantur. Paeones enim ad Rhodopen et ipſam Macedoniam habitant. Hos autem tum alii, tum ipſi ſeſe Pannonios appellant. quos Caeſar crebris proeliis tandem ad deditionem compulit.

§. 2.

Imp. AVGVSTO.

Imp. AVGVSTO.

a. C. 6-8.

ⁱTIBERIVS Caeſar et Germanicus contra Dacos, Sauromatas aliasque gentes Pannonicas miſſi, eas tandem' poſt multas clades illatas, nec pauciores acceptas partim ad deditionem compulerunt, partim acie vicerunt. 2

§. 3.

a. C. 8.

TIBERIVS Caeſar debellatis Pannoniis triumphauit. — 3

Eundem honorem de Rhoetis b), Armenis, Vindelicis i) et Pannoniis k) parta victoria conſecutus eſt.

§. 4.

c) ἐπι Παννονιȣς.

d) νεμονται

e) Cfr. et infra §. 7.

f) Παιονας. quo nomine poſtea etiam Vngri a Scriptoribus Byz. paſſim inſigniuntur.

a. Id. ibid. p. 541. Locum integrum vide in *Dacicis* §. 1.

3. SYNCELLVS p. 314.

g) Παννονιων.

b) Ραιτων.

i) Οὐινδικιων. Syncellus p. 313. *Tiberius Caeſar Vindelicos* (Οὐινδικȣς) *et confines* (και τȣς λοιπȣς παρακειμενȣς) *Thraciae populos ſub iugum miſit.*

k) Παννιων, marg. Παννονιων, at horum paulo ſuperius tacta erat mentio.

§. 4.

Imp. MARCO *Aurelio.*

Imp. MARCO *Aurelio.*

a. C. 161 - 178. *l*)

4 IMPERATOR [Marcus Aurelius] cum barbaris, qui circa Iſtrum incolunt, *Iazygibus*, *Marcomannis* *m*) et alias aliis longo tempore 'in Pannonia *n*) bellum geſſit. — Marcomannos et Iazygas multis magnis proeliis et periculis ſubegit.

§. 5.

5 SEX millia Langobardorum et *Obiorum* Iſtrum traiecerunt, in quos Vindicis equites, et pedites, quorum dux erat Candidus, irruerunt et in fugam verſi ſunt. 'Aelius Baſſus Pannoniae tunc praefectus barbaris per Ballomarium regem Marcomannorum ſupplicibus factis, pacem dedit'.

§. 6.

Olymp. 239. a. 2. ind. 1.

a. C. 178. *o*)

6 *α*) OLYMPIADIS 239. a. 2. indictione 1. Orphito IV. et Rufo II. coſſ. Antoninus, qui et Verus dictus eſt, morbo conflictatus in Pannoniis *p*) obiit ex a. d. VIII. Kal. Apriles, cum imperaſſet annos vndeuiginti.

§. 7.

α) SYNCELLVS: *Antoninus apud Pannonios* (ἐν Παννονιαις), *vel, vt ſcribunt alii, apud Hiſpanos* (ἐν Σπανιαις) *aegritudine* (νοσῳ) *interiit.*

4. ZONARAS T. I. p. 395. Cfr. et *Scythica* §. 21.

l) Anni imperii Marci Aurelii, vſque ad obitum L. Veri.

m) Ιαζυξι τε και Μαρκομαννοις.

n) τῃ Παιονιᾳ κεχρημενος ὁρμητηριῳ.

5. PETRVS PATRICIVS in Excerptis de Legat. p. 24. Cfr. *T. I. Longobardica* §. 1.

6. CHRONICON PASCH. p. 262. Syncell. p. 353.

o) Alii obitum eius ad a. C. 180. referunt.

p) ἐν Παιωνιαις ſ. Παννονιαις.

§. 7.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 537.

VLTRA hos [Siſcios et Suabos] 'Carnii ſiti ſunt Noricique, ad quorum dexteram Dacae et Pannones habitant, 'quibus Gotthi ante bellum hos inter et Iuſtinianum Aug. geſtum imperabant'. 7

§. 8.

a. C. 549.

CVM Iuſtinianus Aug. vrbem Noricum et Pannoniae munitiones aliaque loca — Langobardis donaſſet; eam illi ob cauſam patriis ſedibus relictis, in aduerſa Iſtri fluminis ripa conſederunt, haud procul a Gepaedibus. 8

7. PROCOPIVS de Bello Goth. p. 351. Cfr. *Dacica §.* 20.

8. Id. ibid. p. 543. Cfr. *Tom. I. Longobardica §. 6.*

SARMATICA
SCYTHICA
ET
MASSAGETICA
EX
SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

INDEX PARAGRAPHORVM.

§. 1. *Sauromatae Panathenaeorum ſpectatores adſunt, et Olympiae de palma certant.*

§. 2. *Fl. Veſpaſianus Sarmatarum motus per filios reprimit.*

§. 3. *Adrianus Sarmatas debellat.*

§. 4. *M. Aurelius Sarmatas vincit, legio Fulminatrix.*

§. 5. *Carus Sarmatas rebelles domat.*

§. 6-13. *Sarmatae a Criſcone Boſporiano ſollicitati Lazicam vaſtant, ope Cherſonitarum debellantur.*

§. 14. *Imp. Conſtantino M. Scythae a Cherſonitis vincuntur.*

§. 15. *Sarmatae a Criſconis nepote concitati res nouas moliuntur, a Cherſonitis proelio ſuperantur.*

§. 16-18. *Sarmatae bellum renouant, eorum duce a Pharnaco Cherſonita occiſo, imperium Boſpori amittunt.*

§. 19 28. *Aſandri Boſporiani filius Gyciam, Cherſonitarum principis filiam ducit; eius conſilium Cherſonem dolo capiendi irritum redditur, ipſe cum CC. Boſporianis perit.*

§. 29-31. *Alia quaedam de Gycia et Cherſonitis.*

§. 32. *Conſtantinus M., adoleſcens, Sarmatarum ducem in proelio viuum capit.*

§. 33. *Conſtantinus M. Sarmatas ſubigit.*

§. 34. *Sauromatae a Valentiniano victi, pacem petunt.*

§. 35. *E Sarmatia Romam veniunt, qui Petri et Pauli conditorium adorant.*

SARMATICA [a]

E GEORGIO SYNCELLO, CHRONICO PASCHALI, CONSTANTINO PORPH., THEOPHANE ISAACIO, CEDRENO, ZONARA, NICEPHORO GREGORA.

§. 1.

a. C. ***.

1 [TEMPORIBVS veteris Romae] quaecunque infenſa fuerant, concordi foedere iungebantur; et Cilix quidem per Bithy-

a) Hic antiquiora tantum et minus certa, quae Scriptores Byzantini paſſim de Sarmatis memorant, adfero, omiſſis iis, quae iidem de aliis gentibus ſub Sarmatarum nomine memoriae prodiderunt. (Vocantur enim *Sarmatae* vel *Sauromatae Gothi*, *Patzinacae* et *Ruſſi*) quae vide in Memoriis harum gentium. De gentis Conditore et ſedibus vide *Genealogias populorum*.

1. NICEPHOR. GREGORAS T. II. p. 371, 372. qui, cum ad res geſtas Ioannis Cantacuzeni enarrandas accedit, priſtinae Romanorum potentiae, quam ſub Cantacuzeno reſtituendam ſperabat, meminit.

a. C. ***.

thyniam inermis vadebat, et itidem Thrax per Italiam, Sauromatae b) vero, per Graeciam quaſi foederatam euntes et Panathenaeorum ſpectatores aderant, et curulibus in ludis, qui quadriennio quoque exeunte Olympiae celebrabantur, de palma certabant.

§. 2.

Imp. VESPASIANO.

a. C. 69. c)

Imp. VESPASIANO. a. M. 5564. a. C. 64.

2 [FLAVIVS Veſpaſianus rerum Romae potitus] moderatum et Neroniano oppoſitum geſſit imperium. — motosque barbaros, Broxylos, Britannos, Dacos et Sarmatas d), miſſis in eos Domitiano et Cereali filiis, repreſſit.

§. 3.

Imp. ADRIANO.

a. C. 117-138. e)

Imp. ADRIANO. a. M. 5609. a. C. 109.

3 [SVB imperatore Adriano] Sauromatae f) debellati ſunt.

§. 4.

Imp. MARCO *Aurelio.*

a. C. 171. g)

Imp. MARCO *Aurelio.*

4 α) [HOC imperatore,] Romani Germanos, Sauromatas, Dacos et Quados oppugnauerunt. —

Roma-

α) CHRONICON PASCHALE: *a. C. 171. Indict. 9. Seuero et Herenniano coſſ. Olymp. 237. a. 3. — Antoninus imperator*

b) Σαυρομαται.

2. GEORGIVS SYNCELLVS p. 341.

c) Hoc anno Veſpaſianus imperium ſuſcepit. Annum in margine poſitum Syncellus habet.

d) Σαρματας.

3. SYNCELLVS p. 349.

e) Sunt anni imperii Adriani, annum marg. adſcriptum habet Syncellus.

f) Σαυρομαται.

4. SYNCELLVS p. 352. Chronic. Paſch. p. 261. Cedrenus T. I. pag. 250. Zonaras T. II. p. 595, 596.

g) Hunc annum habet auctor Chron. Paſch. alii haec ad a. C. 174. referunt. Syncellus ea ſub a. M. 5653. a. C. 153. narrat.

Imp. MARCO *Aurelio.*

a. C. 171.

Romanus exercitus ſupremo periculo ſitique perire proximus, Deo Chriſtianorum precibus pluuias largiente hoſtesque Germanos et Sauromatas fulminibus impetente, vt Antoninus ipſe litte-

ſaepius et ipſemet hoſtes aggreſſus eſt, interdum miſſis ducibus. Cum Pertinax aliique, qui cum eo erant, ſiti premerentur, imber de coelo depluit, in Germanos vero et Sarmatas contra ſtantes fulmen delapſum multos ex iis exanimauit. Aiunt porro, Marci imperatoris litteras circumferri, in quibus teſtatur, exercitum, ſiti periturum, Chriſtianorum precibus eſſe ſeruatum. CEDRENVS: *M. Antoninus — cum aduerſus Germanos ac Sarmatas bellum gereret, exercitusque ſiti preſſus periclitaretur: Melitenae legionis milites, qui Chriſtiani erant, a Deo contentis precibus impetrauerunt, vt fulmine hoſtium exercitus feriretur, imberque Romanas copias recrearet. Quam rem imperator valde admiratus, edicto Chriſtianis honores detulit, legionique* Fulminatricis *cognomentum indidit.* ZONARAS: *M. Aurelius Antoninus — contra Quados grauiſſimo bello ſuſcepto, admirabilem victoriam diuinitus eſt adeptus. Qui cum Romanos vndique circumdediſſent* (κυκλῳ γαρ των Κȣαδων τȣς Ρωμαιȣς περιχοντων), *hi vero teſtudine facta fortiter ſe defenderent, barbari, omiſſa pugna, circumiecta loca omnia obſepſerunt, necubi aquari poſſent: rati, ſe eos ſiti et aeſtu afflictos facilius ſuperaturos. Romanis autem labore, aeſtu, ſiti, vulneribus confectis, aëre ſubitis nubibus denſato, vehementer pluit, non, vt Dion ſcribit, propter Aegyptii magi praeſtigias, Mercurium obteſtati; ſed Deo Chriſtianorum precibus exorato, et ipſi et vniuerſus exercitus per miraculum ſunt conſeruati. Nam cum in Romanis caſtris Chriſtiana legio eſſet, praetorio praefectus imperatori aeſtuanti et de toto exercitu ſollicito dixiſſe fertur, populum Chriſtianorum nihil non poſſe; eſſe autem in exercitu integram ex eo hominum genere legionem. Quo ille audito eos rogauit, vt ſuum Deum implorarent. quo facto, fulmina in hoſtes ſint illata, imber in Romanos. Quare obſtupefactus Marcus, Chriſtianos decreto honorauit, et Fulminatricem legionem illam appellauit. Ac ſic fuiſſe appellatam, Dion et caeteri conſentiunt, ſed cauſam non addunt. Miraculi huius etiam Euſebius in Eccleſiaſtica hiſtoria meminit. Caeterum Dion ait, imbre facto, Romanos, bibendo occupatos, ſubita incurſione barbarorum paene periiſſe, niſi vehementi grandine et multis fulminibus hoſtes petiti eſſent.*

a. C. 171. Imp.

litteris teſtatus eſt, apud Quados ſeruatur: Pertinax, ſub quo Polycarpus Romam venit, exercitus dux erat. MARCO *Aurelio.*

§. 5. Imp.

Imp. CARO. CARO. a. M. 5778.

a. C. 283. a. C. 278.

EODEM anno h) Carus in Gallia natus, virtute praeſtans, Sarmatas rebelles edomuit. 5

§. 6.

Imp. DIOCLETIANO. Imp.

a. C. 284-304. i) DIOCLETIANO.

IMPERANTE Romae Diocletiano, apud Cherſonitas vero 6 principe ac proteuonte *Themiſto*, Themiſti Sauromatae filio, *Criſcon* Boſporianus, *Ori* filius k), collecta Sarmatarum l) ad Maeoticam paludem habitantium manu, aduerſus Romanos arma mouit. cumque ad Lazorum terram perueniſſet, bello infeſtatis incolis ad Halyn vsque flumen progreſſus eſt.

§. 7.

Diocletianus vero vbi reſciuit, Laziam Ponticamque vaſtari, exercitum contra Sarmatas miſit ſub duce Conſtante tribuno. qui cum ad Halyn flumen perueniſſet; vna cum exercitu illic ſubſtitit, et Sarmatas traiicere prohibuit. Cum autem opponere ſe illis non poſſet Conſtans: excogitauit alio quodam modo pellendos eſſe Sarmatas; nimirum Boſporianos et Maeoticae pa-

 ludis

5. SYNCELLVS p. 386. Zonar. T. I. pag. 638, qui omnia vt Syncellus.

h) Vide marg. Cari obitum vulgo ad a. C. 283. referunt.

6. CONSTANTINVS de Admin. Imp. p. 144-148.

i) Sunt anni imperii Diocletiani.

k) ϛεφανοφορȣντος και πρωτευοντος Θεμιϛȣ, τȣ Θεμιϛȣ Σαυρoματος, ὁ ἐκ Βοσποριανων Κρισκων, Ορȣ δε παις γενομενος. Perperam ita diſtingui, et Σαυρομ. potius cum ὁ ἐκ B. coniungendum eſſe ex iis, quae ſequuntur, apparet.

l) Σαρματας, infra eos promiſcue nunc Σαρμ. nunc Σαυρoματας vocat Conſtantinus.

Imp. DIOCLETIANO. a. C. 284-304.

ludis finitimos accolas aduerſus ipſos concitandos, qui familias m) eorum euerterent, vt his auditis 'Sauromatae domum reuerti cogerentur n). 'Et haec quidem imperatori ſignificat, vt mitteret ad Cherſonitas, eosque tanquam vicinos ad bellum contra Sarmatas capeſſendum incitaret o), vt euerſas ipſorum familias Sarmata audiens, quam ociſſime ab armis diſcederet. Quod cum ad Diocletianum imperatorem delatum eſſet, confeſtim ad Cherſonitas miſit, vt auxiliarentur ſibi, petens, et Boſporianorum Sarmatarumque familias delerent, ac ſubiugarent.

§. 8.

Cherſonitae vero, qui tunc temporis proteuontem habebant 'Chreſtum, Papiae filium p), imperatoris petitione benigne audita, de capienda 'Sarmatarum q) vrbe Boſporo, ac occupandis Maeotidis paludis oppidis r) conſilium ceperunt, collectaque a finitimis oppidis manu, fabricatis curribus bellicis, impoſitisque chiroboliſtris s), ad Boſporianorum vrbem acceſſerunt; poſitisque inſidiis noctu, pauci pugna inita, et muro oppugnato a mane ad horam vſque tertiam fugae ſignum dederunt, relictis in curribus chiroboliſtris.

Boſporiani itaque, rati, propter paucitatem victos fugere Cherſonitas, fidentiores facti, ad perſequendos egreſſi ſunt. At Cherſonitae, pedetentim fugientes, chiroboliſtris ſuis inſequentes Boſporianos conficiebant; ſurgentesque illi, qui in inſidiis [erant], eos-

m) Perperam haec Lat. reddidit interpres, Graeca ſic habent: ἐβȣλευετο καθ᾽ ἑαυτον ὁ Κωνςας, μηδαμως ἀλλως δυνασθαι τȣς Σαρματας ἐκδιωξαι, ἐι μητι γε ἐκ των πλησιοχωρων της Βοσποριανων και της Μαιωτιδος λιμνης τινας κατ᾽ ἀυτων ἐκπεμφθηναι ἐις πολεμον, και τας τȣτων Φαμηλιας cet.

n) ὁ Σαυροματας ὑποςρεψῃ ἐκ τȣ πολεμȣ.

o) και ταυτα μηνυσῃ τῳ βασιλει, ἐφ᾽ ᾧτε ἀπεςειλε κατα των Χερσωνιτων, και τȣτȣς διηγειρε κατα των Σαρματων ὡς πλησιοχορων ἀυτων ὀντων.

p) Χρηςȣ τȣ Παπιȣ.

q) τȣ Σαυροματȣ.

r) Καςελλια.

s) χειροβολιςρας.

a. C. 284-304. *Imp.* DIOCLETIANO.

eosque circumdantes, ad vnum omnes Boſporianos occiderunt, atque ita regreſſi Boſporum ceperunt cunctaque, quae ad Maeotida paludem oppida, Sarmatarumque t) familias, et Boſpori conſederunt, nemine de reliquo interfecto, niſi qui in armis deprehenſus fuiſſet. Atque hoc quidem modo Boſporo potiti, eam ſeruarunt.

§. 9.

Diebus vero aliquot elapſis, Chreſtus, Papiae filius v), Sarmatarum vxoribus dixit; nihil opus eſt, nos bellum vobiſcum gerere; ſed, Sauromato Romanorum terram vaſtante, iuſſum nobis fuit a Romanorum imperatore, vt, tanquam eius ſubditi, arma contra vos ſumeremus, et vos debellaremus. Si igitur in vrbe veſtra viuere velitis, agite ad dominum veſtrum Sauromatum legatos mittamus, vt pacem cum Romanis faciat, praeſentibus noſtris legatis, atque illinc diſcedat, vosque a nobis in vrbem noſtram redituris dimittamini. Et Sauromato legatos noſtros remittente cum ſuis, qui de pace ſignificent, dimittemus vos, ac diſcedemus. Sed ſi voluerit Sauromatus dolo aliquo circumuentos hic concludere, belloque infeſtare, nosque id per excubitores noſtros x) cognouerimus, omnes vos a maximo ad minimum trucidabimus, atque ita hinc abibimus: neque quidquam porro Sauromato id proderit, familia omni et vrbe amiſſa.

His auditis Sauromati vxores ſerio rem fieri curarunt, miſeruntque Cherſonitae cum Boſporianis legatos quoque e ſuis quinque, qui rem ei totam exponerent. cumque iuxta Halyn fluuium ad Sauromatum veniſſent, quaecunque aduerſus Boſporianos geſta eſſent a Cherſonitis, annunciauerunt.

§. 10.

Ille vero animi anxius, veluti reficere Cherſonitarum legatos ab itinere feſſos cupiens, dixit ipſis: „Cum fatigati ſitis, volo qui-

t) των Σαυροματων, ita et paulo inferius ſcribitur.

v) Χρηςος ὁ τȣ Παπιȣ.

x) δια των σκȣλκατορων ἡμων. σκȣλτατορες excubitores, vigiles, ita paſſim apud Mauricium et Leonem in Tacticis, vt Bandurius ad h. l. monet.

Imp. DIOCLETIANO. a. C. 284 - 304.

quieſcere vos paucos dies, et deinde, quaecunque dixiſtis, effecta reddam. Hinc autem diſcedite ad Romanos, ab iisque diſcite et perſuadete vobis, veracem me eſſe, nec mentiri„.

Cherſonitae vero ad Conſtantem profecti cum Sauromati legatis, de iis, quae inter ipſos geſta ſunt, interrogantur, nunciantque Conſtanti omnia, quae cum Boſporianis et Maeotidis paludis accolis egiſſent, et quo pacto Sauromati familias cepiſſent, isque hac neceſſitate compulſus ad pacem veniret

Quibus auditis, Conſtans, admodum contriſtatus, inquit Cherſonitis: „Quid mihi prodeſt de reliquo auxilium veſtrum, quandoquidem pepigi, me ipſis tantum auri daturum„. Reſpondent ei Cherſonitae, „Noli contriſtari, domine, nam, ſi vis, diſſoluemus pactum de pendenda pecunia„. Eoque interrogante, qua id ratione fieri poſſet, dicunt ei Cherſonitae: „ 'Significaret Sauromato, etiam inter ſe pacta exſtare, quandoquidem ipſius cauſa expenſas feciſſet, damnaque multa paſſus eſſet, exercitu Roma eo vsque perducto, itaque illa ſolueret y), ipſe vero familias cunctas vrbemque ſuam reciperet.

§. 11.

Laetus hac re Conſtans, conſilium ſecutus, Sauromato haec denunciat. Quibus auditis, Sauromatus animo contriſtatus reſpondit, „Neque dare ſe quidquam, neque accipere item velle: 'mitteret tantum Cherſonitas, vt ipſe inde diſcederet z)„. Inquiunt Conſtanti Cherſonitae, „Ne dimittas nos, antequam captiuos omnes acceperis„.

Tum Conſtans Sauromato renunciauit, „Sibi captiuos omnes mitteret, tum ſe Cherſonitas dimiſſurum promittens„. Quae vbi audiſſet Sauromatus, omnes captiuos a), quotquot eſſent, vel inuitus dimiſit.

§. 12.

y) δηλωσον και αὐτος τῳ Σαυροματῳ ὁτι τα μεν ἠδη μεταξυ ἡμων γενομενα πακτα κεκρατηνται. ἐπει ουν τη αἰτιᾳ τη σῃ κἀγω ἀναλωματα και ζημιας πολλας ἐποιησα — δος μοι και συ ταυτα.

z) μονον ἀποςειλον μοι τους Χερσωνιτας, ἱνα των ἐντευθεν ἀναχωρησω.

a) τους πραιδευθεντας.

a. C. 284-304. *Imp.* DIOCLETIANO.

§. 12.

Quos cum accepiſſet Conſtans duobus Cherſonitarum legatis apud ſe retentis, caeteros ad Sauromatum miſit; iſque ad illorum aduentum e Lazorum regione quosdam vna cum ſuis deſtinauit, quibus Boſporus familiaeque traderentur; ipſe vero b) cum exercitu iter ordinate inſtituebat, vt Cherſonitae familias confertim traderent, et poſtea recederent.

Cherſonitae vero, legatis ſuis in vrbe Boſporo receptis, intellectoque, quid inter Conſtantem et Sauromatum actum eſſet, Boſporum, et Maeotidis paludis oppida, familiasque omnes illaeſas tradiderunt viris a Sauromato miſſis c).

§. 13.

Conſtans autem, vbi ex Romani imperii locis diſceſſiſſet Sauromatus, ipſe quoque Romam contendit, omniaque a Cherſonitis acta imperatori indicauit, adductis item duobus legatis. Quos cum vidiſſet imperator, benigne exceptis gratias maximas egit, inquiens ipſis; „Quid vultis vobis et ciuitati veſtrae dem pro tali beneuolentia et auxilio?„ illi vero imperatori reſponderunt: „Nihil aliud, domine, petimus, niſi vt liberi ac immunes ſimus a tributo d)„. Imperator autem, quam libenter eorum petitioni obſecundans, liberos ac immunes a tributo fecit, multisque praeterea muneribus cohoneſtatos ad Cherſonitas remiſit, veluti veros ac fideles imperii Romani ſubditos.

At Conſtans magnifice ipſe quoque ab imperatore Diocletiano exceptus, veluti re contra Sauromatas e) praeclare geſta, et illuſtris clarusque factus, paulo poſt in Romanum imperium ſucceſſit, Diocletiano Nicomediam ſuccedente.

§. 14.

b) ἀυτος δε Σαυρωματος:

c) και κατελαβον ἐν εἰρηνῃ την Χερσωνιτων omiſit haec interpres.

d) ἀτελειας παραχεθαι ἡμιν ὑπο τȣ κρατȣς ὑμων.

e) των Σαυρωματων.

Imp. CONSTANTINO M.

§. 14.

Imp. CONSTANTINO M.

a. C. 306 - 337. [f]

CONSTANTE [g] autem mortuo, imperator fuit filius eius Conſtantinus. Qui cum Byzantium veniſſet, 'Scytharumque nonnulli rebellarent [h], reuocatis in memoriam, quae a patre Conſtante audiuiſſet de beneuolentia et auxilio Cherſonitarum, legatos illis miſit, poſtulans, vt contra illos arma caperent, ac rebellatores ſubiugarent. 'Qui facile perſuaſi, exercitu inſtructo Iſtrum tranſgreſſi, Scythas ſuperatos in fugam verterunt, quo facto immunitas a tributo ipſis confirmata eſt, aliaque ſtipendia, quotannis ipſis pendenda, adiecta ſunt [i]'.

§. 15.

7 ANNIS vero aliquot poſt, Sauromatus, Sauromati Criſcoroni [k], qui Lazicam bello infeſtauerat, nepos, collecto ad Maeotidem paludem milite, contra Cherſonitas mouit, iniuriam, vt inquiebat, captiuitatis aui ſui, quae Diocletiano imperante accidit, vlturus. Qua re intellecta, Cherſonitae, qui principem ac proteuontem tunc temporis habebant Bylcum, Supolichi filium [l], armis quoque ipſi ſumtis obuiam facti ſunt in locis Capha nuncupatis [m], initoque proelio, Deo opitulante, Cherſonitae ſuperiores facti, Sauromatum in fugam conuerterunt, limitemque in eodem loco Capha nominato [m], vbi victoria potiti ſunt contra Sauromatum, poſuerunt, in quo etiam Sauromatus et qui cum ipſo

a

f) Sunt anni imperii Conſtantini M.

g) Quem *Conſtantem* vocat Conſtantinus, *Conſtantium Chlorum* eſſe recte monet ad h. l. Bandurius.

h) ἀντιςασεως αὐτῳ ὑπο τινων ἐν τῃ Σκυθιᾳ γενομενης. Non Sarmatae, de quibus huc vsque ſermo fuit, ſed Gothi intelligi videntur.

i) Locum integrum vide in *Scythicis* §. 24.

7. CONSTANT. de Adm. Imp. p. 148 - 150.

k) ὁ ἐγγονος Σαυρεματȣ τȣ Κρισκορονȣ. Hic princeps Boſporianus ſupra [§. 6.] Κρισκων Ορȣ παις vocabatur, hic vero haec duo verba ab indocto ſcriba in vnum conflata putat Bandurius ad h. l.

l) Βυσκȣ τȣ Σȣπολιχȣ.

m) ἐν τῳ αὐτῳ λεγομενῳ Καφα — τοπῳ.

m) ἐν τοις τȣ λεγομενȣ Καφα τοποις.

a proelio ſuperſtites erant, nunquam ſe eum cum armis transgreſſuros eſſe, iurarunt; ſed propria vtrosque aſſignataque ſibi ſecundum praeſtitutos terminos loca habitaturos eſſe. Atque ita Boſporum Sauromatus, Cherſonitae terram ſuam repetierunt.

§. 16.

HISQVE ita geſtis, rurſus poſt aliquot annos alius Sauromatas n) cum militum manu ad Maeotidem paludem collecta ſurgens, bellum contra Cherſonitas coepit, limitesque cum iureiurando in Capha a primo Sauromato poſitos, vt nemo belli contra Cherſonitas gratia illos praetergrederetur, transgreſſus eſt, tanquam ablatam ſibi per vim terram vindicaturus recepturusque. Habebant autem principem ac proteuontem tunc temporis Cherſonitae Pharnacum, Pharnaci filium o), armis quoque ipſi contra Sauromatum ſumtis, et obuiam ſibi mutuo facti in praedictis Capha locis, in montibus vtrique conſtiterunt.

Sauromatus vero, et corporis magnitudine et militum multitudine fretus, inſolenter Cherſonitis inſultabat: at Pharnacus ſtatura exiguus prae Sauromato, eiusque copias conſiderans, conſilio cum ſuis inito ſtatuit, ne infinita multitudo periret, ſingulari certamine cum Sauromato pugnare; reque conſtituta, militibus Sauromati nunciat Pharnacus, non opus eſſe, vt tanta multitudo pereat, neque ſponte illos ſua, ſed Sauromati impulſu ad bellum veniſſe: mallent itaque ipſi auctores eſſe, vt ad ſingulare certamen deſcenderet, et Si [inquit], Deo opitulante, eum vicero, vos domum incolumes repetetis, ipſe vero ac eiusdem vrbs mihi ſubiicientur, et e contrario ſi ipſe me ſuperauerit, vos etiam ita domum redibitis, et ipſe terram meam occupabit.

§. 17.

Haec res cum grata Sauromatis eſſet, Sauromato ſingulare certamen inire cum Pharnaco ſuaſerunt. Sauromatus itaque cognito

n) ἑτερος Σαυροματος.

o) και δη ἐν τοις τοτε καιροις ςεφανοφορουντος και πρωτευοντος της Χερσωνιτων Φαρνακου του Φαρνακου.

gnito exiguae ſtaturae Pharnacum eſſe, magnitudine ſua, viribusque, et armis, quibus vtebatur p), fretus, conditionem laetus accepit. Pharnacus autem pugnaturus militibus ſuis dixit, „Vbi cum bono Deo ſingulare certamen ingreſſus fuero, Sauromatumque tergo vobis obuerſum, facie vero ſuis videbitis, ego autem faciem vobis tergum hoſtibus obuertero, vno ore omnes clamabitis A A., neque hunc clamorem iterabitis. Cum itaque in campum ad ſingulare certamen vterque veniſſent, interque ſe depugnarent, Pharnacusque Sauromati, et Sauromatus Pharnaci partibus obuerſus eſſet, vno ore Pharnaci miles exclamauit A A: quo clamore audito, Sauromatus conuertit ſe, vt videret, quisnam eſſet hic clamor ad certamen compoſitus, qui in Pharnaci exercitu ſublatus q): dumque ſe conuerteret, diducta paullulum caſſidis lamina, e veſtigio conto eum Pharnacus percuſſit, et occidit. Cum autem Sauromatus cecidiſſet, equo deſcendens Pharnacus, caput ei amputauit.

§. 18.

Victorque exſiſtens [Pharnacus], Maeotidis paludis quidem populum dimiſit, Boſporianos vero in vinculis detinens, capta eorum terra, limites in Cybernico ſupra Cherſonitas ſtatuit, quadraginta tantum milliarium terram ipſis relinquens, manentque iſti limites in hodiernum vſque diem, cum priores illi, quos dixi, in Capha ſint. Paucis vero Boſporianorum apud ſe retentis, agriculturae cauſa, Pharnacus reliquos omnes, miſericordia ductus, ad ſua redire permiſit. qui reuerſi, pro beneficio tali beneuolentiaque ſtatuam ei in Boſporo poſuerunt.

Atque ex eo tempore in poſterum Sauromatae Boſpori imperium amiſerunt r).

§. 19.

p) και ὁις ἐκεχρητο ὁπλοις κατατεθωρακισμενος.

q) ἐναγωνιος τις ἡ γενομενη κραυγη.

r) ἐκ τοτε ὀυν λοιπον ἡ των Σαυροματων ἐν τῃ Βοσπορῳ βασιλεια κατελυθη.

a. C. 306 - 337.

Imp. CONSTAN-TINO M. 8

§. 19.

HIS ita geſtis, principatum apud Cherſonitas tenente ac proteuonte *Lamacho* [s], apud Boſporianos vero regnante *Aſandro* [t], male omnino aduerſus Cherſonitas affecti Boſporiani cum quieſcere nequaquam poſſent, ſemperque aliquo modo captiuitates ſuas vlciſci ſtudebant, cum intellexiſſent, filiam Lamacho vnicam eſſe *Gyciam* [v], filiosque haberet Aſander; affinitatem contrahere meditati ſunt, vt, hoc nimirum pacto liberi in Cherſonitarum terram ingreſſi, vindictam ſumerent,

§. 20.

Mittunt itaque [Boſporiani] legatos ad Cherſonitas, ſuaſuros, quandoquidem vera amicitia inter ipſos eſſet, eamque ſine dolo colerent, affinitatem ſecum contraherent, et vel Lamachi, principis ipſorum, filiam Aſandri, domini ſui, filio darent, vel eum apud ſe acciperent; ſic enim cognitum iri, fidem inter ipſos conſtitutam eſſe, herili filio ſuo apud eos commorante„.

Reſponderunt vero Cherſonitae, „filiam ſe ipſis dare non poſſe, quod ſi autem aliquem ex Aſandri, regis ſui, filiis dare generum vellent, accepturos eſſe, illa quidem conditione, vt, qui venturus eſſet, reditum ad Boſporianos tentare nunquam poſſet inuiſendi compellandique patris ſui cauſa: ſi id nihilominus tentauerit, ipſa hora moriatur„.

§. 21.

Hoc pacto dimiſſi legati domumque reuerſi, cum, quid actum eſſet, ſignificaſſent; iterum ad Cherſonitas Aſander miſit, inquiens; „Quod ſi verum dicerent, atque bona fide agerent, Lamachusque filio maiori ſuo filiam vxorem dare vellet, eum ſe illuc miſſurum eſſe„. Erat autem illis temporibus Lamachus, vt ferebatur,

8. CONSTANT. de Adm. Imp. p. 150 - 155. In iis, quae hic ſequuntur, nulla fit Sarmatarum mentio, vt dubitari poſſit, num quae infra de Boſporianis narrantur, huc pertineant. ſimiliter etiam tempus, cui ea affigenda ſint, incertum eſt.

s) Λαμαχȣ.

t) Ασανδρȣ δε της Βοσποριανων βασιλευοντος.

v) την Γυκιαν.

Imp. CONSTANTINO M.

a. C. 306-337.

batur, diues admodum auro et argento, famulis et ancillis, equis ac fundis quamplurimis, et in quatuor regionibus domum habebat in latitudine et longitudine vsque infra Suſa quae dicebatus x), vbi etiam in muro propriam ianuam habebat et quatuor portas magnas ad introitum et exitum cum aliis oſtiolis ſplendidis; ita vt, pecoribus eius in vrbem venientibus, ſinguli armentorum greges, equorum et equarum, boumque et bucularum, ouiumque et aſinorum, ſuas quique per portas introirent, et ad proprium ſtabulum diſcederent.

§. 22.

Adhortati igitur Lamachum ſunt Cherſonitae, vt Aſandri filium generum adſciſceret. Quibus cum ille annuiſſet; Aſandri filius Cherſonem venit, Gyciamque duxit. Et exiguo biennii tempore elapſo, Lamachus diem obiit, cum iam Gyciae mater antea mortua eſſet. Gycia autem, finito anno a ſepulto patre, annuo die inſtante, memoriamque patris ſui celebrare cupiens, principatum tenente ac proteuonte y) tunc temporis in Cherſone Zetho, Zethonis filio, primores vrbis hortata eſt, ne iniuriam ſuam putarent, ſi et ipſi et populus vniuerſus ab ea acciperent vinum, panes, oleum, carnes, aues, piſces, et ſi quae alia ad epulum neceſſaria, vt diem memoriae Lamachi ſacrum ciues vniuerſi cum vxoribus, ac liberis, omnique familia publica laetitia celebrem agerent cum choreis in propria regione z) ſinguli, ac feriatum haberent: promiſitque ciuibus cum iuramento, quotannis, dum viueret, haec ſe omnia ad celebrandam diem in Lamachi memoriam iis ſuppeditaturam.

§. 23.

Haec cum ita iureiurando ab ipſa firmata eſſent; maritus eius, Aſandri filius, dolum animo occultum verſans, et proditionis

x) καὶ τεσσαρσι δε ῥεγεωσι τον οἶκον αὐτȣ ἐπικρατειν ἐν πλατει και μηκει, ἕως κατω των λεγομενων Σȣσων.

y) πρωτευοντος της Χερσωνος Ζηθȣ, τȣ Ζηθονος.

z) ἐν τῷ ἰδιῳ ῥεγεωνι.

a. C. 306-337. Imp. CONSTANTINO M.

nis tempus quaerens, quae a Gycia dicta iuramentoque firmata eſſent, audiens, admiratus laudauit eam, quod iuramento ſtabiliuiſſet, veluti praeclare erga parentes adfectam, adiiciens, gaudere ſe quoque et libare itidem velle.

Cumque memoriae dies et epulum praeteriiſſet, Boſporianis per famulum ſuum indicauit, „Inueniſſe ſe, quo pacto ſine labore Cherſonem capere poſſent. mitterent itaque per interualla decem, aut duodecim, iuuenes praeſtantes praeter caraborum remiges, qui veluti xenia ipſi ferrent: qui autem appellent carabi, in tali loco manebunt, ego vero equos mittam, quibus iuuenes ac munera miſſa in vrbem vehantur„.

§. 24.

Cumque per biennium hoc modo diuerſis temporibus in vrbem Boſporiani cum xeniis veniſſent, ne fraus a ciuibus agnoſceretur, adducebat eos Aſandri filius pedeſtri itinere ex loco conſtituto, et rurſus poſt aliquot dies coram omnibus eos ſub veſperam dimittebat ad campeſtria, quaſi iam tardius eſſet; qui egreſſi ad tria vsque milliaria tenebris iam denſis redibant, et Limonem intrabant [a], vnde carabo Suſa deuehebantur, vbi per portam minorem, quam in muro habebat, in domum ab eo recipiebantur, nemine conſcio, praeter tres tantum famulos Boſporianos fidos; quorum vnus ad locum ſtatutum pergebat, et recedere carabos nunciabat: alter vero in Limonem [b] Boſporianos reducebat: tertius denique Limone Suſa carabo eos aduehebat, et in Lamachi domum introducebat. Vtebatur praeterea his ad alimenta deferenda illis, qui in locis abditis erant, ipſa quoque Gycia dolum ignorante.

Exſpectabat autem, vt diximus, anniuerſario die Lamachi memoriae ſacro, vrbe tota epulante ac ſomno ſopita, ipſe cum Boſporianis atque domeſticis ſuis de nocte ſurgere, vrbemque incendere et omnes occidere.

 §. 25.

a) και ἠρχοντο ἐν τῳ λεγομενῳ λιμνῳ.

b) ἐν λιμωνι, ſupra λιμνῳ.

Imp. CONSTANTINO M.

a. C. 306-337.

§. 25.

Cumque biennii tempore in Gyciae domo congregati eſſent Boſporiani ducenti, inſtaretque iam celebranda Lamachi memoria, accidit, vt puella Gyciae, quae ei gratiſſima erat, propter offenſam ab oculis eius remoueretur, ſecludereturque. Locus vero, in quo concludebatur, ſubter quoque Boſporianos habebat, qui illic alebantur. Puella autem ſedente et filum torquente, contigit, vt fuſi verticillus decidens in foramen profundum prope parietem deuolueretur: cumque ſurgeret tollendi cauſa, in foramen delapſum videt, vnde cum extrahere propter profunditatem non poſſet, vnum e pauimento prope parietem laterem extrahere coacta fuit; eoque facto per foramen in inferiore aedium parte abſconditam illic hominum multitudinem videt. Quos cum vidiſſet, laterem in locum ſuum ſolerter repoſuit, ne ab iis, qui infra erant, deprehenderetur, miſitque clanculum puellarum aliquam ad dominam ſuam, quam venire ad ſe hortabatur, neceſſarium aliquid audituram viſuramque. Gycia vero Deo impellente puellam adiit: ſolaque ingreſſa, cum ianuam clauſiſſet, ad pedes eius prouoluta puella, „Potes, inquit, o domina, inutilem ancillam tractare pro arbitrio, attamen oſtendam tibi rem nouam et inopinatam„: quod cum ſecure facere eam Gycia iuſſiſſet, ad parietem adductae, ſublatoque ſolerter latere, dixit: „Ecce, o domina, per foramen hoc abſconditam inferius Boſporianorum multitudinem vides„. Gycia cum eos vidiſſet, re tali conſternata, „Non fruſtra, inquit, hoc conſilium ſuſceptum eſt„. Sciſcitaturque puellam, quomodo id comperiſſet: cui „omnino domina, reſpondit puella; quippe per Dei voluntatem fuſo excidens verticillus in hoc foramen deuolutus eſt. quem cum extrahere inde nequirem, laterem auellere coacta fui, atque tunc eos vidi„. Illa vero puellam ſolerter reponere laterem ſuo loco iuſſit; eamque amplexata benigne cum oſculo, „Nihil, inquit, metuas filia, condonatum tibi crimen eſt; ſiquidem voluit te peccare Deus, vt dolum hunc nobis manifeſtum faceret. Vide igitur, quantum potes, vti totam hanc rem clam alios habeas, neque cuiquam quidquam concredas„. Sumſitque eam ſecum, habuitque benignius, quam vnquam antea, quia fidelem experta eſſet.

§. 26

a. C. 306-337. *Imp.* CONSTANTINO M.

§. 26.

Accitis autem Gycia duobus e conſanguineis, quibus maxime fidebat, inquit eis ſeorſum, „Abite et congregate apud vos clanculum primores et nobiles vrbis, iique eligant viros tres fidos, arcanum qui cuſtodire et rem gerere poſſint, et quibus ſacramento ſe omnes obſtringent, vt plenam mihi fidem faciant in iis, de quibus ipſos interrogatura ſum. Mittant vero illos ad me clanculum. habeo enim neceſſarium aliquid, vrbique huic vtile, quod ipſis committam: tantum maturate id, quod vobis dico„.

§. 27.

Diſcedentibus igitur hoc pacto eius conſanguineis, cum illi haec clam ad primates retuliſſent, e veſtigio tres viros elegerunt, quos fidos eſſe cognouerant, fide ipſis cum iuramento data, ratum ſe habituros effecturosque, quidquid cum Gycia acturi eſſent. Hi vbi clam ad Gyciam veniſſent, illa eos excepit, interrogauitque; ecquid promittere cum iuramento poſſent, facturos ſe, quidquid commiſiſſet? illis vero affirmantibus, ſe omnia pro voto eius facturos eſſe, reſpondet Gycia: „Fidem date, in vrbe me, ſi moriar, ſepeliendam eſſe, et arcanum meum narrabo vobis: neque graue eſt, quod poſtulo„. Quod cum audirent, libenter cum iureiurando promiſerunt, in vrbe ſe eam, ſi moreretur, ſepulturos neque extra moenia educturos. Itaque perſuaſa Gycia, „Nunc, inquit, arcanum vobis, quod habeo, aperiam: ecce, maritus meus ex ingenito aduerſus vrbem hanc odio atque inuidia per dolum Boſporianos aliquot, in domum meam introductos cum armis vsque ad ducentos, nutrit, me inſcia; verum rem hanc nunc Deus per occaſionem mihi manifeſtam fecit. Hoc autem ille conſilium agitat, vt, vbi in patris mei memoriam vrbi ego epulum dedero, vosque epulati dormitum iueritis, ipſe de nocte cum Boſporianis atque domeſticis ſurgat, aedibus veſtris ignem immittat, vosque omnes contrucidet. Et ecce, inſtat nunc dies anniuerſarius memoriae patris mei, oportetque me vobis ex iuramento dare pro more meo, quae ad epulum neceſſaria, et omnia praeſtare parata ſum. Velitis itaque omnes laeti accur-

c) ἐν μεσῳ της πολεως.

Imp. CONSTANTINO M. a. C. 306 - 337.

accurrere, poſtulareque, et accipere omnia libenter, ne vllo ille pacto intelligat, nos rem reſciuiſſe, et ſubito inteſtinum aliquod bellum oriatur. Igitur publice, vti mos eſt, epulum celebrate, ſed cum modo, et choreas in plateis agite: vnusquisque vero in aedibus veſtris apparet ligna, ſarcinas ac taedas ſolidas, vt, me epulum ac choreas detrectante, ad quietem vos abire exiſtimet Me vero citius ſolito detrectante, ac fores meas obſerari iubente, vos confeſtim cum multo ſilentio per famulos et ancillas veſtros ex omnibus vndecunque aedibus adferentes ligna, ſarcinas taedasque, ad ianuas meas et veſtibula apponite, immo circum totam domum et oleum lignis infundite, quo citius flammam concipiant. Cum autem ego egreſſa fuero, vobisque dixero, ocius ignem iniicite, ac cum armis circumſiſtite, vt, quos per feneſtram exſilientes videbitis, interficiatis. Abite igitur, et arcanum hoc narrate, cunctaque, quae iuſſi, apparate „.

§. 28.

Ciues vero vbi rem intellexiſſent a tribus his viris, quam citiſſime omnia peragebant ex mandato Gyciae. Cum itaque inſtaret dies memoriae ſacer, et Gycia laeta ad ciues vrbis mitteret, hortareturque, vt acciperent, ad epulum quae pertinerent, accurrit etiam maritus eius, et plus vini ſolito dari iuſſit. Ciues autem libenter omnia accipientes, epulabantur, vti iuſſi erant. et per totam diem choreas agitabant: ſed ingruente veſpera, quaſi epuli longioris pertaeſi, domum ſe ſuam quieturi receperunt. Epulabantur autem per omnes paſſim aedes; Gycia vero in ſuis largiter potare domeſticos ſuos iubens, vt ebrii facti citius cubitum diſcederent, puellis tantum cubiculariis ſobrietate indicta, et ipſa quoque a vino abſtinebat. Nam poculo purpureo inuento, puellae cubiculariae, quae negotii conſcia erat, id dedit, iuſſitque in eo aquam ſibi miſcere: quod cum maritus eius videret, aquam illam bibere non ſuſpicabatur.

Vbi autem iam veſpera veniſſet, ciuesque, vti iam dictum eſt, epulandi ſatietas cepiſſet, Gycia ad maritum inquit, poſtquam epulati ſumus, age etiam nos cubitum eamus; quem ille ſermonem libens audiuit, et ſomno ſe dedit: „neque enim iniicere ipſe hoc

a. C. 306-337. *Imp. CONSTANTINO M.*

hoc poterat d), ne vxori de dolo ſuſpicandi cauſam praeberet. Mandat itaque Gycia ianuas omnes ac oſtiola obſerari et adferri ſibi pro more claues; quod vbi factum eſſet, fidae cubiculariae doli gnarae in aurem dixit: „Abi cum reliquis cubiculariis, et ſollerter aufer omnia ornamenta mea, aurumque et quidquid vtile in ſinu aſportare poteſtis, ac vos parate, vt, cum iuſſero, me ſequamini„. At illae quidem mandatis morem gerentes, paratae erant. Maritus autem eius cum cubitum ſe dediſſet, paulliſper dormiturus, vt ocius mox ſurgere rurſum poſſet, ad vrbem ex inſidiis opprimendam; Gycia dormire diſtulit, quoad familia tota ſomnum cepiſſet. cumque maritum vino obrutum dormire videret; obſerato tacite cubiculo eum incluſit, diſcedensque cum cubiculariis ſuis placide egreſſa foribus, cum eas clauſiſſet, ſtatim ciues quam citiſſime vndique domum incendere iuſſit. Igne vero iniecto et domo incenſa; ſicubi quiſpiam eorum, qui intus erant, proſiliret, a ciuibus occidebatur.

Atque ita domo cum omnibus, qui in ea incluſi erant, ſolo tenus exuſta; Cherſonitarum vrbem ab inſidiatoribus Boſporianis Deus ſeruauit.

§. 29.

Gycia autem cum domum, quae conflagrauerat, reſtaurare ciues vellent, non permiſit; quin potius ſordes ac ſtercora omnes illuc congregari iuſſit, vt tota iis obrueretur; vtpote in qua poſitae vrbi inſidiae fuiſſent: vnde et in hunc vsque diem Lamachi ſpecula locus ille appellatur.

§. 30.

His igitur omnibus ſic geſtis, videntes Cherſonitae infinitam Gyciae poſt Deum in ipſos beneficentiam, quae omnibus rebus ſuis ſalutem vrbis potiorem habuerat, grati animi ergo duas ex aere ſtatuas in honorem eius in platea vrbis poſuerunt, iuuenculam aetate repraeſentantes cum haec acciderent, oſtendenteſque

d) ου γαρ ηδυνατο αφ᾽ εαυτȣ ειπειν τȣτο.

Imp. CONSTANTINO M. a. C. 306-337.

teſque hac re ineffabilem eius beneficentiam amoremque erga ciues, quae, in iuuenili aetate conſtituta, ita prudens fuerit, vt patriam ſuam poſt Deum conſeruauerit. Ac in vna quidem compoſitam eam ornatamque effinxerunt, et mariti inſidias ciuibus patefacientem; in altera vero, certantis habitu inſidiasque aduerſus ciues vindicantis eam repraeſentarunt: in baſi autem totam beneficii ab ea ciuibus poſt Deum praeſtiti hiſtoriam inſcripſerunt. Et ſi quis honeſti amantior haberi cupit, baſin illam quandoque purgat, vt legi poſſit, ad renouandam rei geſtae memoriam, et oſtendendas Boſporianorum inſidias.

§. 31.

9 · ALIQVOT vero annis poſt, principatum Cherſonitarum tenente ac proteuonte Stratophilo, Philomuſi filio, cum prudentiſſima omnino Gycia eſſet, et experiri Cherſonitas vellet, ac ſcire, an, quod cum iuramento promiſerant, facturi eſſent, communicato cum puellis ſuis conſilio, veluti triſtitia ex rebus quibusdam concepta mortuam ſe ſimulauit, et, curato eius funere, puellae ciuibus indicant, obiiſſe dominam ſuam, itaque locum ſepulturae aſſignarent. Cherſonitae vero, intellecta Gyciae morte, cum inter ſe deliberaſſent, neglecto iuramento, quo in media vrbe ſepeliendam promiſerant, extra vrbem eam extulerunt, vt illic ſepelirent. Cumque iam depoſitus eſſet ad monumentum lectulus, erigens ſe, ciuesque omnes circumſpiciens: „Haeccine, inquit, veſtra cum iuramento data fides; ita in omnibus veraces eſtis? Heu in poſterum ei, qui ciui Cherſonitae crediderit„. At Cherſonitae deceptos ſe ab illa videntes, erubeſcentes ſupra modum, quod fidem datam non obſeruaſſent, rogarunt, vti taceret, et delicti huius veniam daret, neque vlterius exprobraret; atque iterato ſacramento ſe obſtrinxerunt, in media vrbe, non extra eam, ſepulcrum daturos, quod et fecerunt. Nam adhuc viuenti, quem ipſa locum tumulo elegiſſet, eum dederunt e), ſtatuamque

9. CONSTANT. de Adm. Imp. p. 155, 156.

e) ἐν ᾧ τοπῳ ᾑρετισατο την σορον αὐτης ἐστησαντο.

a. C. 306-337.

Imp. CONSTANTINO M.

que ex aere alteram erexerunt, quam inauratam iuxta ſepulcrum collocauerunt, vt pleniorem fidem facerent *f*).

§. 32.

a. C. 311. *g*)

CONSTANTINVM pater adoleſcentem etiamnum, Gallerio dediſſe obſidem memoratur, vt interim etiam in re militari exerceretur. Qui cum ei ob ingenii dexteritatem ex inuidia inſidias ſtrueret, in pugna Sarmatica *h*) mandarit, vt barbarorum ducem armis inſignem aggrederetur. Conſtantinum vero paruiſſe, eumque correptum viuentem ad Gallerium portaſſe. 10

§. 33.

a. C. 328.

11 a. M. 5818. a. C. 318. a. 22. imp. Conſtant. M.

HOC anno *i*) magnus Conſtantinus expeditione aduerſus Germanos, Sarmatas et Gotthos ſuſcepta — 'Iſtrum transgreſſus' maximam reportauit victoriam, deuaſtatisque eorum agris, extremam in eos induxit ſeruitutem.

f) His quae ſubiungit Conſtantinus, vide in *Zicchicis* §. 6. Quibus enarratis, quae, ſi forte res nouas molirentur Cherſonitae, Romanis facienda ſint, monet. deque commercio, quod cum Patzinacis exercebant, quaedam addit.

10 ZONARAS T. I. p. 645.

g) Sub Conſtantino M., initio eius imperii haec narrat Zonaras. Sed ante obitum [quem vulgo ad a. C. 311. referunt] Galerii ea geſta eſſe e loco ipſo apparet.

h) τοις Σαϱματαις μαχομενος.

11. THEOPHANES p. 22. Anaſtaſius Bibliothecar. p. 28. Chronicon Paſch. p. 284. Cedren. T. I. pag. 295. Zonar. T. II. p. 6. Locum integrum vna cum narrationis varietate vide *T. I.* in *Gothicis* §. 12.

In Selectis ad illuſtrat. Chronici Paſch. p. 446, 447. haec leguntur: *a. C. 332. Conſtantino et Maximiano coſſ. caſtra facta in Sarmatia contra Acinco et Bononia. a. C. 370. Pacatiano et Hilariano coſſ. victi Gothi ab exercitu Romano in terris Sarmatarum die XII. Kal. Maii. a. C. 372. Optato et Paulino coſſ. Sarmatae ſerui vniuerſa gens dominos ſuos in Romaniam expulerunt.*

i) Vid. marg.

Imp. VALENTINIANO. a. II. imp.

§. 34.

Imp. VALENTINIANO,

a. C. 375.

12 β) HOC anno k) magnus Valentinianus annis vitae LXXXIV. imperii vndecim exactis vitam hoc pacto finiuit. 'Sauromatae, gens puſilla et infirma l), Valentiniano rebellantes et perdomiti, pacis petendae gratia legatos ad eum miſerunt. Eo legatos interrogante, num Sauromatae cuncti adeo 'miſero et deſpicabili forent corporis aſpectu m)? reſponderunt: „Reliquis praeſtantiores hic tenes, quos et coram conſpicis„. Violentius ille inclamans, dixit: „Male agitur cum Romano imperio, quod in Valentinianum deſiit: cum Sauromatae 'adeo viles n) aduerſus Romanos inſurgere audeant„. Ex clamoris vero contentione et manuum violento comploſu rupta vena, et plurimo ſanguine emiſſo, menſis Dii decimo ſeptimo, indictione tertia moritur in quodam Galliae caſtello.

§. 35.

13 QVID de totius orbis ad eosdem [Petrum et Paulum Apoſtolos] veluti communes quosdam praefectos ducesque, aut praeſides [Romam] concurſu dicam? Miraculum profecto eſt, videre ab Hiſpania, ſiue Iberia et Gallia, inſulisque Britannicis, et ſi quae vlterius verſus occidentem vel aquilonem diſtent: tum etiam ex Germania, Sarmatia et Pannonia, nonnullos vero etiam ex Graecia et Aſia — vt arcam et loculum et conditorium Apoſtolorum — adorent.

β) CEDRENVS: *Anno ſui imperii XI. Valentinianus magnus hoc modo deceſſit. Sauromatae ab ipſo victi, pacis — miſerunt. Quos cum ipſe examinaret, reſponderunt, ſe omnium eſſe primos atque potiſſimos. Imperator, cum iſti dicerent, reliquis — emiſſo, in quodam Galliae caſtello vitam reliquit.*

12. THEOPHANES p. 52, 53. Anaſtaſ. p. 32. Cedren. T. I. p. 312.

k) Vid. marg.

l) Σαυρομαται ἔθνος μικρον τε και οἰκτρον.

m) τοις σώμασιν οἰκτροι.

n) τοιουτοι ὄντες.

13. MANVEL CHRYSOLORAS in epiſtola ad Ioannem imp. qua veteris ac nouae Romae comparatio continetur (Codin. de Origg. CP.) p. 112.

SCYTHI-

SCYTHICA.

INDEX PARAGRAPHORVM.

§. 1. Sectarum praecipuae, barbariſmus, Scythiſmus et Graeciſmus, ante diluuium.

§. 2. Scythiſmus poſt diluuium.

§. 3. Scytharum colonia a Seſoſtri in Perſidem deducta.

§. 4. Oreſtis in Scythiam iter, Thoas Scytharum rex, Scythopolis in Palaeſtina a Scythis condita.

§. 5. Abdias de Scythis vaticinatur.

§. 6. Abaris e Scythia in Graeciam venit.

§. 7. Scythae Baſan in Palaeſtina occupant.

§. 8. 9. Scythae Byzantium fruſtra obſident.

§. 10. Anacharſis Scytha, philoſophus.

§. 11. Cyrus Scythas inuadit.

§. 12. Darius Hyſtaſpis F. Scythas domat.

§. 13. Europaei Galli ad montes Riphaeos abeunt.

§. 14. Alexander M. barbaros ad Maeotin paludem vincit.

§. 15. Mithridatis imperium ad Scythas vſque pertinet.

§. 16. Iul. Caeſar Scythas inuadere cogitat.

§. 17. Artabanus Scytharum ope Parthorum imperio potitus.

§. 18. Andreas Apoſt. ad Scythas venit.

§. 19. 20. Scythae a M. Aurelio debellati.

§. 21. 22. Commodus cum barbaris ſupra Daciam incolentibus bellum gerit; pacem iungit.

§. 23. *Philippus bellum cum Scythis gerit.*
§. 24. *Conſtantinus M. Scythas Cherſonitarum ope vincit.*
§. 25. *Scythis lapides muneri mittit.*
§. 26. *Romani ſub Theodoſio a Scythis clade affecti.*
§. 27. *Manaim dux Rom. Scythas vincit.*
§. 28-31. *Res a Ioanne Scytha ſub Zenone et Anaſtaſio geſtae.*
§. 32. *Vitalianus Scytharum et Myſorum exercitum adducens Anaſtaſii exercitum caedit.*
§. 33. *Anchialus, quae antea barbaris patebat, a Iuſtiniano I. munitur.*
§. 34. *Leo Iſauricus Scytha et Maſſageta crudelior.*
§. 35. *In Eparchia Scythiae eſt Tomorum archiepiſcopus.*
§. 36. *Philippopolis ad Hebrum a Scythis Tauriſque vaſtata.*
§. 37. *Facies in Scythicis feminis immodice longa.*
§. 38. *Scythae in exercitu Emanuelis Comn. militant.*
§. 39. *Scythicum reſponſum.*

SCYTHI-

SCYTHICA a)

E
PETRO PATRICIO, PROCOPIO, HESYCHIO, THEOPHANE ISAACIO, CHRONICO PASCHALI, CONSTANTINO MANASSE, CONSTANTINO PORPH., GEORGIO SYNCELLO, CEDRENO, ZONARA, SVIDA, ANONYMO, NICEPHORO GREGORA, GLYCA ET CODINO.

§. 1.

SECTARVM — omnium [ante diluuium] matres ac praecipuae et celebres eae ſunt, Barbariſmus, Scythiſmus, Graeciſmus, Iudaiſmus, ex quibus caeterae ſunt natae haereſes.

Barbariſmus eſt quaedam ad arbitrium viuendi ratio: cuiusmodi exſtitit ab Adamo per decem generationes vsque ad Noae diluuium. Barbariſmus autem vocatur, quod nullum ducem haberent homines, neque inuicem conuenirent ac conſentirent; ſed

a) Hic partim antiquiora, partim incerta de Scythis adfero. quae vero ad gentes alias, quae ſuo nomine notae ſunt, et Scytharum tamen nomen participant, vt *Gothi*, *Vandali*, *Iuthungi*, *Hunni*, *Soroſgi*, *Turci*, *Chazares*, *Abares*, *Roſſi*, *Slaui et nationes Slauicae*, *Chrobati*, *Serbi cet. Patzinacae*, *Vzi*, *Comani et Tatari*, ad has, inquam gentes quae pertinent, ea ſuo quaeque loco dedi.

1. CHRONICON PASCHALE pag. 23, 24.

ſed quisque quod haberet, ſequeretur, ac ſua ſingulis voluntas pro lege eſſet.

§. 2.

a. Ante C. N. 2343 - 1974. a)

2 A diebus Noae poſt diluuium vsque ad turris et Babylonis aedificationem Scythismus perſtitit, annisque aliquot poſt tempus aedificationis turris, hoc eſt vsque ad Rhagau. Qui porro verſus Europae fines vergunt, et in Scythiae partibus degunt, ſuis ipſi moribus viuere elegerunt, vsque ad tempora Rhagau, vt et qui vlterius habitant, donec Thraecum regio occurrat b). —

Gentilitatis medium tenuere Barbarismus, Scythismus et Hellenismus c), donec cultus diuinus ab Abraham inſtitutus ac poſtmodum Iudaismus vna cum lege naturae coaluit.

§. 3.

a. C. N. 1338. d)

3 α) PRIMVS apud Aegyptios regnauit ex tribu Cham Seſoſtris, qui inſtructis copiis bellum intulit Aſſyriis, eosque ſubegit, vt et Chaldaeos et Perſas vsque ad Babylonem. Subegit pariter vniuerſam Aſiam, Europam, Scythiam et Myſiam: cumque in Aegyptum reuerteretur ex Scythiae regionibus, delegit iuuenum bellatorum quindecim millia, quos in Perſidem traduxit ibique habitare iuſſit, conceſſa illis, quam delegiſſent, regione.

Ex

α) CEDRENVS: Thuli Aegyptiorum regi ſucceſſit *Seſoſtris*, ac *viginti annis regnum in Aegyptios geſſit. Hic Aſſyrios — in Perſide collocauit.*

1. CHRON. PASCH. p. 49.

a) Anni a diluuio ceſſante vsque ad obitum Rehu, a Chriſto nato, a. M. 4000. retro numerati.

b) και τοις ἑαυτων ἐθεσι προεκριθησαν ἑως τε Ραγαυ ἡλικιας; και ἐπεκεινα, ἐξ ὁπερ οἱ Θρακες γεγονασιν.

c) των ἐθνων μεσος τυγχανων Βαρβαρισμος cet.

3. Id. p. 47. Cedren. Tom. I. p. 20.

d) Ad hunc circiter annum quidam Seſoſtrin referunt, alii vero antiquiorem, alii multo recentiorem faciunt, vt Caluiſius, qui eius ſub a. 1036. meminit.

a. C. N. 1338.

Ex e) eoque tempore Scythae illi in Perſide manſerunt, qui a Perſis *Parthidii* f) nuncupati ſunt, 'quod Perſica lingua Scythas ſonat g). qui et habitum et idioma et leges Scytharum vsque nunc ſeruant, maximeque virtute bellica praeſtant, quemadmodum haec tradit doctiſſimus Herodotus.

§. 4.

a. C. N. 1206. b)

ORESTES poſt perpetratam matris caedem in rabioſam in- 4
cidit inſaniam: quae aliquando remittebat, alio tempore vehementius vexabat. Ciuibus ergo inſtantibus, Delphos profectus, tale oraculum accepit:

Oreſta, non aliter veſania graui
Te liberari fata concedunt Deorum,
Quam, Pontici tranſuectus vndas aequoris,
Scythicas in oras Aulidemque veneris.
Hic ad Dianae conſtitutus victima
Altare, ſaluus barbaricum fugiens ſolum,
Terram Syrorum transmiſſo attinges mari,
Quae Silpii montis conuallem oppoſitam habet.
Hic reperies montem nomine Helanthium
Veſtaeque fanum nobile vetuſtae Deae.
Ibi tu rabioſam depones inſaniam.
Abi cito hinc: quae ſint futura, diximus.

Eo annotato, Oreſtes ſtatim, comitatus Pylade, 'in Scythiam nauigauit, et Aulidem peruenit i). Ergo cum, Pontico mari

e) Deſunt haec apud Cedrenum.
f) Παρθιδιοι.
g) ὁ ἐϛιν τῃ Περσικῃ γλωσσῃ Σκυθες.
4. CEDRENVS T. I. p. 133-135.
Horum etiam paucis meminit Procopius de B. G. p. 576.
h) Secundum Chronicon Parium.
i) ἐφθασαν ἐπι την Αυλιδα χωραν της Σκυθιας.

a. C. N. 1206.

ri traiecto, terreſtri itinere ad milliaria duo progreſſi eſſent, templum diuae cernunt, foriſque oſſa hominum proiecta, ʻquae indigenae ſua lingua *Cruſtemia* nominabant [k]. Hic ipſis, quid facto opus eſſet, conſultantibus, paſtores ad Iphigeniam accurrunt, duosque nunciant iuuenes mari aduectos eſſe. Ea primum nomina hoſpitum, ac cuii, ſciſcitatur; ſimul de Agamemnone, patre ſuo, et Troiano bello exploratis eorum indiciis. Inde ii, vt deae victima fiant, vinciuntur: reſeruaturque in diem proxime inſequentem Oreſtes, Pylades ad aram Dianae conſtituitur. Percontata eſt eum Iphigenia, cuias eſſet? ʻGraecum ſe eſſe reſpondit domo, patria Mycenaeum [l]. Illacrimauit ea, nomine gentis et vrbis ſuae audito: ſuſpicata tamen, eum de ipſius rebus aliquid ex paſtoribus inaudiuiſſe, quaeſiuit porro, „Quis rex Mycenarum, quae eius vxor, quae proles„? Ad haec Pylades: „Pridem Agamemnonem ibi regnum obtinuiſſe: eius vxorem Clytaemneſtram, liberos Oreſtem, Electram, Iphigeniam, (hanc, famam ferre, Dianae pro victima oblatam, ab ea neci ſubtractam fuiſſe, neque hactenus cognitum eſſe, vbinam locorum agat) ac praeterea Chryſothemin atque Laodicen.

His auditis, Iphigenia Pyladem ſtatim vinculis ſolui iubet: litterisque conſcriptis, eas ipſi tradidit, ita fata: „Vitam tibi dea per me donat: per eam tu mihi iura, litteras has Oreſti te redditurum, ab eoque reſponſum relaturum. Iurauit, ſe et litteras in manus Oreſtis traditurum, et hunc ad ipſam adducturum. acceptisque litteris, fano egreſſus, eo venit, vbi Oreſtes cuſtodiebatur: ʻimpetratoque a Scythis aditu [m], tabulam Oreſti tradidit, his verbis: „I quam primum ad Iphigeniam, ſororem tuam„. Obſtupuerunt, audito hoc caſu, Scythae. Illi ambo recta ad Iphigeniam ſe contulerunt. ac Pylades, „Ecce, inquit, hic Oreſtes, frater tuus„. Non tamen agnouit eum Iphigenia ante, quam ſignum Pelopei generis oleam in dextro humero vidit. Tum eum

k) ἃ καὶ Κρουστεμια ἐγχωριος καλει γλωσσα.

l) χωρας μεν Ελλαδος, ἐφη, Μυκηνης δε πολεως ἀθλιος παρειμι.

m) ᾐτησατο τους φρουρους Σκυθας, και εισελθων.

a. C. N. 1206.

eum amplexa, naues ſubduci in nauale iuſſit, ipſosque ſecum totam eam hiemem detinuit.

Aeſtate facta, Oreſtes et Pylades clam ſimulacro Dianae, quod ex ſolido erat auro, ipſaque aſſumta Iphigenia, quibus aduecti fuerant, nauibus aufugerunt: traiectaque Diabena, ad ortum ſolis ad Emet Saracenicum appulerunt, indeque ad Tricomin Palaeſtinae. Ibi cum Oreſtes fureret, Tricomitae magnum Dianae fanum condiderunt, Iphigeniamque, quod eam vt ſacerdotem honorarent, rogauerunt, vt deae virginem puellam immolarent. adduxeruntque puellam nomine Nyſſam, quam Iphigenia hoſtiam mactauit. — Oreſta tum ſanitati mentis reſtituto, Iphigenia per inſomnium eſt a cerua admonita, vt hanc terram fugerent. Statimque fugientes, maritimam Palaeſtinam tenuerunt. Inde in Syriam et ad montem Melantium delati ſunt; vbi Oreſtes ex oraculo fanum Veſtae reperit, ac ſacris operatus, difficili eſt liberatus inſania —.

Thoas autem, Scythiae regulus n), propter ſimulacrum permultos Scythas miſit, qui Iphigeniam perſequerentur. Hi cum Tricomin perueniſſent, indeque eos, quos inſequebantur, abiiſſe intellexiſſent, ibi remanſerunt; vrbeque, cui Scythopolis eſt nomen, condita, domum reuerſi non ſunt.

§. 5.

a. C. N. 805-753. o)

ABDIV quintus [prophetarum] et ipſe dignatus loqui de Chriſti myſterio, ſic ait: *Quia iuxta dies Domini ſuper omnes gentes.* Dictum quidem illud eſt ex occaſione de Scythis, id eſt, Gog et Magog; ſed magis proprie conuenit Chriſto domino. 5

 §. 6.

n) Θοας δε τοτε τοπαρχης ἀν Σκυθιας.

5. CHRONICON PASCH. p. 149.

o) Anni imperii Vſiae, ſub quo Abdiam floruiſſe putant.

§. 6.

a. C. N. 763. p)

6 '*Abaris* ex Scythia in Graeciam venit q). Ea tempeſtate ſeptem apud Graecos ſapientes floruiſſe fama eſt, 'quos inter' *Anacharſis* illiteratus Scytha.

§. 7.

a. C. N. 635 - 604. r)

7 [IOSIA Hieroſolymis regnante] Scythae Palaeſtinam incurſionibus depopulantur, et Baſan occupant, eorum nomine dictam poſtmodum Scythopolin s).

§. 8.

a. C. N. 656. t)

8 [BYZANTIO condito et Haemo Thraciae tyranno occiſo] cum hoſtes omnes in Thraciam Byzas compuliſſet, 'Scytharum rex *Odryſes* v), traiecto Iſtro, ad ipſa vsque vrbis moenia progreſſus, ciues obſedit. Hunc Byzantis vxor, admirabilis illa Phidalia, nihil hoſtium multitudine territa, muliebri manu deuicit, ſolerter excogitato aduerſus barbarum draconum auxilio. Quemadmodum enim omnes circa vrbem ſerpentes vno in loco collectos

6. SYNCELLVS p. 239.

p) Hoc anno quidam, inter quos Caluiſius, alii vero a. 572. Abarin in Graeciam veniſſe volunt. Petauius vero e Iamblicho docet, eum cum Pythagora verſatum eſſe, qui anno 4. Olymp. 70. ante C. N. a. 497. obiit, teſte Euſebio.

q) Αβαρεις ἠλθον (in marg. emend. Αβαρις ἠλθεν) ἐκ της Σκυθιας ἐις Ελλαδα. in marg. ad lectionem textus, Σημειωσον περι Αβαρων. de eodem Syncellus p. 248. *Abaris Hyperboreus* (Αμαρις in marg. Αβαρις Ὑπερβορειος) *diuinus* (χρησμολογος) *in pretio habetur* (ἐγνωριζετο).

7. SYNCELLVS p. 214.

r) Anni imperii Ioſiae. Vulgo hanc Scytharum expeditionem ad a. ante C. N. 633. referunt.

s) CEDRENVS Tom. I. p. 78. quaſi in tranſitu, *Scythopolis*, inquit, *antea Baſanis nomen geſſit.* Cfr. et ſupra ſ. 4. *extr.*

8. HESYCHIVS in Eclogis Hiſtor. de rebus Byz. p. 26.

t) Hoc anno ſecundum Caluiſium conditum eſt Byzantium, ſecundum alios a. 664.

v) Οδρυσης ὁ των Σκυθων βασιλευς.

a. C. N. 656.

lectos aſſeruabat, confeſtim eos in hoſtes ſagittarum inſtar emiſit, et plurimis hoc pacto interfectis, vrbem ſeruauit. Atque hinc antiquum illic dictum fertur, non occidendos eſſe, qui propter vrbem caperentur, ſerpentes, vt qui praeclare de ea meriti eſſent.

§. 9.

NON ita multo poſt Strombus quidam, et ipſe Ceroëſſae 9
filius, contra Byzantem cum magnis copiis arma capit. Mouerunt igitur Scythicae gentes omnes, accurrebantque Graeciae principes. 'Tunc Dinaeus, Chalcedonis dominus', cum magna claſſe ſuppetiatum Byzanti veniens, poſtquam appellere ad vrbem non daretur, defuncto pridem rege et populo graui luctu oppreſſo, Anaplum venit, ibique commoratus Heſtias loco nomen dedit. Nec ita multo poſt in vrbem admiſſus, eiectis barbaris, Byzantiorum dux factus eſt.

§. 10.

a. C. N. 592. x)

NON tantum Socrates, Plato, aliique nonnulli Graeci iniu- 10
ſtam ſunt abominati vitam, ſed et barbarorum multi. Quippe *Hyperboreos* y) etiam perhibent habitare trans *Riphaeos* montes z), iuſtitiae ſtudio aſſiduo incumbentes. nam neque carnibus veſcuntur, et arborum fructibus aluntur, aquamque bibunt a). Et Brachmanas in ſiluis degere, corpora foliis tectos, ac virtutis maiori, quam pro humana conditione, ſtudio deditos. *Anacharſin* b) quoque Scytham philoſophum fuiſſe aiunt, ita amore ſapientiae inflammatum, vt ob inſignem eius exercitationem atque tem-

9. Id. ibid. p. 26, 27.

10. CEDREN. T. I. p. 203, 204. Glyc. p. 234. Syncell. p. 239.

x) Hoc anno, a. I. Olymp. XLVII. Anacharſis, quorundam ſententia in Graeciam venit.

y) τȣς ὑπερβορεας.

z) ὑπερ τα Ριπαια ὀρη.

a) Plura in hanc ſententiam habet praeter alios Nicephorus Gregoras. vide *Tom. III. Tatarica* §. 1. *ſeqq.*

b) Αναχαρσιν. de quo Glycas l. c. eadem fere, quae Cedrenus, ſed alieno loco, cum in Ioſepho hiſtorico maximum fuiſſe veritatis ſtudium dixiſſet, narrat. Syncellus quae de eodem habet vide §. 12.

a. C. N. 592.

temperantiam ſit celeberrimus. Non enim vigilans modo animi motibus obluctabatur, tacens atque quieſcens; ſed etiam dormiens ſigna temperantiae atque continentiae edebat. ſolebat enim laeua manu pudenda, dextra labia tenere: innuens, multo grauius eſſe aduerſus linguam certamen, ac ad ſecuritatem ab ea praeſtandam, maiori opus eſſe praeſidio.

§. 11.

Olymp. 55. a. 3. a. 15. imp. Cyri.

a. C. N. 558. c)

11 CYRVS [primus Perſarum rex] Lydorum regnum deleuit, et Croeſum captiuum fecit. Idem et alia regna inuaſit, Aſiae, Cariae, Lyciae, 'Indorum, verſus aquilonem, *Sabacorum* et Scytharum d).

§. 12.

a. C. N. 521-485. e)

12 DARIVS — Hyſtaſpis filius 'Scythas vagos domuit f): hi verſus ſeptemtriones habitant.

§. 13.

a. C. N. 391. g)

13 EVROPAEI Galli, quorum coloni perhibentur Aſiatici, terra ſub agrorum penuriam relicta, partim ad *Riphaeos montes* ſunt profecti, partim prope Alpes diu conſederunt.

§. 14.

11. CHRON. PASCH. p. 143.

c) Hunc quidem annum requirit a. 3. Olymp. 55. ad quem Croeſi captiuitatem Auctor Chron. Paſchalis affigit; alii vero eam ad a. ante C. N. 548. referunt; Petauius in Rat. Temp. P. I. L. II. ad Olymp. 59. init. ante C. N. 544.

d) Ινδων προς Βοῤῥαν και Σαβακων και Σκυθων.

12. ZONARAS T. I. p. 126.

e) Anni imperii Darii Hyſt. Petauius expeditionem in Scythas ineunte Olymp. 68. ante C. N. a. 508. contigiſſe docet.

f) τους νομαδας εχειρωσατο Σκυθας.

13. ZONARAS T. I. p. 355.

g) Hoc anno Galli Brenno duce Cluſium obſederunt.

§. 14.
a. C. N. 324. b)

14 [ALEXANDER Macedo] Perſicum imperium barbarico gaudens victu annis ſex moderatus eſt. Ad Caucaſum profectus, barbaros ad Maeotim paludem poſitos profligat.

§. 15.
a. C. N. 63. i)

15 [MITHRIDATES, Ponti rex] cum a Paphlagonia vsque poſſideret imperium, quod per Colchidem Lazicamque et Caucaſeos montes, vltra Tanain et Maeotidem porrigebatur, et ad Scythas vsque occiduos pertingebat, et infenſas ſibi feciſſet vigentes tum Romanorum vires, timeretque, ne viuus caperetur [venenum hauſit].

§. 16.
a. C. N. 45. k)

16 [C. IVLIVS Caeſar dictator perpetuus creatus] in maiorum rerum ſtudio et nouae gloriae appetitione, in animo habuit Parthis inferre bellum et per Hyrcaniam in Scythiam facere impreſſionem.

§. 17.
Imp. TIBERIO.
a. C. 36. l)

Imp. TIBERIO.

17 [TIRIDATES Parthis a Tiberio miſſus] regnum obtinuit. Sed non diu regnauit. Nam Artabanus Scythas aſſumens, minimo negotio cum regno expulit.

§. 18.

14. SYNCELLVS p. 264. In Chronico Paſch. p. 170. haec leguntur: *Alexander oppida XII. condidit, inter quae fuit etiam Alexandria quae et Scythia, in Aegaeïs.*

h) Hoc anno, a. 3. Olymp. 113. Alexandrum obiiſſe auctor Chron. Paſch. tradit.

15. NICEPHORVS GREGORAS T. II. p. 400. qui haec alieno loco, cum Byzantios Ioannem Cantacuzenum veneno tollere conatos eſſe narraſſet, refert.

i) Ad hunc annum Mithridatis obitum vulgo referunt.

16. ZONARAS T. I. p. 489.

k) Annus, quo Caeſar dictator perpetuus appellatus eſt.

17. PETRVS PATRICIVS in Excerptis de Legationibus p. 23.

l) Hoc anno Tiridates regno pulſus eſt, quo a. 35. potitus erat.

Imp. TIBERIO.

§. 18.

a. C. 69. m)

18 ANDREAS [apoſtolus] — oram vniuerſam maritimam Bithyniae, Ponti et Thraciae, ac Scythas praeterea peragrauit, Chriſtum annuncians. Poſtea in magnam Sebaſtopolin profectus eſt, vbi caſtra ſunt Apſarus dicta et Phaſis fluuius, vbi interiores Aethiopes habitant. —

Imp. MARCO *Aurelio.*

§. 19.

Imp. MARCO *Aurelio.*

a. C. 175-180. n)

19 MARCO — milites pro concione ad rem ſtrenue gerendam [contra Caſſium, qui, interitu Marci nunciato, in Syria res nouas molitus erat] cohortato, et ad bellum ſe paranti victoriae plurimae contra diuerſos barbaros nunciatae ſunt, et Caſſii caedes. —

§. 20.

20 SCYTHICIS gentibus denuo tumultuantibus, filio maturius, quam ſtatuerat, Criſpina vxore data, expeditionem ſuſcepit, pecunia ex aerario petita. Omnia enim ſenatus populique eſſe dicebat. Barbaris debellatis, decimum imperator eſt appellatus. Quod ſi diutius vixiſſet, loca illa omnia ſubegiſſet.

Imp. COMMODO.

§. 21.

Imp. COMMODO.

a. C. 180-192. o)

21 COMMODVS [M. Aurelii filius] vndeuiginti annos natus cum imperio potiretur, principum ſenatorum, quos ei pater curatores dederat, conſiliis repudiatis, pace facta cum barbaris, taedio laborum et diſſolutae vitae amore Romam reuertitur.

§. 22.

18. CHRON. PASCH. p. 434. vbi haec in Commentario Dorothei, Tyri epiſcopi, de LXX. Domini diſcipulis leguntur.

m) Hoc anno d. 30. Nouembr. Andream martyrio defunctum eſſe vulgo tradunt.

19. ZONAR. T. I. p. 596.

n) Anni a rebellione Auidii Caſſii vsque ad obitum M. Aurelii.

20. Id. ibid. Paulo ſuperius de Marcomannis et Iazygibus ſermo fuit [Vide *Pannonica* §. 4.], qui etiam hic intelligi videntur.

21. Id. ibid. p. 597.

o) Anni imperii Commodi.

a. C. 130-192. Imp. COMMODO.

§. 22.

BELLA quoque ſub eius imperio geſta ſunt aduerſus barbaros, qui ſupra Daciam incolunt. 22

§. 23.

Imp. PHILIPPO.

a. C. 244-249. p) Imp. PHILIPPO.

PHILIPPVS imperator eum, ſuſcepto aduerſus Scythas bello, Romam rediiſſet, Marinus quidam, ordinum ductor, a militibus in Myſia imperator eſt delectus. 23

§. 24.

Imp. CONSTANTINO M.

a. C. 327. q) Imp. CONSTANTINO M.

[IMPERATOR Conſtantinus] cum Byzantium veniſſet, Scytharumque nonnulli rebellarent, reuocatis in memoriam, quae a patre Conſtante audiuiſſet de beneuolentia et auxilio Cherſonitarum r), legatos illis miſit, poſtulans, vt contra Scythas arma caperent, ac rebellatores ſubiugarent. Princeps autem ac Protector s) Cherſonitarum tunc temporis erat Diogenes, Diogenis filius, et libenter mandato Cherſonitae obedientes, omni ſtudio curribus bellicis cum chiroboliſtris inſtructis, ad Iſtrum flumen pro- 24

22. Id. ibid. p. 598.

23. Id. ibid. p. 624.

p) Anni imperii Philippi.

24. CONSTANTIN. de Adm. Imp. p. 147, 148.

q) Sub hoc et ſequentibus annis victorias de Gothis, Sarmatis et aliis barbaris reportatas plures e Scriptoribus Byz. referunt, quo etiam haec noſtra pertinere videntur. Cfr. *Tom. I. Gothica §. 12. 13.*

r) Cfr. *Sarmatica §. 6. ſeqq.*

s) In Gr. hic et alibi πρωτευων peculiari dignitatis nomine princeps Cherſonitarum vocatur. Paullo inferius tamen plures memorantur πρωτευοντες.

Cedrenus Tom. I. p. 295. Anno XXI. Conſtantini pax Perſas inter et Romanos ſubſiſtens diſſiluit, cum lapides, quos Metrodorus Perſa e penetralibus ſacrarii Brachmanum ſuſtulerat, ſibi a Sapore miſſos non remiſiſſet Conſtantinus. *His ex lapidibus opus confecit imperator, miſitque populis trans Danubium colentibus munere ei, qui caeteris praeſtaret, inſcripto, quae inſcriptio barbaris exitioſa fuit.*

Imp. CONSTANTINO M.

a. C. 327.

profecti traiecerunt, ac contra hoſtem tendentes, eum ſuperatum in fugam conuerterunt. Quibus cognitis, imperator domum eos redire iuſſit, proteuontibus autem Byzantium vocatis gratias maximas egit, dixitque ipſis: „Quandoquidem etiam nunc benigne pro nobis laboraſtis, quemadmodum et pro piis maioribus diuinitatis noſtrae, ecce etiam nos datam vobis libertatem et a tributo immunitatem per regiones Romani imperii confirmamus; praeterea damus quoque ſtatuam auream cum chlamyde imperatoria, fibulatura et corona aurea, ad ornatum veſtrae vrbis; item ſyngrapham noſtram ſuper libertate et immunitate tam veſtra, quam nautarum veſtrorum: inſuper propter beneuolentiae veſtrae ſinceritatem annulos quoque damus aureos, in quibus expreſſa maieſtatis noſtrae imago, vt iis relationibus veſtris ſupplicationibusque ſignatis, quas per occaſionem miſſuri eſtis, veſtros nuncios dignoſcere inde poſſimus. Praeterea damus quoque ſingulis annis neruum et lignum tenue, ferrum et oleum, ad baliſtarum veſtrarum confectionem: item in alimenta annonas mille, vt ſitis baliſtarii; quas annonas et caetera conſueta quotannis vobis mittemus in Cherſonem.“ Quibus acceptis laeti in patriam reuerterunt.

Imp. THEODOSIO M.

§. 25.

Imp. THEODOSIO M.

a. C. 388. t)

25 THEODOSIVS, Romanorum imperator, poſt Maximini tyranni caedem et cladem acceptam, et poſt caedem a Scythis, qui in paludibus latebant, factam et poſt Romanorum caedem v), Conſtantinopolin profectus, bellis quidem et proeliis renunciare decreuerat, horum adminiſtratione curaque Promoto mandata.

§. 26.

25. SVIDAS in Eclogis Hiſt. de rebus Byz. p. 52.

t) Hoc anno 5. Cal. Aug. Maximus ad Aquileiam victus et occiſus eſt.

v) και [μετα] την ἥττην, και την σφαγην την ἐκ των ἐν τοις ἕλεσι κρυπτομενων Σκυθων, και σφαγην Ρωμαιων. Scythae hi Gothi eſſe videntur. Cfr. *Tom. I. Gothica* §. 27. 28.

a. C. 388. *Imp.* THEODOSIO M.

§. 26. 26

MANAIM x), dux, qui vicit Scythas, cuius columna ſtatuaque ſtat in eo, quod vocatur Oreum y), quod eſt modius. Erat enim Oreum, vbi nunc ſtat columna z) ante domum Crateri.

§. 27. *Imp.* ZENONE.

Imp. ZENONE.

a. C. 484.

β) HOC anno a) Leontius tanquam imperator Antiochiam ingreſſus eſt, menſe Iunio, Indictione ſeptima. — Ex ea digres- 27

 ſus,

β) ANONYMVS, CODINVS: *Illus imperium inuaſit, et collectis ex populo ſeptuaginta mille militibus, aduerſus Zenonem inſurrexit, qui ad ipſum debellandum ablegauit fratrem ſuum Longinum Magiſtrum. Commiſſo autem proelio apud magnam Antiochiam, victus eſt Longinus, et vix ſolus, vniuerſo deleto exercitu, Antiochiae fuga ſeruatus eſt. Verum Zeno iterum Ioannem Patricium, cognomento Curuum* (τον ἐπιλεγομενον Κυρτον) *miſit cum magna Scytharum et Macedonum manu: cum quo congreſſus Illus in Seleucia, omnino deuictus eſt: ſed fuga in quoddam caſtellum elapſus et a propriis ſeruis proditus, iuſſu ſupradicti Ioannis decollatus eſt. Reliquos etiam eius proceres comprehendit, et vna cum capite Illi haſtae infixo ad Zenonem deduxit. Caeterum imperauit Illus menſes viginti ſex* (Anonym. *quatuordecim*).

26. Id. ibid. p. 59. Codin. de Origg. CPl. pag. 55. 87. poſteriori loco tantum Graece. Anonymus in Bandur. Imperio Orient. p. 19. 84. Annum, ad quem haec referenda ſint, non reperio. De victoriis Scythicis in porta et ſtatua CPli expreſſis vid. Cedr. T. I. p. 322, 323.

x) Μαναΐμ. Codin. pag. 87. Μαναιαη. Anonym. Band. p. 84. Μαναναην.

y) ἐν Ωρειω. apud Codinum *Horreum*, apud Anon. Band. *Horologium* vertitur.

z) κιων. Codinus et Anonym. Band., priori vterque loco κιωνες και ἀψις.

27. THEOPHANES pag. III. 112. Anonym. in Band. Imp. Orient. p. 44. Codin. de Origg. CPl. p. 43. hi duo poſteriores cum locum *Illi* dictum deſcribunt, haec narrant, *Locus nominatus Illi domus erat Illi magiſtri, qui multos geſſit magiſtratus, tempore Leonis Macelli et Zenonis. Idem Illus imperium* cet.

a) Vid. marginem.

Imp. ZENONE. a. C. 484.

ſus, Chalcidi patriae ciuitati bellum intulit. Zeno vero Ioannem Scytham b) cum ingentibus copiis terra marique Illum et Leontium oppugnaturum miſit. Exin graui certamine commiſſo Illus et Leontius cum Pamprempio magiſtro, qui praeſtigiator audiebat, in Papurium caſtellum fugam arripuere. Tum etiam Trobundum, Illi fratrem, barbarorum copias collecturum abeuntem Ioannes apprehendens capite damnauit. —

a. M. 5973. a. C. 473. a. 11. imp. Zenonis.

§. 28.

a. C. 485.

28 HOC anno Theuderichus, Valameris filius [Gothorum dux] — e Thracia Byzantium accerſitus, conſulque renunciatus et Thraciae praefectura donatus, cum Ioanne Scytha c) aduerſus Illum a Zenone miſſus eſt. Illo vero Leontioque ſtricta obſidione in Papurio caſtello preſſis, Ioanne, qui bellum vrgeret, relicto, ipſe rediit ad Zenonem d).

Imp. ANASTASIO. a. 2. imp.

§. 29.

Imp. ANASTASIO.

a. C. 492.

29 [LONGINO cum aliis pluribus rebellionem faciente] iſtis Ioanne Scytha, qui Illi Leontiique tyrannidem diſſiparat, et altero Ioanne, cui Cyrtus e) cognomen, vtroque Thracicarum copiarum praefecto et Diogene (erant iſti Scholarum comites) et aliis quibusdam viris egregiis ducibus inſtitutis, Romanum exercitum opponit Anaſtaſius. Proelio ad Cotyaeum conferto, 'vincuntur rebelles. Romano vero exercitu in ſpoliis colligendis occupato, illi' munitiſſimam in Tauri ſummitate obtinentes arcem, bellum vsque in tertium annum protraxerunt. —

30.

b) Ιωαννην τον Σκυθην.

28. THEOPHANES p. 112. Cfr. *Tom. I. Gothica §. 119.*

c) μετα Ιωαννȣ τȣ Σκυθȣ.

d) Illum et Leontium a. 14. imperii Zenonis proditione captos et occiſos, nihil vero ibi de Ioanne Scytha, memorat Theophanes pag. 113, 114. Id. pag. 116. Ioannis Scythae, vbi Cottais, eius collegae, caedem refert, meminit.

29. Id. p. 118, 119.

e) De quo vide et ſupra *§. 27. in narrat. varietate.*

§. 30.

a. C. 4)5. *Imp.* ANASTASIO. a. M. 5988. a. C. 488. a. 5. imp. Anaſt. 30

HOC anno *f*) Ioannes Scytha poſt diuturnam obſidionem tandem Longinum exmagiſtrum et Longinum Selenuntium atque Athenodorum, caeteroſque tyrannos cepit, et gladio feriit, eorumque capita Byzantium Anaſtaſio imperatori miſit: — [qui] Ioannem Scytham et alterum Ioannem Cyrtum conſulatus dignitate et aliis honoribus auxit.

§. 31.

a. C. 512. a. M. 6005. a. C. 505. a. 22. imp. Anaſt. 31

γ) HOC anno *g*) Vitalianum, Patricioli, foederatorum comitis, filium, Scythiae, Myſiaeque, caeterarumque regionum incolae ad arma aduerſus impium Anaſtaſium ſumenda concitabant. Is ita prouocatus infinitam prorſus exercituum, qui ſub Anaſtaſio merebantur, multitudinem concidit, et auri copiam immenſam ad elargienda ſtipendia miſſam, arma in ſubſidium, commeatum caeteraque omnia depraedatus eſt. Vno conflictu ſolo ſexaginta quinque hominum millia ex imperatorio exercitu cum Hypatio, Ana-

γ) ZONARAS: *Anaſtaſius, Vitaliano Thraci, qui, Myſis et Scythis ſibi conciliatis, ſeditionem mouebat, et in agro Byzantio praedas agebat, et claſſe vrbem obſidebat, per Marianum praefectum reſtitit, naualique pugna commiſſa, ex machina quadam a Proclo viro excellentiſſimo facta, — claſſis hoſtium debellata eſt. Nam ſpecula ex aere fabricaſſe vſtoria fertur Proclus, eaque de muro e regione hoſtilium nauium ſuſpendiſſe: in quae cum ſolares radii impegiſſent, ignem inde fulminis inſtar erumpentem, claſſiarios ipſasque naues hoſtium combuſſiſſe, quod olim Archimedem excogitaſſe, Romanis Syracuſas obſidentibus, Dion refert.*

30. Id. p. 120.

f) Vide marginem.

31. Id. p. 134. Zonar. T. II. p. 55. Id. p. 137. rurſus Vitaliani meminit, eumque ingentem *Vnnorum* et *Bulgarorum* exercitum adduxiſſe ait. eademque ex illo Anaſtaſius Biblioth. p. 54. et Cedrenus T. I. p. 360. referunt, Praeterea Zonaras T. II. p. 56. murum Longum ob *Myſorum* ſeu *Bulgarorum* et *Scytharum* excurſiones conditum eſſe, tradit. vnde hic etiam Bulgari intelligi poſſe videntur. Loca ipſa *Tom. II. P. II. in Bulgaricis §. 4. 5.* attuli.

g) Vid. marg.

Imp. ANASTASIO. a. C. 51?.

Anaſtaſii conſobrinae et Secundini patricii filio, eorum duce, proſtrauit.

§. 32.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527-565. b)

32 CVM Boſpori et Cherſonis, quae vrbes maritimae in eo littore trans paludem Maeotidem vtraque *Tauros* ac *Tauroſcythas* ad imperii Romani limitem ſitae ſunt, cum, inquam, harum vrbium muros funditus labaſcere comperiſſet, pulcherrimos fecit ac validiſſimos. Ibidem Aluſti caſtellum exſtruxit et Gorzubitenſe. Praecipue vero vrbem Boſporum muniit, quam, barbaria pridem infectam, et in poteſtatem Hunnorum redactam ad Romanam ditionem traduxerat i). —

§. 33.

33 ANCHIALVM Thraces incolunt, vrbem maritimam in littore Ponti Euxini. — Locum hunc antiquitus immunitum priores imperatores per incuriam ſiuerant patere barbaris, quamuis tot numero ac vicinis. — Imperator autem Iuſtinianus murum loco circumdedit.

§. 34.

Imp. LEONE. *Iſaur.*

Imp. LEONE *Iſaurico.*

a. C. 717-741. k)

34 [LEO imperator,] quum cunctis molitionibus [quibus monachos in ſuam pertrahere ſententiam annitebatur] elideretur, — conſilium ſaeuum, abſurdum, impium capit, quod ne quidem immanis Scytha vel Maſſagetes cepiſſet. Materiam ſiccam et concremabilem ex aridis faſcibus coaceruat, eaque ſuccenſa, cunctos exurit, homines, inquam, illos heu! religioſos cum ipſis libris.

§. 35.

32. PROCOPIVS de Aedificiis p. 63.
h) Sunt anni imperii Iuſtiniani I.
i) Alia quaedam vide *Tom. I.* in *Hunnicis* §. 116.

33. PROCOP. de Aediff. p. 63, 64.
34. CONSTANTINVS MANASSES p. 87.
k) Anni imperii Leonis Iſaurici.

§. 35.

Imp. CONSTANTINO *Porph.* — *Imp.* CONSTANTINO. *Porph.*

a. C. 949. l)

IN eparchia Myſiae eſt Odyſi m) archiepiſcopus. Scythiae eſt Tomae vel Tomorum archiepiſcopus. 35

§. 36.

Imp. ALEXIO I. *Comneno.* — *Imp.* ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1109. n)

[QVAMDIV perſtitit Philippopoli, vrbi a Philippo Romanorum imperatore ad Hebrum conditae, primus ſplendor, deſcriptione ac ſpecie plane auguſta fuit.] prout coniicere ex eo licet, quod, quamquam ſuperioribus temporibus a Tauris Scythisque o), qui eam ceperunt, deformata plurimum eſt, illae ipſae tamen ſuperſtites reliquiae magnum hodieque inſtar praeferunt peramplae olim et perquam ornatae ciuitatis. 36

§. 37.

FACIES immodice longa in Scythis feminis cernitur. 37

§. 38.

Imp. EMANVELE *Comneno.* — *Imp.* EMANVELE. *Comn.*

a. C. 1156. p)

VT aduentare Romanos reſciuit Richardus [Antro caſtello a Guilielmo, qui tunc rerum in Italia potiebatur, praefectus] ipſe 38

35. CONSTANTINVS de Cerim. Aulae Byz. T. II. p. 458. Codinus in Notit. Graec. Epiſcopat. p. 338. et 366. Secundum hunc Odyſſi archiepiſcopus ordine fuit XXXV. Tomorum vero XXXVI.

l) Annus, quo circiter ſcripſit Conſtantinus.

m) Codinus addit, *vel Barae*, ἤτοι καὶ Βαρῆς [f. Βαρνης] λέγεται.

36. ANNA COMNENA p. 450.

n) Cfr. *Tom. III. Patzinacica §. 132.* not. *q.*

o) Neſcio, an hic etiam, vt in iis, quae ſequuntur [Anna Comn. p. 451, 452.], Patzinacae intelligantur. Vide *Patzinacica §. 133.*

37. ANNA COMN. pag. 77, 78. vbi matris ſuae Irenes formae pulchritudinem deſcribit, inter alia *Facies quidem*, inquit, *pleno micabat lunae fulgore, non tamen in perfectum circinata orbem more Aſſyriarum, nec immodice longa, qualis in Sc. fem. c:* forte etiam hic Patzinacas in mente habuit.

38. CINNAMVS p. 83.

p) Haec non diu poſt bellum Hungaricum geſta ſunt, quod in Tab. Chronol. Nicetae praefixa ad a. C. 1156. affigitur.

Imp. EMANVELE *Comn.* a. C. 1156.

ipſe perinde ſuas eduxit copias: cumque iam prope eſſent, trifariam Romani exercitum diuiſere, acie in hunc modum inſtructa. Scythae et quotquot erant ſagittarii pedites, turmatim in fronte ſtabant: Ducas cum dimidia equitum parte et aliquot Scythis poſtremum, Baſſauilla [Guilielmi frater, qui ſe Romanis adiunxerat] vero cum Comitum nonnullis aliis et caetero equitatu medium tenuere locum. [Proelio commiſſo, Romani victores diſcedunt, et Richardus ipſe occiditur.]

§. 39.

Imp. IOANNE *Pal.*

Imp. IOANNE *Palaeologo.*

a. C. 1347. *q)*

39 [CANTACVZENO Conſtantinopoli potito, et Annam Auguſtum, vt palatium, quod illa adhuc tenebat, dederet,] neue periculum ab obſidione euidenter imminens exſpectaret, roganti, illa Scythicum, vt aiunt, reſponſum dabat, et probris legatos perfundi ex muro iubebat *r)*.

39. NICEPHOR. GREGOR. T. II. p. 487.

q) Annus margini adſcriptus.

r) ἡ δὲ τὴν ἀπὸ Σκυθῶν ἐκ-κειν ἀντεδίδου ῥῆσιν, ὕβρεσί τε πλύνειν τοὺς ἀγγελιαφόρους ἐκέλευεν ἐκ τοῦ τείχους. Simile quid habet Nicephorus T. II. p. 499.

MASSA-

MASSAGETICA a)
E
CEDRENO, GEORGIO SYNCELLO, CHRONICO PASCHALI ET CINNAMO.

§. 1. *Cyrus a Maſſagetarum regina occiſus.*
§. 2. *Maſſagetae Romanorum imperante Emanuele Comm. in bello Siculo ſocii.*
§. 3. *Maſſagetae contra Siculos miſſi, eos in fugam vertunt.*

§. 1.

a. C. N a. 544 - 541. b) Olymp. 59.

α) Cyrus — interfectus eſt a regina Maſſagetarum. Haec 1 per nuncios, ſimulans ſe ei in ſeruitutem dare, dona miſit, et oues, et vini multum in vtribus. Inebriato autem cum ſuis Cyro, eos adorta, vniuerſos prope occidit: Cyrique caput in vtrem coniecit, dicens, Saturare inſatiabilis Cyre.

§. 2.

α) SYNCELLVS et CHRONICON PASCHALE: *Cyrus bello Maſſagetis inuicto* [deſunt haec in Chr. P.] *a Tomiri* (ὑπο Τομιριδος. in Chr. P. Τομυρις ſcribitur) *femina, eorum regina, neci traditur.*

a) Alia, quae de Maſſagetis plurima apud Scriptores Byzantinos occurrunt, ad *Hunnos* et *Alanos*, quaedam etiam ad *Turcos* pertinent, quae ſuis locis attuli. Huc tamen referri poſſunt, quae in *Tataricis* §. 3. 6. 134. et alibi, et in *Scythicis* §. 35. leguntur.

1. CEDRENVS Tom. I. pag. 143. Georg. Syncell. pag. 236. Chronic. Paſch. p. 144.

b) Anni Olympiadis 59. ad quam Cyri obitus in Chron. Paſch. refertur; alii eum a. 4. Olymp. 62. ante C. N. 529. obiiſſe tradunt.

Imp. EMANVELE *Comn.*

§ 2.

Imp. EMANVELE *Comneno.*

a. C. 1156. c)

2 INTER haec [cum Siculorum copiae Baſſauillam, Rogerii, olim Siciliae regis, ex ſorore nepotem, qui ſe iam ante Romanis adiunxerat, premerent] claſſem ex Maſſagetis d) Germaniſque equitibus, nec non etiam Romanis conflatam in Italiam miſit imperator [Emanuel Comnenus]. Maſſagetis praeerat *Ioannacius*, cognomento *Critoples* e). —

[Ioannes Ducas dignitate Sebaſtus cum, ſuorum aliquot aſſumtis, caſtra hoſtium exploraret, hi ſubito eruptione facta, in medios irruunt Romanos: — ſed Romani tandem propria virtute freti, verterunt hoſtes in fugam. Eo in diſcrimine operam praeclare nauarunt tum plures alii, tum duo inprimis ex Maſſagetis.

§. 3.

3 MOVENS ex Myſia f) Gulielmus [frater Baſſauillae] cum vniuerſo exercitu verſus Brunduſium contendit, dum claſſis Sicula ad paruulam inſulam Brunduſio paucis abhinc ſtadiis obuerſam appellit: ita enim ab vtraque parte Romanos adoriri ſtatuerat. 'Romani dum, nouum Byzantio exſpectantes exercitum, cunctantur: Gulielmus aduenit.] Tum vero etiam inuiti vtrumque ineunt proelium [Romani]. Duos itaque ſpectatae in bello virtutis delectos viros, Ioannacium quendam Critoplem et Paeramen natione Perſam cum Iberis et Maſſagetis ad velitandum cum hoſtibus praemittunt. Vbi ſe iis ſtatim immiſcuere, vtpote ad quintum et quadrageſimum ſtadium caſtra habentibus, fugientes, quorum breuis ad ſuos erat reditus, a tergo inuadunt, multos de extrema caedunt acie, plurimosque ſarcinarios capiunt equos, tandemque erepto ad haec militari ſigno Brunduſium reuertuntur.

2. CINNAMVS p. 86.

c) Cfr. *Scythica* §. 39. not. s.

d) Quam gentem hic et infra Cinnamus intelligat, me neſcire fateor.

e) ἠρχε δε Μασαγετων μεν Ιωαννακιος, ὀνΚριτοπλην ἐκαλευ. Critoplae praeterea meminit Cinnamus p. 6. 30. 31. etiam apud Annam Comn. p. 6. huiusce nominis vir memoratur, quem tamen ab hoc noſtro diuerſum eſſe, Du Cange in Notis autumat.

3. Id. p. 96, 97.

f) ἐκ Μυζιας. Du Cange in Notis ad h. l. forte ἐκ Σικελιας.

GENEA-

GENEALOGIAE GENTIVM

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

GENEALOGIA ET SEDES
POPVLORVM
A IAPHETO ORTORVM.

I.

Nomina poſterorum Iapheti, et gentium, quas illi condiderunt.

IAPHET — tertio Noë filio obuenit [in diuiſione tempore Phalegi facta], quicquid a Media vsque ad Gadarinos pertinet, et a Rhinocururis quicquid Aquilonem ſpectat: 'quam quidem in Europa regionem quidam, verſus *Scythiae* partes progreſſi, ſibi in ſedem delegerunt 1) [b]'. (*) a.M.2776.[a])

Filii vero Iaphet tertii Noë filii XIV. 2) fuere, ex quibus totidem ortae tribus.

1. Deſunt haec ap. Sync. et Cedr. 2. Sync. Cedr. *XV*.

(*) CHRONICON PASCHALE p. 26-35. Georg. Syncellus p. 46-50. Cedrenus T. I. p. 12-14. Duo poſteriores alium ſequuntur ordinem, et Semi quidem poſteros primo, Chami ſecundo et Iapheti tertio loco ponunt.

a) Hoc anno gentes a Deó diſperſas eſſe tradunt Syncellus et Cedrenus, eaque occaſione omnes haec noſtra referunt.

b) ὁι τινες ἐπι της Ευρωπης κλιμα, νενευκωτες τῳ της Σκυθιας μερει, τοις ἑαυτων ἐθεσι πϱοσεκϱιθησαν.

Gamer 3), ex quo *Celtaei* 4).

Magog [c]), ex quo 5) *Aquitani* [d]). Quidam aiunt, ex Magog ortos *Gothos*, vt et *Sarmatas* et *Scythas* 6).

Madai, ex quo *Britanni* 7).

Ioua [e]), ex quo *Hiſpani* [f]), qui et *Tyrannii* 8).

Eliſa [g]), ex quo *Mauri* 9).

Thobel [h]), ex quo *Macuaci* 10).

Moſoch, ex quo *Getuli* 11).

Theras [i]), ex quo *Afri* 12).

Archanath 13), ex quo *Mazices* 14).

Ryphat 15), ex quo *Taramantes* [k]) *exteriores* 16).

Thoſmagar 17), ex quo *Borades* 18).

Herca, ex quo *Veltiones* 19).

Tharſis, ex quo *Taramantes* [l]) *citeriores* 20).

Rhodii 21), ex quo *Romani* ſeu *Latini*.

Sunt autem et Graeciae nationes omnes ex his conflatae, iis eo poſtmodum migrantibus: cuiusmodi ſunt *Saitarum*, qui cele-

3. Sync. Γομερ. 4. S. C. *Cappadoces*. 5. S. C. *Celtae* [S. addit *qui*] *et Galatae*. 6. Chron. P. ſolum. 7. S. C. *Medi*. 8. S. C. *Graeci* (Ελληνες) *qui et Iones*. 9. Sol. Chr. P. hoc loco. 10. *Theſſali* (Θετταλοι) S. C. 11. S. C. *Illyrii*. 12. S. C. *Thraces*. addunt S. et C. *Chettalim* (in textu Cedr. Χεταειν, in marg. Χεταλειμ. S. Χετταλειμ), *ex quo Macedones* et deinde *Filii Gamer*, *filii Iapheth*, ſunt, puta, qui ſequuntur. 13. S. *Aſchanas* (Αχανας). C. Αχαναζ. 14. S. *Regines* (Ρηγινες). C. *Rephines* (Ρηφινες). 15. S. *Richath* (Ριχαθ. marg. Ριφαθ). C. *Richad*. 16. S. C. *Sauromatae*. 17. S. C. *Thorgama* (C. in ora Θοργαμα). 18. S. C. *Armenii*. S. C. addunt *Filii Iouam* l. *Iouan*. 19. S. C. *Eliſſa*, *ex quo Siculi* (Σικελοι. S. Σικελλοι). 20. S. C. *Iberes*. 21. S. C. *Citii* (Κιτιοι. S. in ora Κητιοι). et deinde *Rhodios*, *ex quo Rhodii*.

c) Μαγωγ. Sol. Cedr Μαγων.

d) Ακυερτανοι.

e) Ιωυα. Sync. Ιωυαμ. in ora Ιωυαν, ita Cedr. in textu.

f) Σπανοι.

g) Sync. et Cedr. hunc inter filios *Iouam* memorant.

h) Θοβελ, S. C. Θώβελ.

i) Θηρας. ap. S. in ora Θειρας.

k) Ταραμαντες ἐξωτεροι.

l) Ταρ. ἐσωτεροι.

celeberrimam apud Graecos vrbem Athenas incoluerunt; praeterea Thebas, cum Sidoniorum ſint coloni, ex Cadmo, Agenoris filio, prognati. Sed et Carthaginienſes Tyrenniorum m) ſunt coloni, ac caeteri, qui in Graeciam commigrarunt 22).

Gentes vero a Iaphet ortae, a Media ad Heſperium vsque oceanum diſperſae, quae ad Aquilonem ſpectant, ſunt iſtae: Medi, Graeci 23), Albani, Venni 24), Armenii n), Dauni, Corzeni, Hippici 25), Paphlagones, Iberi, qui et Tyrannii 26), Chalyces 27), Celtaei 28), Sauromatae, Galli, Taurii 29), Baſantes, Illyrii, Vacciei o) 30), Ligures, Iapyges, Gageni 31), Latini, qui et Romani, Amazones p), Legeſtani q) 32), Dennageni 33), Acytini 34), Mariandeni 35), Cyrtiani 36), Moſſinoeci 37), Connii 38), Macotae, Calabri, Thraces, Galli, qui et Celti-

22. *Sunt — commigrarunt.* S. C. ita: *Ab his diuiſae ſunt inſulae gentium in regionibus ſuis, vnusquisque ſecundum linguam ſuam, in tribubus et in nationibus ſuis, ait Scriptura. Omnes vero ſimul ſeptuaginta duae nationes numerantur. Sunt etiam Cyprii ex Citiaeorum genere, quique ad boream ſiti horum Citiaeorum, id eſt Romanorum, ſunt contribules* (και οἱ ἐν τῳ βορρᾳ ὁμοφυλοι των αυτων Κιτιαιων, ἐιτ' ουν [— και των] Ῥωμαιων), *ſicut et Graeciae nationes, praeter Saitas tamen colonias in eam deducentes* (πλην των μετοικησαντων ὑϛερον ἐκει Σαϊτων. ita et S. et C. interpretatio lat. differt), *et Graeciae metropolin Athenas et Thebas olim occupantes. — Sed et Chaldaei — commigr.* 23. S. C. *Gargani.* 24. C. Ουεργοι. 25. S. C. Οππικοι. 26. Chron. P. fol. 27. S. C. Καλυβες. l. Χαλυβες. hoc quidem in textu S in ora C. 28. S. C. Γαλλοι, οἱ και Κελταιοι. 29. Ταυροι. 30. S. Ουακ. C. Ουακαι. in marg. Ουακκαιοι. 31. An qui ſupra Γαργανοι? 32. S. C. Λυγιϛινοι. 33. S. C. Δενναγινοι. 34. S. Ακυτιανοι. C. Ακοιτανοι. 35. Chr. P. fol. 36. S. C. Κυρτανοι. 37. S. Μοσσονοι. C. Μοσσηνοι. 38. Chr. P. fol.

m) Τυρηννιων. S. C. Τυριων.

n) Ουεννοι. ita et Sync. vbi in marg. Ουννοι.

o) Ουακκαιοι.

p) Αμαξωνεις.

q) Ληγηϛανοι.

Celtiberi 39), Macedones, Illyrici, Iſtri r), Luſitani, Errei s), Britanni 40), Coli t) 41).

Qui vero ſuas norunt litteras, hi ſunt: Cappadoces 42), Iberi, qui et Tyrannii 43), Tabarini 44), Latini, quibus vtuntur Romani 45), Sarmatae 46), Hiſpani, Scythae 47), Graeci, Baſtarini 48), Medi, Armenii.

II.

Sedes Poſterorum Iapheti, et gentium, quas condiderunt.

Sunt autem horum *fines* ſecundum longitudinem, a Media vsque ad Gaderenos 49) Aquilonem ſpectantes: latitudine vero a Potamide 50) fluuio x) ad Maſtuſiam, quae orientem y) ſpectat 51). *Regiones* porro illorum ſecundum tribus 52) ſunt iſtae 53): Lychnites, Media, Adriace, a qua mare Adriaticum, Albania, Gallia, Amazonis, Italia, Armenia maior, et minor, Thuſcene z), Cappadocia, Luſitania, Paphlagonia, Meſſalia, Galatia, Celtis, Colchis, Hiſpanogallia, India 54), Iberia, Achaia, Hiſpania

39. Chr. P. ſol. vide tamen N. 28. 40. S. C. Βρεττανικοι. 41. S. C. Κολλοι. ap. vtrumque in marg. Κολχοι. Addunt Sync. et Cedr. *Cappadoces*, *Tabienni*, *Sarmatae*, *Scythae*, *Baſtrani*, ordinem denique eundem ſequuntur Syncellus et Cedrenus, ab eo, quo gentes iſtas Chronicon Paſch. recenſet, diuerſum. Poſt Βρέτανικοι addunt Sync. et Cedr. ὁι δε (apud Sync. in marg. και) ἐν ταις νησοις ὀικȣντες. quae cum ſequentibus coniungit Cedrenus, apud Sync. vero ab iisdem interpunctione ſeparantur. 42. Chron. P. ſol. 43. Omittunt haec Sync. et Cedr. 44. Chron. P. ſol. 45. S. C. *qui et Romani.* 46. 47. 48. S. et C. omittunt. 49. S. C. *occidentalem oceanum.* 50. S. C. *Tanai.* 51. S. ἕως Μαςȣσιας, της κατα ἥλιον. C. Ιλιον, vbi interpres, *Ilio oppoſitam.* 52. *ſec. tr.* omittunt Sync. et Cedr. 53. Quae hic ſequuntur alio ordine referunt Sync. et Cedr. 54. S. C. omittunt.

r) Ιςροι. S. C. Ιςριοι.
s) Εῤῥεοι. S. C. Εῤῥαιοι.
t) Κωλοι.
v) ἕως Γαδαρηνων.
x) ἀπο Ποταμιδος ποταμȣ.
y) ἕως Μ. της καθ᾽ ἥλιον.
z) Θȣσκηνη. Sync. Θȣσκινη.
a) Σπανογαλλια.

nia mag a, Boſporini, Maeotis, Derris, Sarmatia, Taurianna, Baſtarnia [b] 55), Scythia, Thracia, Macedonia, Delmetia 56), Colchis, Theſſalia, Locris, Boeotia [c]), Aetolia, Attica 57), Achaia, Peloponneſus, Acarnania [d]), Epirus, Illyris.

Hic finis eſt limitum, ſeu regionum Iaphet vsque ad Britannicas inſulas, quae omnes ad Aquilonem vergunt.

Sed et eorum ſunt inſulae iſtae: Sicilia, Euboea, Rhodus, Chius, Lesbus, Cyphera [e]), Zacynthus, Cephalenia, Ithaca, Corcyra 59), et Cyclades 60), et pars Aſiae, dicta Ionia. Eorum eſt etiam fluuius Tigris, qui Mediam a Babylonia diſtinguit.

Hi ſunt fines Iaphet, tertii Noë filii.

GENEALOGIA ET SEDES POPVLORVM A CHAMO ORTORVM.

I.

Nomina poſterorum Chami, et gentium, quas condiderunt.

CHAM autem, ſecundo Noë filio, a Rhinocoruris ad Gadarenos vsque Aegyptus et omnia Auſtrum ſpectantia, quae aeſtu feruere omnino putantur, ſubiecta ſunt 61).

Ex Cham, ſecundo Noë filio, prognatae tribus XXXI. 62).

Chus, ex quo *Aethiopes* [f]). *Meſraim* 63), ex quo *Aegyptii.* Hic eſt Meſraim Aegyptius, qui poſtmodum verſus orientis

55. S. *Baſtrana* (Βαςρανη). C. *Bactriani* (Βακτριανοι). 56. Chr. P. ſol. 57. Chr. P. ſol. 58. S. C. *Cythera* (Κυθειρα). 59. Chr. P. ſol. 60. S. C. addunt *Britannia*. 61. *Cham — ſubiectae ſunt* omittunt Sync. et Cedr. 62. S. C. *XXXII.* 63. S. *Meſtrem* (Μεςραιμ, C. Μεςραϊμ), in marg. Μεσραϊν.

b) Βαςαρνοι ſupra, hic vero Βαςαρνις.

c) Βοιωτια και Βοιωτις.

d) Ακαρνια.

e) Κυφηρα.

f) Μεσραειμ.

entis plagas habitauit, Bactra deinde incoluit, ‘et citeriorem Perſidem Aſoa maioris Indiae appellauit g).

Hinc deinceps terrarum orbem inuaſit impietas. Hic enim prauae diſciplinae repertor fuit, aſtrologiae ſcilicet ac magiae: quem et Graeci Zoroaſtrem appellarunt. Hunc Petrus deſignauit, cum ait, Poſt diluuium homines impie agere coeperunt 64).

Phud, ex quo *Troglodytae*.

Chanaan, ex quo *Afri* et *Phoenices* 65).

Filii Chus Aethiopis, ‘ex Cham, ſecundo Noë filio, orti, hi ſunt 66).

Saba 67), ex quo *Itabeni* 68).

Euilat b) 69), ex quo *Ichthyophagi* 70).

Sabatha 71), ex quo *Ellanii* 72).

Rhegma, ex quo *Aegyptii* 73).

Sabacatha 74), ex quo *Aethiopes Libyci* 75).

Filii Rhegma, ‘filii Chus, filii Cham 76):

Saba, ex qûo *Marmarides* 77).

Dadan 78), ex quo *Cari* 79), et

Nembrod i) 80) venator et gigas, Aethiops, ex quo *Myſi*, ait enim ſcriptura: Et Chus genuit Nemrod venatorem et gigantem Aethiopem. Hic eſt Nembrod gigas et venator coram Domino. Huic

64. *Hic eſt -- coeperunt* omittunt Sync. et Cedr. 65. S. C. *Chanaam* (S. in marg. Χαναάν) *ex quo Chananaei*, addunt S. et C. *Hi a conſpectu filiorum Iſraël fugerunt, et Tripolim Africanam velut ſortis Cham partem incoluerunt.* 66. S. C. *Primi Cham filii.* 67. S. C. *Sabat* (in ora Σαβα). 68. S. C. *Sabataei* (Σαβατ.) 69. Ap. Sync. in ora Εὐιλα. 70. S. C. *Gangis accolae* (Γαγγινοι). 71. S. C. *Sebata* (ap. Sync. in ora Σαβαθα). 72. S. C. *Sabini.* 73. S. C. *Ichthyophagi.* 74. S. *Sebataca* in ora Σαβαθακα. C. Σαβακατα. 75. Lacuna eſt apud S. (vbi in ora Σαβακτηνοι ſuppletur). 76. S. et C. haec omittunt. 77. S. C. *Marmaritae.* 78. S. C. *Iudadam* (ap. Sync. in ora Δαδαν). 79. S. C. *Phoenices.* 80. S. C. *ex quo Gigantes.*

g) την ἐσωτεραν Περσιδος λεγει, Ασοα των μεγαλων Ινδων.

b) Ευειλατ.

i) Νεβρωδ.

Huic Nembrod regnum Babylonis poſt diluuium adſcribit ſacra Scriptura. Ait enim Scriptura: Principium regni eius Babylon. Narrat porro Petrus Apoſtolus in Clementinis, vt ille in Babylone regnauerit, cum in Aegypto ſortem ſuam accepiſſet. ait enim Petrus: Hic Nembrod cum ex Aegypto ad Aſſyrios demigraſſet, vrbemque Ninum, quam Aſſur condiderat, habitaſſet, aedificata vrbe, quae erat Babylonis, ex eo ciuitati nomen impoſuit. Ipſum vero Nembrod Ninum Aſſyrii appellarunt. Hic Aſſyrios ignem adorare docuit: Vnde primus ab eis poſt diluuium rex creatus, ac mutato nomine Ninus eſt appellatus.

Aegyptiorum gentes cum Meſraim horum parente ſunt octo ſic enim Scriptura: *Et Meſraim genuit Ludiim* 81).

Ludiim 82), ex quo *Lydi.*

Aenemetiim 83), ex quo *Pamphyli.*

Labiim, ex quo *Libyes* 84).

Nephthaliim 85), ex quo *Phryges.*

Patroſoniim 86), ex quo *Cretes.*

Chaſloniim 87), ex quo *Lycii.*

Phyliſtiim 88), ex quo *Mariandini.*

Caphthoriim 89), ex quo *Cilices.*

Chananaeorum vero cum Chanaan eorum patre nationes ſunt XII. Scriptura enim dicit: Chanaan genuit Sidonem primogenitum 90).

Sidonem, ex quo *Myſi* 91).

Chettaeum 92), ex quo *Dardani* 93).

Iebuſaeum, ex quo *Iebuſaei.*

Amorrhaeum, ex quo *Germani* 94).

Gergeſaeum, ex quo *Sarmatae* 95).

Euaeum, ex quo *Pannonii* 96).

Arucaeum, ex quo *Paeones* 97).

 Aſen-

81. *Venator* — *Ludiim* Chronic. P. fol. 82. S. *Ludiid*, in ora Λουδιειμ. 83. S. *Nemetiim*, in ora Ενεμετιειμ. C. Νεμεςιειμ. 84. In ora ap. Sync. adſcribitur, deeſt in textu. 85. S. C. *Nephthabiim.* 86. C. *Patronoſoniim.* 87. In ora ap. Sync. Χασμονιειμ. 88. C. *Philiſtiim* Φιλιςιμ. 89. S. *Caphthoniim.* C. *Chaphth.* gentes a *Ludiim* et reliquis ortas omittunt Sync. et Cedr. 90. S. C. *Filii Chanaan, quorum primogenitus Sidon.* 91. S. C. *Sidonii.* 92. S. *Chatlaeus*, in ora Χετταιος ἐξ οὗ Χετταιοι. C. *Chatnaeus.* 93. Deeſt ap. Sync. et Cedr. 94. S. C. *Amorrhaei.* 95. S. C. *Gergeſaei.* 96. S. C. *Euaei.* 97. In textu ap. Sync. et Cedr. deeſt, apud Sync. in ora Αρουκαιοι.

Aſennaeum, ex quo *Dalmatae* 98).

Aradium 99), ex quo ‘*Romani*, qui et *Citiaei*, *Latini* 100).

Samaraeum 101), ex quo *Ligures* 102).

Abathe 103), ex quo *Amathuſii*.

II.

Sedes Poſterorum Chami, et gentium, quas condiderunt.

‘Hi quidem ab Aegypto vsque ad auſtralem 104) Oceanum regiones obtinent. Qui vero litteras ſuas norunt, ſunt Phoenices 105), Pamphyli, Phryges.

Fines filiorum Cham protenduntur a regione Rhinocururorum, quae Syriam, et Aegyptum, et Aethiopiam vsque ad Gades k) verſus auſtrum diſterminat 106). Nomina vero regionum Cham ea ſunt: Aegyptus ‘cum adiacentibus nationibus 107), Aethiopia, quae Indos 108) ſpectat, et altera Aethiopia 109), ex

98. Deeſt in textu ap. S. et C. apud illum in ora Σειναιοι. 99. C. *Aradus*. 100. S. *Aradis*. C. *Aradii*. 101. S. *Samoraeus*. 102. S. *Orthoſiaſtae*. C. *Orthoſitae*. 103. S. C. *Amathis* Αμαθεις. ap. Sync. in ora Αμαθι). Addunt S. et C. *Iſti omnes patri Chamo adiuncti duo et triginta numerantur. Eorum habitatio, pars eſt mundi meridionalis, a Rhinocoruris* (C. *Rhinocuris*) *ad Gades. Gentes autem ex iisdem ortae ſunt Aethiopes, Troglodytae, Angaei* (interpres Cedr. perperam *Augaris*) *ad Gangem incolae* (S. Γογγινοι, in ora Γαγγηνοι. C. Γαγγινοι, *Sabaei* (Σαβινοι. ap. Sync. in ora Σαβαιοι). *Ichthyophagi, Elaeni* (C. *Elaini*), *Aegyptii, Phoenices, Lybes, Marmaritae, Cares, Pſyllitae, Myſi, Moſyllii, Phryges, Macones, Bithyni, Nomades, Lyrii, Mariandini, Pamphylii, Moſſyni, Piſidae* (S. Ποσσηνοι, in ora Πισιδαι. C. Πισσηνοι), *Augalaei, Cilices, Mauruſii, Cretes, Magartae Numides, Macones* (in ora, *redundat*) *et Maſſamones*. 104. S. C. *occidentalem*. 105. S. C. addunt *Aegyptii*. 106. *Fines — diſterm.* omittunt *Sync.* et *Cedr.* 107. *cum adi. n.* omittunt S. C. 108. S. C. addunt *ad Euronotum ſitos*. 109. S. C. addunt *verſus meridiem*.

k) ἑως Γαδειρων.

ex qua oritur Aethiopum 110) fluuius Nilus appellatus, qui et Geon 111), Thebaïs, Libya, quae ad Cyrenem protenditur, Marmaris cum regionibus contiguis. Syrtis, quae tribus conſtat populis, Naſſamonibus. Macis et Tautamaeis 112), Libya altera 113), quae a Lepti ad Herculis columnas e regione Gadium [m] porrigitur 114).

Habet vero et in partibus ad ſeptemtriones pertinentibus maritimas regiones, Ciliciam, Lygdoniam 115), Cariam, Bithyniam, Pamphyliam, Phrygiam, Lydiam veterem 116), Piſidiam 117), Camiliam 118), Troada, Phrygiam 119), Myſiam 120), Lyciam, Aeoliam 121).

Sunt et illis communes inſulae hae [n]: Corcyra 122), Taurianna [o] 123), Aſtypalaea, Cous, Lampaduſa 124), Galate, Chius, Cnidus, Gauſus 125), Gorſcya 126), Leſbus, Niſyrus 127), Melita, Creta, Tenedus, Megiſta 128), Cercina 129), Gaulorete 130), Imbros, Cyprus, Meninx [p] 131), Thera, Iaſſus 132), Sardania [q] 133), Cariathus 134), Samus.

 Hae

110. Hanc vocem omittunt S. et C. 111. S. C. *mare rubrum ad orientem.* 112. S. *Tautamatis.* 113. *alt.* omittunt S. et C. 114. S. C. *Ad minorem vsque Sirtim protenſa.* addunt *Numidia, Maſſuria, Mauritania, quae et Africa, ad Herculeas vsque columnas e Gadium regione extenſa.* 115. S. C. *Lycaoniam,* haec alio ordine Sync. et Cedr. 116. *Veterum* omittunt Sync. et Cedr. 117. S. C. *Piſſidiam,* apud Sync. in ora Πισιδ. 118. S. *Cabbaliam.* C. *Caballiam.* 119. S. C. *Phrygiam veterem.* 120. S. Μηδιαν, interpr. *Moeſiam,* C. Μυδιαν. 121. Sync. *Eoliam.* in ora Αιωλιαν. C. Αμιωλιαν. interpres *Aeoliam.* 122. S. C. *Corſulam.* 123. Chron. P. ſol. 124. S. *Limpaduſam.* 125. S. C. *Gaudum.* 126. S. *Corſyram* C. *Gorſynam.* 127. S. *Neſurus* (Νησουρον). C. *Niſyris* (Νισυριν. in ora Νησουρον). poſtea C. Μελιτιτης. 128. S. C. omittunt. 129. S. C. *Curunam.* ap. Sync. in ora Κωρωνην. 130. S. C. *Gauloriden.* 131. S. C. *Minen.* 132. S. Θασσον, in ora Θασον, ita et Cedr. 133. Chron. P. ſol. 134. S. C. *Carpathum.*

l) Γηων.
m) κατεναντι Γαδειρων.
n) Κορσυρα.
o) Ταυριαννης.
p) Μηνιξ.
q) Σαρδανις.

'Hae ſunt inſulae Cham et Iaphet communes. Inſulae maritimae ſimul ſunt XXVI. 135).

Habet praeterea regio Cham alias r) inſulas, Sardiniam, Cretam et Cyprum.

Habet etiam fluuium Geon 136), Nilum appellatum, 'coenum voluentem et s) auriferum 137), qui vniuerſam ambit Aegyptum et Aethiopiam. Cham t) vero et Iaphet regiones Heſperii maris oſtia diſterminant. Atque haec eſt genealogia Cham, ſecundi Noë filii.

GENEALOGIA ET SEDES POPVLORVM A SEMO ORTORVM.

I.

Nomina Poſterorum Semi et gentium, quas condiderunt.

Rurſum deinde Epiphanius: Sem, primo Noë filio, fors obtigit a Perſide et Bactris vsque ad Indiam. Sortis longitudo vsque ad Rhinocururos porrigitur. Rhinocururorum vero regio inter Aegyptum et Palaeſtinam mari Erythraeo obuerſam ſita eſt 138).

Filii Sem, primogeniti Noë filii, ex quo ortae tribus XXVII. 139).

Aelam,

135. Chron. P. ſol. 136. S. C. *Gion*, Γειων. 137. Omittnnt haec Sync. et Cedr. 138. S. et C. alio ordine, recenſitis nimirum gentibus a Semo ortis, pergunt, *Iſtis omnibus a Sem ortis habitatio in longum porrigitur a Bactris et India, ab Arſinoës Indiae faucibus vsque Rhinocorura, Syriam et Aegyptum et mare rubrum diſterminantia: in latum vero a Perſide et Bactris ad Indiam.* 139. S. C. XXV.

r) Sed ſupra iam omnes memoratae ſunt.

s) τον και παχυβατορα καλȣμενον Νειλον, και Χρυσοροαν.

t) τȣ Καμ.

Aelam, ex quo *Elamitae* 140).
Aſſur, ex quo *Aſſyrii*.
Arphaxad, ex quo *Chaldaei*.
Lud, ex quo *'Mazones* et *Medi* et *Perſae* 141)
Aram, ex quo *Ethae* 142).
Heuila v), ex quo *Gymnoſophiſtae*.
Cainam, ex quo *Arabes*.
Iobab x), ex quo *Phoenices* 143).
Hos y), ex quo *Madinaei* 144).
Hul, ex quo *Lydi* 145).
Gather a) 146), ex quo *Garpheni* 147).
Moſoch, ex quo b) *Alaſſeni* 148).

Arphaxad Cainan genuit.
Cainan, ex quo *Sarmatae* 149).
Sala, ex quo *Salathiaei* 150).
Eber 151), ex quo *Albani* 152).
Phaleg, ex quo genus Abraham progenitoris ortum eſt 153).
Iectan, ex quo *Aethiopes*. 154).
Elmodad c) 155), ex quo *Indi*.
Saleph, ex quo *Bactriani*. 156).
Sarmot d) 157), ex quo *Arabes*.
Iarach, ex quo *Camplii*, qui et *Chananaei* 158).
'Odorra, ex quo *Arriani* et *Pherezaei* 159).
Aezel, ex quo *Hircani*, qui et *Euaei* 160).

Decla-

140. S. *Elumaei*, in ora Ελυμαιοι ita et C. 141. S. C. *Lydi*. 142. S. C. *Syri*. Addunt Sync. et Cedr. *Filii Aram* (ſunt, qui ſequuntur). 143. *Heuila* — *Phoenices* Chron. P. fol. 144. S. C. *Trachones*. 145. S. C. *Magardi*. 146. ap. Sync. in ora Γατερ. 147. S. C. *Armenii*. 148. S. C. *Meſenii*. 149. S. C. *Gaſpheni* (Γασφηνοι). 150. S. C. *Saſan* (ap. Sync. in ora Σαλα), *a quo Coſaei*. 151. S. *Hebrair* (in ora Εβερ. ita et C.). 152. S. C. *Hebraei*. 153. S. C. *Phalec, a quo Bactri*. 154. S. C. *Madinaei*. 155. S. *Elmodan* in ora Ελμωδαδ. C. *Elmodam*. 156. S. C. omittunt. 157. S. C. *Araboth*. ap. Sync. in ora Σαρμωθ. 158. S. C. omittunt. 159. S. C. *Iduram a quo Camelii* (Καμηλιοι). ap. Sync. in ora Οδοῤῥα. 160. S. C. omittunt.

v) Ευηλα.
x) Ιειβαβ.
y) Ως.
z) Ουλ.
a) Γαθερ.
b) Αλασσηνοι.
c) Ελμωδαδ.
d) Σαρμωθ.
e) Οδοῤῥα.
f) Αιζηλ.

Decla 161), ex quo *Cedruſii*, qui et *Amorrhaei* 162).
Abimeel 163), ex quo *Scythae*, qui et *Gergeſaei* 164).

Sabau, ex quo *Arabes interiores* 165).

Ophir, ex quo *Armenii* 166).

II.

Sedes Poſterorum Semi et gentium, quas condiderunt.

Hactenus hi omnes filii Sem, primogeniti Noë filii. Omnium vero filiorum Sem habitatio a Bactris vsque ad Rhinocururorum regionem, quae Aegyptum et Syriam et mare Erythraeum a faucibus circa Arſenoiten Indiae exſtantibus *k*) diſterminat, protenditur 167).

Hae ſunt gentes ex illo orta: Hebraei, qui et 168) Iudaei, Perſae, Aſſyrii ſecundi 169), Haelymaei 170), Chaldaei, Aramoſſyni 171), Arabes ſecundi 172), Medi, Hyrcani 173), Macardi 174), Coſſaei 175), Scythae, Salathiaei 176), Gymnoſophi-

161. S. C. *Declam*. ap. Sync. in ora Δεκλα. 162. *q. e. A.* omittunt Sync. et Cedr. 163. S. Abymeel (Αβυμεηλ. in ora Αβιμαελ). 164. S. C. *a quo Hyrcani*. 165. S. C. *Sabat* [illegible] S. in ora Σαβα) *a quo Arabes Indici*. 166. S. C. [illegible] (Ουηρ. ap. S. in ora Οὐφειρ) *a quo Varnaei* (Οὐαρναιοι). S. C. addunt: *Dera a quo Medi. Ieſia* (Ιεζια), *a quo Ariadni. Gemel* (S. Γεμηλ. in ora Αιβηλ. C. Γεβηλ) *a quo Scythae. Euen* (Ευην. ap. S. in ora Ευειλα) *a quo Gymnoſophiſtae*. Vide in textu ſextum poſterorum Semi. 167. Vid. ſupra n. 138. 168. *q. e.* omittunt S. et C. 169. *Sec.* abeſt a S. et C. 170. S. C. *Elymaei*. 171. S. C. omittunt. 172. S. C. *Ar. veteres*. 173. abeſt a S. et C. 174. S. C. *Magardi*. 175. Abeſt a Gr. Cedreni, eſt in interpr. lat. S. *Coſaei*. 176. abeſt a S. et C.

g) Αβιμεηλ.

h) Σαβαν.

i) Οφειρ.

k) ἀπο ϛοματος τȣ κατα Αρσινοΐτην της Ινδικης.

ſophiſtae, Paeones 177), Indi primi 178), Parthi, Arabes anti-qui 179), Carmelii l) 180, Bactriani, Arriani, Indi ſecundi 181), Germani, Cedruſii, Garphaeni, Hermaei 182).

Qui ſuas vero norunt litteras, 'Hebraei, qui et 183) Iudaei, Perſae, Medi, Chaldaei, Indi, Aſſyrii.

Porro filiorum Sem habitatio ſecundum longitudinem quidem ab India vsque ad Rhinocururos; ſecundum vero latitudinem a Perſide et Bactris vsque ad Aethiopiam et Ciliciam porrigitur 184).

Regionum autem filiorum Sem, primogeniti Noë filii 185), nomina ſunt haec: Perſis 186), Bactriane, Hyrcania, Babylonia, Cordylia 187), Aſſyria, Meſopotamia, India 188), Arabia felix, Coeleſyria m), Commagene, Phoenicia, altera Syria 189).

Populi vero, quos Dominus Deus ſuper terram poſt diluuium diſperſit in diebus Phaleg et Iectan, fratris ipſius, in turris aedificatione, cum confuſae ſunt eorum linguae, hi ſunt: Hebraei, Aſſyrii, Chaldaei, Medi, Perſae, Arabes primi et ſecundi, Madinaei, Madinaei ſecundi, Taïani, Alamoſyni, Saraceni, Magi, Caſpii, Albani, Indi primi, Indi ſecundi, Aethiopes primi, Aethiopes ſecundi, Aegyptii et Thebani, Libyes primi et Libyes ſecundi, Chettaei, Chananaei, Pherezaei, Euaei, Amorrhaei, Gergeſaei, Iebuſaei, Idumaei, Sarmatae, Phoenices, Syri, Cilices, Cappadoces, Armenii, Iberes, Bebrani, Scythae, Colchi, Sannii, Boſporiani, Aſiani, Iſauri, Lycaones, Piſidae, Galatae, Paphlagones n), Phryges, Graeci, qui et Achaei, Theſſali, Macedones, Thra-

177. S. C. omittunt. 178. S. C. omittunt. 179. Vid. n. 172. 180. S. C. omittunt. 181. *Carm. B. A. Ind. ſ.* S. et C. omittunt. 182. *Garph. Herm.* S. et C. omittunt. 183. Haec omittunt S. et C. 184. *Porro — porrigitur* a S. et C. abſunt. 185. *filiorum — filii*, omittunt S. et C. 186. S. C. addunt *et quas includit gentes.* 187. S. C. *Cordyalia* in ora ap. Sync. Κορδυλια. 188. Chron. P. ſol. 189. *Phoen. alt. Syria* abſunt a S. et C. et reliqua omnia in ſolo Chronico Paſch. leguntur.

k) Ἀϊλυμαιοι.

l) Καρμηλιοι.

m) Κυλισυρια.

n) Παμφλαγωνες.

Thraces, Myſi, Beſſi, Dardani, Sarmatae o), Germani, Pannonii, qui et Paeones, Norici, Delmatae, Romani, qui Citiaei p), Ligures, Galli, qui et Celtae, Aquitani, Britanni, Hiſpani, qui et Tirannii r), Mauri, Macuaci s), Getuli, Afri, Mazices primi, Mazices ſecundi, Garamantes exteriores, Borades, qui et Macores, Celtiones, qui et Sporades, Nauſthi, qui et Nabotae, et vsque ad Aethiopiam porriguntur.

Hae ſunt gentes, quas diſperſit Dominus Deus ſuper faciem terrae, ſecundum LXXII. proprias eorum linguas.

COLONIAE DICTARVM GENTIVM.

Operae pretium videtur etiam exponere gentium colonias, earumque nomina, ac ignotorum populorum, quomodo habitent, quique plus aliis terras poſſideant t). Scribere porro aggrediar ab oriente vsque ad occidentem, et vt quique habitent, ordine ſeruato.

Perſarum et Medorum coloni ſunt Parthi, et populi, qui circa Cyrenen circumiacent vsque ad Coeleſyriam.

Arabum coloni ſunt Arabes, Felices; hoc enim nomine Arabia Felix nuncupatur.

BAGDA, vrbs Aſſyriae princeps ad orientalem Tigris ripam ſita, hod. *Bagdad* non longe ab eo loco, vbi olim Babylon fuit, remota III. 173.

BAGIBARIA (Βαγιβαρεια), alii *Carpathicos montes*, qui Vngriam et Poloniam ſeparant, alii *Bauariam* hoc nomine intelligi putant II. 21.

BAIMI (Βαιμι), oppidum Macedoniae II. 259.

BAIVRI (Βαΐουροι), quae *Bauaria* alias vocatur IV. 477.

BAL, fluuius Tanai vlterior, in Maeotidem exit II. 1043.

BALABISDA v. *Labiſda.*

BALAON, vrbs Hunnorum Cidaritarum, vltra Portas Caſpias verſus Septemtriones habitantium I. 574.

BALATHISTA, mons, qui Romanorum et Bulgarorum terram ſaeculo XI. diuidebat II. 632.

BALBE, Dalmatiae vrbs, eadem eſſe videtur, quae aliis *Bances* (Βαγκες) I. 722. Procop. de Aedif. p. 77. *Balbae* noui caſtri in agro Caberzano [Illyrici] et inter vrbes a Iuſtiniano reparatas *Banes* meminit.

BALTOLIBAS, i. e. locus paluſtris, non longe a Tarſo remotus, III. 117.

BAPHEVM, locus non procul a Nicomedia Bithyniae diſſitus III. 445.

BARCELLONA (Βαρκελλων), quae Latine *Barcino*, vrbs nobiliſſima in Hiſpania Tarraconenſi I. 72.

BARCO (Βαρκων) caſtellum Tzanicae, Chartoni verſus orientem ſitum IV. 221.

BARDARIVS v. *Axius.*

BARB.

BARENVS fluuius [Troadis] et Ibibe [Ida] monte ortus III. 261.

BARIS, Apuliae vrbs maritima hod. *Bari* I. 411.

BARNA v. *Varna*.

BARNVCIVM, Laſicae forte regio IV. 149.

BARNYSSVS al. *Barbyſſus*, *Charterícon* etiam et *Pectinacorion*, fluuiolus prope Byzantium, qui in extremum angulum Ceratos ſ. Canalis, qui CPlin a Pera diuidit, erumpens I. 744. 752.

BARVCH, fluuius regionis Atelcuſu, forte qui *Barhetſch* hodie, Moldauiae fl. III. 611.

BARVPHORVS vel *Bulneprach* (Βαρυφορος, Βελνηκραχ), cataracta Danapris, quae ſecundo flumine nauigantibus quinto loco occurrit, II. 984.

BASAN, Palaeſtinae vrbs, poſtea *Scythopolis* dicta IV. 532.

BASILFA, Bithyniae, vt videtur, caſtellum III. 165. forte *Baſilaon* Conſtantini, qui id in Libro de Them. in themate Buccellariorum ponit.

BASILICA, locus in anguſtiis Olympi montis III. 264.

BASILIS, caſtellum Macedoniae, in monte non procul a lacu Preſpa ſitum II. 642.

BASTERNAE (Βαστερναι) Thraciae locus, non longe a Taurocomo remotus II. 675. Βαστερναι Procopio de Aediff. p. 92. caſtellum ad Iſtrum.

BATANA, Mediae vrbs, quam Ptolemaeus *Batina* vocat, et in Septemtrionali parte Orontis montis circa Stratonem fl. ponit III. 121.

BATHY, locus in Iberiae et Lazicae finibus ſitus IV. 315. eſt etiam Bathys fl., qui inter Phaſidem et Trapezuntem in Pontum Eux. exit.

BATHYS, fluuius Phrygiae, non procul a Dorylaeo III. 330. 336.

BATRACHOCASTRVM, Thraciae, vt videtur, caſtellum II. 701.

BEADNVS, Thraciae oppidum, ad Rhodopen, vt videtur, ſitum II. 866.

BELEBVDIVM al. *Belebuſdium*, caſtellum Thraciae, in borealibus Hebri partibus ſitum II. 737.

BELEGRADENSES, vrbis Belgradi in Albania incolae intelligi videntur II. 221. 646.

BELEGRADVM ſ. *Alba Graeca*, vrbs ad confluentem Saui et Danubii ſita, primum Seruiae, deinde Vngriae adnumerata II. 367.

BELEGRADVM vel *Belogradé* ſ. *Alba maris*, nautis *Zara vecchia*, Chrouatiae vrbs, eodem loco, vbi olim Blandona ſita fuit II. 396.

BELEMARNIS, Patzinacicae gentis tribus III. 817.

BELESSVS vel *Beleſus*, vrbs Macedoniae ad Axium fl. II. 250. 737.

BELIATOBA, oppidulum, montis [Haemi] verticí impoſitum III. 845.

BELITZI (Βελιτζι), Chrouatiae vrbs, forte *Belina* in Bucouitza, ſecundum Bandurium II. 396. an *welika* vel *Kralowa welika* in finibus Slauoniae?

BELMASDIS, Paeoniae locus II. 838.

BELOCOMA, forte Bithyniae vrbs III. 469.

BELZETIA v. *Berzetia.*

BENEVENTVM, vrbs Samnii nobilis, hodie nomen retinet I. 189.

BERBIANI, Slaui Ruſſis tributarii II. 838.

BERBYCES al. *Bebryces*, Bithyniae populi III. 470.

BEREGABORVM *clauſura* (ἡ κλείσουρα Βερεγάβων), anguſtiae Haemi montis in partibus Moeſiae inferioris, ſeu Bulgariae orientem verſus ſitis I. 757. ἐμβολὴ Βεριγάβων vocatur II. 527.

BERIASACH, tractus Iberiae IV. 296.

BEROEA, vrbs Macedoniae, ad radices montis Bermii ſita, *Irenopolis* etiam et *Veria* dicta I. 701. ſed hic Beroea Thraciae vrbs, quam Koelerus in Atlante ſuo in Geletica regione ponit, intelligenda videtur. cfr Procop. de Aediff. p. 91. in lect. variet.

BERRANI, Aſiae populi, vltra Cappadoces ad dextram habitant IV. 313. not. 56.

BERROEA, Syriae vrbs, Hierapolin inter et Antiochiam media III. 332.

BERSINICIA, Thraciae vrbs vel regio II. 536. vid. not. *d.*

BERVLLIA, Narentae ſ. Paganiae vrbs vbi hod. *Brella* vicus non longe a mari in loco editiore ſitus eſt II. 412.

BERVTZE ſ. *Leanti* (Βερουτζῆ. Λεαντί), cataracta Danapris, quae ſecundo flumine nauigantibus ſexto loco occurrit II. 984.

BERYLIA al. *Berzilia* (Βερυλία. Βερζιλία), prima Sarmatiae, antiqua Chazarorum patria II. 504, 505. III. 553.

BERZETIA (Βερζητία) Thraciae, vt videtur, regio II. 529. an quae alias *Belzetia* (Βελζητία)? II. 83.

BESSI, Thraciae populi, quos Pangaeus mons a Maedis ſeparabat, Plinius eos ad Neſtum fl., Strabo ad Haemum collocat. I. 122.

BIDINA (Βιδινὴ, Βυδίνη, Βιδίνη), vrbs Bulgariae ad Iſtri ripam ſita, vetus Viminacium putant hod. *Vidin* II. 370.

BISLAS (Βισλας) alio nomen *Ditzice*, Dalmatiae fluuius II. 406.

BITETZEBA, (Βιτετζέβη) caſtrum ad Danaprin ſupra cataractas ſitum II. 982.

BITHARMASVS, locus in Perſide, vt videtur, ſitus IV. 134.

BITZINA (Βιτζίνα), Bulgariae fl., idem forte, quem Conſtantinus Ditzinam vocat II. 668. coll. II. 603. III. 859.

BLACHIA ſ. *Magna Blachia* (Βλαχία vel μεγάλη Βλαχία) Theſſalia vocatur II. 205. 861, 862.

BLACHI (Βλάχοι), Bulgari vitam Nomadicam agentes II. 669, 670.

BLACHI ſ. *Daci*, populi veteris Daciae partem orientalem, hodiernam Valachiam et Moldauiam incolentes; alii eos Italorum colonos, alii plurium gentium, iſtas regiones ſuccedente tempore incolentium, reliquias eſſe putant II. 901.

BLACHIA (Βλαχία) a Scriptoribus Byz. vulgo *Dacia* dicta, verſus orientem Ponto Euxino, verſus oc-

occidentem Ardelio ſ. Tranſiluania, meridiem verſus Iſtro, verſus ſeptemtriones Praſobo monte, qui eam a Bogdania ſ. Moldauia diuidit, terminatur II. 902.

BOAS, fluuius apud Armenios Pharangii accolas, proxime Tzanicae fines ortus, vbi in Lazicam irrumpit, Phaſis vocatur IV. 45. 54. 314.

BODENA (τα Βοδηνα), caſtellum Macedoniae, ſaxo praerupto impoſitum, per quod aqua paludis Oſtrobi ſubter terram defluit II. 629.

BOEMI (Βοεμοι), gens Slauica, *Tzechi* etiam dicti II. 1031.

BOGDANIA (Βογδανια vel Μπογδανια), *Nigra Blachia* (Μαυροβλαχια) etiam dicta, regio vltra Blachiam, a qua Praſobo monte ſeparatur, verſus ſeptemtriones ſita, hod. *Moldauia* II. 903. 936.

BOGV (Βογυ), fluuius, in Podolia ortus, in Danaprin, vbi hic in Pontum Eux. exit, exoneratur, et cum eo lacum, *Liman* dictum, efficit; olim *Hypanis*, hod. *Bog* II. 1042.

BOICI (Βοϊκι), regio vltra Vngriam ſita, Franciae et Chrouatiae Albae finitima II. 151.

BOION (Βοϊον), caſtellum Triaditzae, ſ. Sardicenſis regionis II. 638.

BOISCI (Βοϊσκοι), gens olim Tanais, poſt Iſtri accola I. 479. forte *Boii* non longe a *lacu Peiſonis*, hod. *Neuſiedler See* remoti.

BOLERVS, forte *Bolurus* Stephani Byz., qui duas eiusdem nominis vrbes, alteram in Illyrico, in Epiro alteram memorat II. 629.

BOLISSVS, exiguum oppidum in promontorio Chii inſulae hod. vicus *Voliſſo*. II. 203.

BOLVS, Armeniae, vt videtur, caſtellum IV. 34.

BONA, vrbs in vertice montis Chlumi in Dalmatia, eſt et fluuius eiusdem nominis II. 406.

BONONIA, vrbs Galliae Ciſpadanae nobiliſſima, hodie nomen retinet. I. 193.

BONONIA, vrbs Pannoniae inferioris, inter Cuſum et Cuccium vrbes ſitam et veteri nomine *Milatis* vocatam eſſe putant I. 706.

BOROTALMAT, Patzinaciae prouincia, vltra Danaprin ſita III. 575. v. *Talmat*.

BORYSTHENITAE, Boryſthenis ſ. Danapris fl. accolae I. 256.

BOSOGRADA (Βοσογραδα), Macedoniae, vt videtur, caſtellum II. 639.

BOSONA vel *Boſthna* (Βοσωνα, vel Βοσθνα), quae vulgo *Boſnia*, Seruiae pars, Drino fl. a Seruia proprie dicta ſeparatur II. 159. 426.

BOSPORVS *Cimmerius*, fretum, quo Maeotis Ponto Euxino committitur I. 256.

BOSPORVS *Thracius*, fretum, quo Pontus Euxinus et Propontis coniunguntur II. 38. regio ad fretum ſita I. 749.

BOSPORVS, vrbs Cherſoneſi Tauricae, ad fretum ſita, quam alii eandem, quae *Panticapaeum* vocatur,

catur, alii ab ea diuerſam, et extra fretum ad Pontum Eux., vt Panticapaeum intra idem ad Maeotidem ſitam putant. I. 543. Incolae *Boſporitae* I. 587.

BOTTIAEA, regio Macedoniae, inter Axii et Ludiae oſtia ſita II. 236.

BRANEA, vrbs Moeſiae ſuperioris forte, vel Macedoniae II. 172.

BRANITZOVA (Βρανιτζόβα), vrbs ad Iſtrum, ſitu incerto II. 175. *Belogradum* eſſe videtur III. 635. cfr. tamen III. 649. variet. narrat.

BRATZES, olim *Cratia*, *Brettia*, *Crathis*, Latine *Brattia*, Slau. *Brac*, hod. *Brazza* dicta; inſula contra Dalmatiam ſita, olim Paganis hod. Venetis ſubiecta II. 413.

BREBERA (Βρέβερα), Chrouatiae Zupania et vrbs, quae in colle, ad cuius radices Bribirſchiza fl. oritur, ſita fuit. hod. *Bribir* II. 395.

BRITANNIA, inſulae nobiliſſimae, Galliae verſus Septemtriones obiectae I. 427.

BRITTIA, inſula occidentalis oceani, contra ipſa Rheni oſtia, ab Anglis, Friſonibus et Brittonibus culta a Procopio dicitur IV. 417, 418.

BRIXIA, vrbs regionis Transpadanae ad Melam fl. hod. *Breſcia*. I. 230.

BROCHOTVS vel *Proniſta* (Βροχωτος, Προνιστα) mons, non longe ab Achride, vt videtur, remotus II. 643.

BROXYLI, populi, neſcio an *Brixentes* ad Aiſacum vel Atagin amnem vel *Breuci* Pannoniae vel Illyrici populi IV. 487.

BRVCHI, gens Caucaſi accola, inter Alanos et Auaſgos interiecti IV. 178.

BRVNDVSIVM, Calabriae vrbs maritima hod. *Brindiſi* III. 913.

BRVTTII, populi inferioris Italiae, contra Siciliam I. 189.

BRVTVS, Moldauiae fl., in montibus Carpathicis ortus, in Danubium exit, hod. *Pruth*. III. 611.

BVCCELLARII, Galatiae incolae, poſtea militum nomen, etiam Gothorum I. 66.

BVCCELLARIORVM *thema* ad Ancyram; confinia Cappadociae et Saniana caſtellum extenditur IV. 229.

BVCELVS, Thraciae oppidum in Odryſorum regione II. 834.

BVCHLOVM, Miſimianorum caſtrum in finibus Lazicae ſitum IV. 178.

BVDA, Vngriae metropolis ad Iſtrum ſita, *Ofen* etiam dicta III. 703.

BVLAE vel *Bullae campus*, in Africa quatuor dierum itinere Carthagine diſſitus verſus Numidiae fines I. 333.

BVLATZOSPON, Patzinaciae prouincia, vltra Danaprin ſita III. 575. vid. *Tzopon*.

BVLCACIA, Aſiae regio, inter Albaniam et Mediam memoratur IV. 283.

BVLEVTERIVM *Scytharum* v. *Symeonis vertex*.

BVLGA, quae Volga alias II. 723. v. *Atalis*.

BVL-

BVLGARI (Βυλγαροι l. Βυλγαραι) a Bulga fl. ſ. Volga dicti, primum populus Hunnicus, poſtea cum Slauis in vnam gentem coaluerunt; antiquiſſimis temporibus in Aſia ad Tanain et Volgam fluuios, deinde in regionibus ſeptemtrionalibus Danubii, Beſſarabia, Moldauia, Valachia et Pannonia, tandem intra Danubium et Haemum in Moeſia, et extra Haemum per Romanas prouincias diſperſi (pars gentis in Italia) habitarunt I. 388.

BVLGARIA *antiqua* et *magna*, regio in Aſia ad Ponti Euxini oram orientalem et ſeptemtrionalem, paludem Maeotidem, Tanain et Atalin ſ. Volgam fluuios; *noua*, regiones a Tanai vsque ad Danubium, inprimis vero intra Danubium et Haemum ſitae; *nigra*, quae ad oſtia Danubii II. 502 — 504. 508, 509.

BVLGAROPHYGVM, vrbs Bulgariae epiſcopalis II. 581.

BVLNEPRACH v. *Baruphorus*.

BVRANITZOBA, vrbs ad auſtralem Iſtri ripam ſita, forte *Branitzoba* aliorum III. 980.

BVRAT, prouincia Patzinacica, orientem verſus ſita, forte quae alio nomine Borotalmat vocatur II. 987.

BVRGVNDIONES, *Burguziones* Agathiae, qui eos ad Gothicam ſtirpem refert; teſte Procopio Thoringis ad Auſtrum habitarunt, Cluuerius eos ad Varthani fl. collocat. ſedes diuerſis temporibus diuerſas habuiſſe certum eſt I. 68. 230.

BVRGVS NOES, Tzanicae caſtellum vnius diei itinere Siſiliſſone diſtat IV. 222.

BVRLIC (Βυρλικ), os paludis Maeotidis, vbi haec in Pontum Euxinum exit, alias *Boſporus Cimmerius* II. 1043.

BVRNVM, Liburniae mediterraneae vrbs, prope Saluiam, ſecundum Tab. Peutinger. in dextra Titii fl. ripa ſupra Scardonam ſita I. 156.

BVRVGVNDI, Hunnica gens Agathiae (forte qui alias *Var Chuni* vocantur, ſ. Auari Iſtri accolae), ſedes eorum incertae I. 553, 554.

BVSEGRADE (Βυσεγραδε), vrbs ad Danaprin fl., procul dubio quae hod. *Wüſchgorod* vocatur, vrbs ad dextram Danapris ripam, ad Peczericum monaſterium Kiouiae pertinens II. 982.

BVSTA GALLORVM, locus in Vmbria ad Apenninum montem, vbi Camillus Gallos profligauit, C ſtadiis a Tagina vico diſſitus I. 219.

BVTELIVM (Βυτελιον), vrbs Macedoniae, verſus Pelagoniam ſita, regia quondam regum Bulgariae II. 636.

BVTOBA al. *Butoma*, forte *Butua* Plinii et Ptolemaei, Illyrici vel Dalmatiae vrbs II. 90, 91.

BYZACIVM, regio Africae Propriae inter Bagradam et Tritonem fluuios ſita I. 328. 334. Mauri Byzaceni memorantur I. 611.

BYZANTIVM, nobiliſſima Thraciae vrbs, ad os Boſpori Thracii ſita a Conſtantino M. *Conſtantinopolis* dicta II. 422.

C.

CABALA, vrbs non longe ab Iconio, vt videtur, remota. eſt in Lycia vrbs *Cabalis*, quae num hic intelligi poſſit, neſcio III. 315.

CABARI, Chazarorum tribus, quae ſe Vngris adiunxit III. 572.

CABAZITIANI· Meſochaldiis circa Trapezuntem imperant IV. 168.

CABERI (Καβηροι), Perſidis populus III. 83. IV. 248.

CACHETIVM Iberiae vrbs, Samachio finitima IV. 315. *Kacheti* vel *Gaketti* hod. populi in Georgia nomen.

CADISENI, Mediae populi, forte qui Caddufii alias vocantur, orae auſtralis Caſpii maris accolae I. 619. III. 1139.

CAESARFA vrbs Cappadociae in planitie ad ſeptemtrionale latus montis Argaei ſita, olim *Maſaca* vel *Mazaca* hod. *Kaiſerie* dicta IV. 243.

CAESAREA, *Tingis* etiam dicta, Mauritaniae Tingitanae vrbs ad fretum Herculeum, vbi effluit oceano, ſita, hod. *Tanger* I. 342.

CAFSENA, Galliae Togatae Ciſpadanae vrbs, nomen hod. retinet I. 129.

CAGINVS, vrbs Aſſyriae, ſitu incerto III. 1187.

CALABRIA, peninſula, qua in Ionium mare Italia procurrit, Apuliae contermina, olim Meſſapia, incolae *Calabri* I. 155.

CALARIS al. *Caralis*, vrbs primaria Sardiniae, hod. *Cagliari* vel *Calari* dicta I. 216.

CALBOMVNTIS (Καλβομυντις), vicus Thraciae ad Haemum I. 698.

CALITZA (Καλιτζα), Ruſſiae rubrae vrbs et principatus II. 704. 902.

CALLIACRE, vrbs Bulgariae verſus Pontum Eux. ſita II. 887.

CALLIPOLIS, vrbs Cherſoneſi Thraciae ſuprema ad Helleſpontum, vbi Propontidi iungitur, Lampſaco in Aſia ſitae oppoſita, hod. *Gallipoli* vel *Galiboli* I. 527.

CALOBRYA, caſtellum Thraciae, Almyro fl. adpoſitum III. 158.

COLOGRAEA collis, Phrygiae ſalutaris forte, in quo Acrunus vrbs ſita fuit III. 314.

CAMDII, Aſiae orientalis populi III. 1154.

CAMPANIA, regio Italiae, inter Latium, Samnium, Picenum et mare inferum ſita I. 165.

CAMPIA, Caſaubonus *Carpia* legi iubet; ſed forte *Scampia* legendum, quae Epiri vrbs fuit, III. M. paſſ. a Lichnido diſſita I. 102. et ibi not. *h*.

CAMPSAE, caſtellum Apuliae, in arduo monte ſitum I. 242.

CAMPVS *Neronis*, ad Romam inter Portam Valeriam et Tiberin ſitus I. 612.

CANALITAE, vna e nationibus Slauicis, Dalmatiam incolentibus, regio eorum *Canalis* I. 756. II. 409.

CANCAR (Καγγαρ), cognomen, quo

quo tribus quaedam Patzinacarum inſignitur III. 572. 808.

CANDAMIA, forte *Candauia*, tractus montuoſus a Dyrrachio inde vſque ad Pellam maritimam Macedoniae vrbem pertinens I. 106.

CANSTRITZIS (Καντριτζις), Thraciae caſtellum verſus Bulgariae fines ſitum II. 760.

CANTZACIVM, Perſarmeniae, vt videtur, oppidum, forte *Kandſchi* vicus, inter Niſibin et Moſul ſitus III. 96.

CANVSIVM, vrbs Apuliae, dextrae Aufidi ripae appoſita, a Cannarum vico XXV. ſtadiis diſſita, hod. *Canoſa* I. 196.

CAPER vel *Caprus*, Phrygiae fl., Laodiceam alluit, et in Maeandrum exit III. 298.

CAPETRVM (τα Καπετρα Φρεριον) caſtellum colli in Armenia impoſitum, non longe ab Artze pago remotum III. 91. IV. 306.

CAPHA (Καφα), vrbs Cherſoneſi Tauricae maritima, verſus ortum ſolſtitialem ſita, hod. *Kiefe*. I. 256. neſcio an eadem ſit, cuius iam ſub Conſtantino M. ſit mentio IV. 512.

CAPPADOCIA, regio Aſiae minoris ad orientem inter Pontum et Ciliciam ſita I. 577.

CAPRAE, Vmbriae vrbs, cis Apenninum LXXXIV. ſtadiis a Buſtis Gallorum, quae trans Apenninum ſunt, remota I. 222.

CAPVA, vrbs olim Campaniae nobiliſſima, non longe ab ea, quae hodie eſt, diſſita I. 201. 242.

CAPVTVADA, locus in Africae littore, v. dierum itinere Carthagine orientem verſus diſſitus I. 322.

CARBONITIS *ſolitudo* in Perſide ſita III. 81.

CARCARVS vrbs [Cappadociae], non longe a Melitene remota III. 830.

CARCASSO, vrbs Galliae Narbonenſis, in Tectoſagum Volcarum agro ad Atarem fl. ſita, hod. *Carcaſſonne* I. 80.

CARDIA, Macedoniae caſtellum, in loco anguſto ſitum a Baſilio Porph. conditum II. 636.

CARE (Καρη), Vngricae gentis tribus III. 612.

CARFA, vrbs ad Boſporum Cimmerium ſita, Caffam intelligi putant, niſi forte *Giertſch* vel *Kerſch* vrbis in hoc nomine veſtigium eſt II. 1033. III. 1146.

CARIA, oppidum Phrygiae ad Maeandrum fl. III. 377. 384, 385.

CARMANIA, Aſiae regio, a ſeptemtrionibus Parthiae, ab ortu Gedroſiae, ab occaſu Perſiae, a meridie Perſico et Indico mari finitima III. 1029.

CARME, locus Aſiae minoris ſitu incerto III. 266, 267.

CARNATAЁ (Καρνατας), Iberiae tractus IV. 296.

CARNERIVS ſinus al. Flanaticus, qui Iſtriam et Liburniam diuidit II. 429.

CARNII, Carnii populi, vltra Sciſcios et Suabos, ad quorum dextram Dacae et Pannones, habitarunt,

runt, Ortelius olim *Tauriſcos*, Plinii aetate *Noricos* vocatos ait; hod. *Krainer* I. 125. IV. 495.

CARPATHVS al. *Crapathus*, inſula Aſiatica eius maris, quod ab ea nomen habet, inter Cretam et Rhodon, a qua c. circiter ſtadiis abeſt, iacet III. 455.

CARPI, gens Gothica, vt Maſcouius docet, inter Baſtarnas et Peucinos ad Iſtrum habitaſſe, et vel ipſi a Carpathicis montibus, vel hi ab ipſis nomen habere putantur I. 40. IV. 410.

CARSE (Καρσε), Perſarmeniae vrbs hod. *Kars* III. 97.

CARSVM, Priſco Thraciae caſtellum aliis Moeſiae inferioris vrbs ad Iſtrum ſita; ſed forte Priſcus Thraciam ſenſu latiori, quo ad Iſtrum vſque pertinebat, ſumit I. 481.

CARTHAGO, nobiliſſima Aſiae Propriae vrbs I. 83.

CASE (Κασῃ), Vngricae gentis tribus III. 612.

CASACHIA, Aſiae regio, ſupra Papagiam ſita, et ad Caucaſum vſque porrecta IV. 249. II. 1043.

CASSANDRIA, vrbs Macedoniae in peninſula Pallene, olim Potidaea dicta I. 541.

CASSIOPE, vrbs Theſſaliae mediterranea, poſteriori aeuo *Ioannia* ſ. *Ioannina* dicta II. 335.

CASTAMON, vrbs Aſiae minoris, ab Ancyra verſus orientem, a Sinope verſus auſtrum ſitis, v. dierum itinere diſtat, hod. *Kaſtamunijah* II. 905.

CASTORIA, vrbs et regio Macedoniae ad Viſtritzam ſ. Erigonium fl. II. 231. vrbs magna Bottiaeae II. 236. in variet. narrat.

CASTRIVM, oppidulum Theſſaliae II. 308.

CASTROCOMIVM, Armeniae, vt videtur, vrbs III. 92.

CASTRVM *Portarum* ſ. *Pylae*, oppidum in Bithynia ab Emanuele Comn. exſtructum III. 328.

CASVLINVS, Campaniae fluuius, ad cuius ripam Capua ſita eſt, alio nomine Vulturnus vocatur, hod. *Volturno* I. 242.

CATANA, vrbs Siciliae, e regione Aetnae montis, hod. *Catania* I. 144.

CATARACTAE Danubii, hod. *Demircapi* i. e. *porta ferrea*. in tractu Belogradenſi I. 739.

CATASYRTAE, Thraciae regio prope CPlin II. 589. III. 830.

CATERA, Boſniae vrbs II. 159. 426.

CATHARVS, Lazicae fluuius IV. 95.

CATMA oppidum (Χωριον) Syriae, non longe ab vrbe Chalep remotum III. 112.

CATOECIA Aſiae minoris vrbs, ſitu incerto III. 469.

CATTARI, Chrouatiae, vt videtur, populi II. 190.

CATZICII (Κατζικιοι) al. *Cazicli* l. *Caſicli*, vna e duodecim Chrouatorum tribubus II. 188.

CAVCACVS (Καυκακος), vrbs Bulgariae, in Bydinienſi tractu II. 888.

CAVCANA, portus Siciliae, poſteriori

riori aeuo *Stalambri porto* vel *Scaramis* dictus I. 320, 321.

CAVCASVS, pars Tauri montis, inter Pontum Eux. et mare Caſpium ſitus I. 576.

CAYSTROS fluuius Ioniae in Cilbianis iugis ortus, ab vrbe Tiria duabus leucis verſus ſeptemtriones fluit, inter Epheſum et Colophonem, Epheſo proximus in mare exit, hod. *Kutſchuk-Minder* III. 393.

CAZACHIA (Καζαχια vel Κασαχια) v. *Caſachia*.

CEDRA, Phrygiae Salutaris vrbs, non longe a Polyboto remota III. 279.

CELAENAE, caput quondam Phrygiae, ad Marſiam amnem et fontes Maeandri ſitae, hod. *Eiſchekleh* III. 360.

CELBIANVM. v. *Cerbianum*.

CELIDONIVM, Aniacae regionis caſtellum, in praecipiti colle, haud longe a Tibio remotum IV. 303.

CELIVM (Κελλιον, Κελλιων), vrbs Valachiae ad oſtium Danubii ſita, olim *Lycoſtomon* hod. *Kilia* II. 927.

CELLIA, locus non longe a Poemaneno in prouincia Helleſponti diſſitus III. 274. alii *Cillam* habent in Adramyttena regione Maioris Myſiae.

CELLIORVM *collis* non procul a Lariſſa ſitus II. 668.

CELTICI montes a Procopio vocantur, in quibus Iſter oritur I. 548.

CELTZENE, Chaldiae regio, Euphrate fl. a Tauro ſeparatur III. 115.

CENA, locus in Tzanica IV. 221.

CENTVMCELLAE, vrbs Etruriae maritima, *Portus Traiani* olim, hod. *Ciuita Vecchia* I. 166.

CENTVMCOLLES, locus Moeſiae ſ. Bulgariae verſus Pontum Eux., ſalibus abundans III. 843.

CEPI (Κηποι), vrbs Cherſoneſi Tauricae, forte quae poſteriori aeuo *Caffa* dicta eſt I. 548.

CERASVS Ponti Polemoniaci oppidum, ad ſinum maris, qui ab eo nomen habet, ſitum, hod. *Caraſonte*, Graecis *Kiriſontho* III. 388.

CERAVNII, Epiri montes ad mare Ionium, e regione Italiae, hod. *Monti della Chimera* II. 643.

CERBIANVM al. *Celbianum*, Thracenſis Thematis in Aſia vrbs III. 255.

CERCESIVM, vrbs Meſopotamiae in ipſo angulo, quem Euphrates et Chaborus confluentes faciunt ſita, hod. *Karkiſia* III. 66.

CERMANIVM, Thraciae, vt videtur, vrbs II. 337.

CERVARIVM, vrbs Apuliae I. 196.

CETZEVM, Armeniae forte vrbs, non longe a Theodoſiopoli remota IV. 286.

CHABVXINGYLA v. *Gyla*.

CHADIR (Χαδιρ) fluuius, qui Tamatarcham a continente Aſiae ſeparat II. 1043.

CHALCEDON, vrbs Bithyniae ad Boſporum Thracium, contra Conſtanti-

ſtantinopolin ſita, vbi hod. *Kadhi-Kioi* I. 45.

CHALCIS, Syriae vrbs, Chalcidenes ſ. Chalcidicae regionis caput, a Chalepo III. milliaria cum dimidio verſus auſtrum ſita, hod. *Kennaſſerin* vel *Kinneſrin* III. 470.

CHALCITICA, Macedoniae regio, ad ſinum Toronaeum, niſi forte in Thracia quoque huius nominis regio fuit II. 868.

CHALDIA, Armeniae regio III. 351.

CHALEP, Syriae vrbs nobiliſſima, ad fluuiolum [*Belum* forte veterum hod. *Kawik* dictum] ſita, olim *Beroea* hod. *Haleb* vel *Halab*, vulgo *Aleppo* III. 103.

CHALISII (Χαλισιοί), natio Vngrica, in ſacris a reliquis Vngris diſſidens II. 179. III. 640. 676.

CHALTZICHI (Χαλτζιχι, Χαλτζιχι), alter Iberiae terminus, Phaſidi fl. oppoſitus IV. 315.

CHALYBES, Paphlagoniae populi III. 918.

CHAMVCH, locus in Zicchia ſitus IV. 250.

CHANTAX, Cretae vrbs primaria, hod. *Candia* II. 974.

CHARAX, Phrygiae locus, non procul a Celaenis, inter Lampen et Graoſgala ſitus III. 372.

CHARIOPOLIS, Thraciae vrbs II. 711.

CHAROBOE (Χαροβοη), prouincia Patzinacica, Ruſſiae finitima II. 986. III. 799.

CHARSIANVM *thema*, quae alias prouincia Cappadocia IV. 229. 802.

CHARTON, caſtellum vetus in finibus Tzanorum Ocenitarum IV. 221.

CHARZANES, fluuius vltra Achridem occidentem verſus II. 669. III. 916.

CHATAGIA al. *Achatagia*, regio inter Gangem et Indum ſita III. 1182.

CHATAIA, vrbs Hyrcaniae, orientem verſus ſita III. 1142.

CHATAIDAE, qui olim Maſſagetae, regionem Araxi finitimam incolunt III. 1141.

CHAZARES vel *Chazari* (Χαζαρεις, Χαζαροι), populus Turcicus, olim Berziliam et regiones a Caucaſo verſus ſeptemtriones ſitas, poſtea partem borealem Cherſoneſi Tauricae a Doro inde et regiones extra Peninſulam ſeptemtriones verſus vſque ad Sarcel ſ. Bielgorod ad minorem Tanain, orientem vero et meridiem verſus vsque ad Vzorum et Alanorum fines porrectas incoluerunt I. 248. III. 550.

CHAZARIA, Chazarorum terra, *Taurica* inprimis *Cherſoneſus* III. 554. 577.

CHELAE, vrbs ad Boſporum Thracium, poſt Eſtias promontorium ſita, vbi templum Dianae Dictymnae fuit, *Scalae* etiam vocatur I. 751, 752.

CHELANDIA, vrbs ad Boſporum Cimmerium, vt putat Bandurius III. 572. 609. ibique not. *l*.

CHENA, forte *Chelae* aliorum III. 438.

CHENCHREAE, Troadis vrbs II. 802.

CHERCHIS, gens Aſiae Septemtrionalis, veteribus Turcis, vt videtur, finitima III. 52.

CHERIA, vrbs in Aſſyria vel Media ſita, *Ninum* veterem putant III. 1142, 1143.

CHERSON, vrbs Tauricae, ad latus occidentale et promontorium Parthenium, ſecundum Melam, ſita; ſaec. VI. Romani imperii in iſtis regionibus limes I. 348. Procop. de Aediff. p. 62.

CHESONESVS Taurica vel ſimpliciter *Taurica*, peninſula magna Paludem Maeotidem et Pontum Eux. ſeparans, hod. *Crimea* I. 548.

CHERSONESVS Thraciae, peninſula poſt Melanem ſinum, inter quem et Helleſpontum longe in auſtrum verſus Lemnum inſulam procurrit I. 540.

CHETTIVICVS (χεττικωμη), oppidum non longe a Conſtantinopoli remotum I. 559.

CHIDMAS al. *Chingylus*, terrae Lebediae fluuius, forte hod. *Ingul* vel *Ingulez* ſ. *minor Ingul.* III. 608.

CHIEAT, Baaſpracaniae ſ. Mediae vrbs III 99.

CHLEBENA ſ. *Chlebiana*, vrbs Chrouatiae in Seruiae confiniis ſita, hod. *Hliuno*, *Sluin*, *Sluni* II. 160. 395.

CHLERENVS (Χλερηνος), Macedoniae, vt videtur, vrbs II. 275.

CHLVMVS, Dalmatiae mons, ad quem Zachlumi accoluerunt II. 406.

CHLVM, vrbs in vertice montis Chlumi II. 406.

CHOARA, inſula Dalmatiae proxima II. 413.

CHOASPES, fluuius in Media ortus, cum Tigride lacum efficit, indeque in mare exit III. 1140. eſt etiam in India eiusdem nominis fluuius, qui in Indum exoneratur.

CHOBVS, Lazicae fluuius IV. 89.

CHOERENVM, oppidulum Thraciae ad Hebrum fl., non longe ab Aeno remotum III. 899.

CHEROBACCHI (Χοιροβακχοι), oppidum CPlin inter et Adrianopolin ad Melam fl. ſitum III. 891.

CHOLME, vrbs Ruſſiae minoris forte hod. *Chelm*, metropolis terrae Chelmenſis, vel *Chelmitſch* ad Danaprin II. 1037.

CHOMA, Lyciae oppidum, vnde *Chomateni* III. 158.

CHONAE, al. *Coloſſae*, Phrygiae vrbs ad Lycum fl., hod. *Chonos* vel *Konus* III. 119. 360. et ibi not. *i*.

CHOPON, alio nomine *Giazichopon*, Patzinaciae prouincia, Bulgariae finitima III. 799. 807. II. 604.

CHORACVL, fluuius, a Tanai orientem verſus in paludem Maeotidem euoluitur II. 1043.

CHORASAN (Χωρασαν vel Χωρασα), interior ad orientem Perſia, verſus occidentem a regione montana et Gergen, verſus auſtrum a Fares et Kumas deſerto dirimitur, ab oriente Segeſtanae et Indiae, a Septemtrionibus Tranſoxianae

zianae et Turkeſtanae finitima II. 77.

CHORASMII, populus Sogdianae ad Oxum fl. III. 86.

CHORTAREA, clauſura ſ. fauces montis Haemi verſus Anchialum III. 966.

CHORZIANENE, forte *Chorzene* Strabonis, Septemtrionales Armeniae partes I. 438.

CHOTOBOS, vrbs Thraciae, in borealibus Hebri partibus II. 737.

CHRAMVM, Vngriae ad Iſtri ripam caſtellum III. 636.

CHRISTOPOLIS, vrbs Macedoniae, ad Strymonem fl., in loco anguſto, per quem via Theſſalonicam ducit, ſita, hod. *Emboli*, vel *Amphibols* II. 52.

CHROVATIA, Dalmatiae pars, a Tzentina et Chlebena Seruiam attingit, mare verſus Iſtriae finitima, verſus montana vltra eandem excurrit II. 155. 395. 396.

CHROVATIA *Magna* ſ. *Alba*, regioni Boici et Franciae finitima, Seruii olim in ea habitarunt II. 151.

CHRYSOPOLIS, vrbs Bithyniae prope Chalcedonem, in promontorio, quod Byzantino oppoſitum eſt, ſita I. 248.

CHVBDAN, Aſiae vrbs, non multis millibus a Taugas remota, duobus fluminibus rigatur III. 71.

CIBERIS (Κιβηρις), vrbs Cherſoneſi Thraciae, muro, qui in Iſthmi anguſtia ductus eſt, interius affixa I. 555.

CIBOTVM, Bithyniae vrbs maritima, *Ciuitat* etiam vocata III. 220. vel potius litus, Damalis freto obiectum III. 272.

CIDARITAE, gens Hunnica, Perſis finitima I. 571—574.

CILICIA, regio Aſiae minoris, ad oram auſtralem ſita I. 600.

CIMBA LONGVM, locus in finibus Bulgariae II. 632.

CIMBRI, populi maxime boreales [Germanici nominis populi, Cherſoneſi Cimbricae, ab iis ita dictae, incolae] III. 1021.

CIMMERII, populi maxime boreales [quos alii *Cimbros*, Graeci Cimmerios vocant] III. 1021.

CIMMERII, populi Boſpori Cimmerii in litore Aſiatico accolae, vbi poſtea Hunni Cuturguri habitarunt I. 546.

CIMMERIVS *Boſporus* v. *Boſporus Cimm.*

CINGVLARIVM, Phrygiae, vt videtur, vrbs III. 378.

CIOABA al. *Cieuos* (Κιοαβα, Κιαβος) vrbs Ruſſiae minoris ad Danaprin nobiliſſima, *Sambatas* etiam dicta hod. *Kiew*, *Kiouia* II. 952.

CISSABOS, collis Macedoniae, non longe a Celliorum colle remotus II. 668.

CITROS (Κιτρος) al. *Pydna*, vrbs Macedoniae maritima, hod. *Chitro* II. 110.

CIVITA NOVA, vrbs non procul Beneuento a Longobardis condita I. 408.

CIVS, vrbs Bithyniae maritima, hod. *Dſchemblic* III. 179. 224. 470.

CLABOCA (Κλαβωκα), vrbs Chrouatiae

untiae, Bandurius *Klapaz* prope Vnnae fontes intelligit ll. 396.

CLAVDIOPOLIS, Thraciae vrbs ll. 711.

CLAVDIOPOLIS, Ciliciae aſperae, ſec. alios Iſauriae, vrbs lll. 117. Bithyniae vrbem intelligi putant, quae hod. *Boli* vocatur lll. 314.

CLEIDIVM (Κλειδίον), locus anguſtus in finibus Bulgariae, non procul a Cimba Longo ll. 632.

CLIARA al. *Chliera*, Lydiae vrbs, non longe a Thyatiris diſſita lll. 255.

CLIMATA *XXX.* eo vsque Patriharum ſedes ſaeculo *X.* pertinebant ll. 987.

CLIMATA *IX.* Chazarorum, regiones in Aſia a Tanai fluuio inde vsque ad fines Alanorum, contra Cherſoneſum Tauricam ſitae lll. 673. 674.

CLITIA, Illyridis ſ. Boſniae vrbs, in marg. *Clyza* ll. 433.

CLOCOTINITZA vel *Cloconitza*, oppidum Thraciae, Hebro proximum ll. 725.

CLVSIVM, vrbs Etruriae ad Clanem fluuium, olim regia Porſennae, hod. *Chiuſi* I. 169.

CLYZOMENAE, forte quae *Clazomenae* alias, Ioniae vrbs maritima, hod. *Keliſman* lll. 196.

CODONIANA, vicus Macedoniae, non longe, vt videtur, Theſſalonica diſſitus ll. 244.

COELE al. *Cyle* (Κοιλη, Κυλη), locus maritimus Thraciae ad Helleſpontum ll. 971.

COLCH, gens Aſiatica, an qui Colchi alias lll. 68.

COLCHI vel *Lazi*, Aſiae populi, ab interiori Ponti Eux. receſſu ad Phaſidem vsque et paulo vlterius habitant, Apſiliis, Auaſgis, Miſimianis, Alanis et Romanis finitimi I. 575, 576. IV. 22.

COLCHIS, regio a Colchis ſ. Lazis inhabitata I. 256.

COLONIA, vrbs non procul Dyrrachio, vt videtur, diſſita ll. 646.

COLONIA al. *Taxara*, vrbs munitiſſima, a qua regio nomen habet, minori Armeniae, Neocaeſareae, Arabracenorum vrbi Nicopoli et Tephricae finitima lll. 107.

COLORIS, vrbs in confiniis Iberiae et Romaniae ſita IV. 290.

COMANI, populus Turcicus, olim partem ſeptemtrionalem Cherſoneſi Tauricae et regiones ei finitimas, poſtea regiones Iſtro a ſeptemtrionibus obuerſas et verſus orientem ſitas incoluerunt ll. 168. lll. 959.

COMANI, Comanae ponticae vrbis (hod. *Tocat* vel *Tucat* putant) incolae lll. 992.

COMIVM, forte *Caſtrocomium* alias dictum, lll. 94. IV. 308.

COMNENES *prata*, regio Thraciae prope Tunzam fl. ll. 853.

COMOPOLIS, Aſſyriae mediterraneae vrbs lll. 117.

COMOTENA, Thraciae vrbs, vltra Rhodopen ſita ll. 864.

CONOPA, inſula circa Iſtri oſtia, *Peuces* partem putant ll. 603. 985.

CONSTANTIA, Daciae vrbs ad Iſtrum, e regione Margi ſita, a Conſtantino M. condita II. 44. 480.

CONSTANTIA, Bulgariae vrbs, inter Conopam et Varnam ad Pontum Eux. ſita, hod. *Chiouſtange* et *Praſlovitſcha* II. 603.

CONSTANTINOPOLIS v. *Byzantium.*

CONSTANTIOLA, vrbs ad Iſtrum non procul Singidone ſita I. 719, 720. 739.

CONTRAGI v. *Cotragi.*

CONTRIGVRI, gens Hunnica, alias *Cuturguri*, vbi vide.

COPHEN (Κωφην), fluuius Aſiae, in finibus, vt videtur, Suaniae ſeſe in paludes effundit III. 54, 55.

COPSIS, caſtellum Bulgariae extra Haemum ſitum II. 806.

CORCYRA, inſula Graeciae nobiliſſima, Theſprotiae obiecta, et vrbs, hod. *Corfu* I. 212.

CORI al. *Carinium*, Slau. *Karin*, vrbs Chrouatiae II. 396.

CORINTHVS, vrbs Peloponneſi nobiliſſima, in auſtrina Iſthmi parte ſita I. 423.

CORIVM, Iberiae vrbs, Samachio vicina IV. 315.

CORNV (Κερας), canalis, qui Conſtantinopolin a Pera diuidit, *Chryſoceras* etiam, et in Tabula Peutingeriana *Sinus Vſinus* vocatur I. 558. 746.

CORVTHSON (Χρατζον), anguſtia introitus Caucaſi I. 605.

CORYPHO, vrbs Corcyrae inſulae munitiſſima, in excelſa rupe ſita, vnde nomen traxit, quod deinde toti inſulae haeſit, vt *Corfu* diceretur II. 106.

COSNICVS, Thraciae oppidum, ad Rhodopeu, vt videtur, ſitum II. 867.

COSSOVVS campus (Κοσσοβου πεδιον), in Priſtina, Seruiae regione, ſitus, hod. *Amſerfeld*, *campus Merulae*, Vngr. *Rigomezrys* II. 351.

COTAERACIA, locus ad radices montis Lentianorum, non longe, vt videtur, a Lopadio remotus III. 272.

COTIAIVM v. *Cutatiſium.*

COTRAGI (Κοτραγοι), Bulgari hoc nomine vocantur II. 502, 503.

COTYAEVM, Phrygiae Epicteti vrbs, Ducas Phrygiae *metropolin* vocat, hod. *Kiutahya* III. 154. 1173.

COTYALIVM, an *Cotyaeum* aliorum? III. 375.

COTZAGERI (Κοτζαγηροι), tribus gentis Var Chuni, in Pannonia conſident I. 719.

COXYLINI, Tzanorum tribus IV. 222.

CRARII *traiectus* (περαμα Κραριι), locus, vbi Danaprin traiiciebant, infra Cataractas II. 984.

CRATEA, Galatiae, aliis Bithyniae mediterraneae vrbs, *Flauiopolis* etiam dicta, quam hod. *Bainder* vocari putant III. 1123.

CREBATADES, populi Aſiatici inter mare Caſpium et Pontum Eux. habitantes IV. 397.

CRENVM (Κρηνον), forte *Crenides*

Κρ.

(Κρηνίδες) aliorum, ſeu *Philippopolis*, quam alii Thraciae, alii Macedoniae annumerant II. 683.

CRETA, nobiliſſima maris mediterranei inſula, hod. *Candia* III. 105.

CRIBASA, Chrouatiae Zupania II. 395.

CRIBVS, Thraciae, vt videtur, oppidum II. 739.

CRISVS, Vngriae fluuius, in Tibiſcum exit, hod. *Koroeſch* III. 622.

CRITZIMVS, Thraciae caſtellum ad Haemum II. 701. *Crotzimus* vocatur II. 866. *Crytzimus* II. 743.

CROMNA, Paphlagoniae vrbs maritima, ab Amaſtri CXX. ſtadiis diſſita III. 421.

CROTONIATARVM *portus* al. *Croton*, vrbs Bruttiorum maritima, a Lacinio promontorio ſtadiis circiter CL. remota, hod. *Cotrone* I. 202.

CRVA, vrbs Epiri, ſ. Albaniae, prope ſinum, in quem Drinus effunditur, hod. *Croia* II. 371.

CRVLLA, Aſiae minoris vrbs, ſitu incerto III. 469.

CRVNVS, Bulgariae caſtellum, verſus fines Rom. ſitum, *Dionyſiopolis* Moeſiae inferioris vrbs ad Pontum Eux. olim *Cruni* vocabatur II. 796.

CRYA *fons*, ſ. *fons frigidus*, locus in Ponto, non longe a Caeſarea remotus IV. 478.

CTESIPHON, Aſſyriae vrbs, ad Tigrin fl. e regione Seleuciae ſita, hod. *Madain* IV. 41.

CVARTZITZVR ſ. *Tzur*, Patzinaciae prouincia, vltra Danaprin ſita III. 575. 796. 806. 808.

CVBV, regionis Atelcuſu fluuius, in hod. Moldauia, credo III. 611.

CVBVCLEA, arx Myſiae in Olympo ſita III. 490.

CVDVGERI (Καδυγεροι), Sandalis regionis incolae III. 428.

CVEL (Κυελ), Iberiae tractus IV. 296.

CVLA, vrx Antiochena, in colle ſeptemtrionali ſita III. 233, 234.

CVLE, Thraciae oppidulum III. 853.

CVLPEE (Καλπη), al. *Syracalpee* Patzinaciae regio, vltra Danaprin Septemtriones et orientem verſus ſita III. 799. 806. 575.

CVMANVM caſtellum, al. *Cumae*, oppidum Campaniae I. 189.

CVPERIVM, Thraciae oppidum, non procul Tzurulo diſſitum II. 695.

CVPHIS (Καφις vel Κωφιν) fluuius, quem Byzantini e Tanai et Atali oriri et in mare Ponticum ad Arietis frontem exonerari fingunt II. 503. IV. 248.

CVRCRA, inſula Arentanis ſubiecta, al. *Corcyra* vel *Cicer* dicta, hod. *Corfu* II. 413.

CVRISCA al. *Cariſca*, vrbs Moeſiae, ſ. Bulgariae, non procul ab Iſtro remota II. 65. 70.

CVRTYGERMAT (Κυρτυγερματ), Vngricae gentis tribus III. 612.

CVTATISIVM al. *Cotiaium* (Κυτατισιον, Κοτιαϊον) vrbs Lazicae in

in Muchiriſide regione ſita, hod. *Cotatis* vel *Kutais* I. 581. IV. 73.

CVTVRGVRI (Κυτυργυροι, Κοτριγυροι, Κοτραγηροι, Κατριγυροι, Κυτραγυροι, Κοτριγοροι), gens Hunnica, olim ad Cimmerium Boſporum, in Aſiatico litore indeque verſus Septemtriones et ad Tauricam vsque habitarum I. 547, 548.

CYBERNICVS, locus in Taurica vltra Cherſonitas ſitus, Cherſonitarum et Boſporianorum ditionis aliquando limes IV. 94.

CYPSELLAE, Thraciae vrbs ad Hebrum fl. hod. *Chapſilar* II. 673.

CYRVS, fluuius in montibus, qui Iberiam et Armeniam ſeparant, ortus, in mare Caſpium exit, hod. *Kiur* vel *Gür* III. 1139.

CYTAIA, Colchidis vrbs, Aeetae patria, vbi poſtea *Cotiaium* vel *Cutatiſium* IV. 73.

CYTAIS, vetus Colchidis nomen IV. 73.

CYTZABIS, vrbs Macedoniae, non procul Priſlapo II. 194.

CYZICVS, peninſula, olim inſula, Propontidis, et vrbs eiuſdem nominis, hod. *Chizico* I. 423.

D.

DABRYZE, quae *Tabreze* alias III. 1190.

DACI, *Dacae*, populi, ſeptemtrionales Iſtri partes incolentes I. 125.

DACIA, regio Europae orientalis, quae inter Danubium, Carpathes montes et Tyram f. Danaſtrin fl. in ſeptemtriones, a Tibiſco ad Pontum Eux. in orientem porrigitur I. 125. 203.

DACIA *mediterranea* f. Illyrica, pars Illyrici Magni IV. 494.

DACIA *Ripenſis* regio ad auſtralem Iſtri ripam ſita, cuius prima vrbs Singedon IV. 494.

DADIANI principatus (Δαδιανι vel Δαδιανου αὐθεντεια), Iberiae regio IV. 315.

DADIBRA vel *Dadybra*, Paphlagoniae vrbs, ſitu non ſatis certo IV. 383.

DAGANES, Perſidis populus IV. 147.

DAICH (Δαϊχ), Aſiae ſeptemtrionalis fluuius, procul dubio qui *Iaik* olim hod. *Vral* vocatur, et in mare Caſpium exit I. 575. III. 54.

DALE, Paganiae Zupania, procul a mari remota, Bandurius *Dalluntum* Antonini intelligit II. 414.

DALMATIA, regio a Titio amne ad Macedoniae Moeſiaeque limitem, inter montes Pannoniam terminantes et ſinum Hadriaticum ſita I. 105.

DAMALIS, promontorium, promontorio Byzantium continenti oppoſitum III. 168.

DAMATRYS, campus prope Conſtantinopolin II. 515.

DAMATRYS, Aſiae minoris vrbs, non procul a Melitene diſſita III. 822.

DAMPOLIS, Thraciae caſtellum, non longe ab Adrianopoli remotum III. 825.

DANA-

DANAPRIS al. *Boryſthenes* hod. *Dniepr*, vnus e maximis Septemtrionis fluuiis, in Pontum Eux. exit, vbi *Olbia* olim, hod. *Oczacov* et *Kinburn* ſitae ſunt I. 668.

DANASTRIS, *Tyras* veterum, hod. *Dnieſtr*, inter Bogum et Danubium in Pontum Eux. euoluitur I. 757.

DANI, Septemtrionalis Europae populi, Procopius eos poſt Varnos ponit I. 427.

DANVBIVS, nobiliſſimus Europae fluuius, verſus Orientem a Cataractis inde *Iſter* vocatur, ſeptem oſtiis in Pontum Eux. erumpit I. 58.

DAONE (Δαωνη, Δαονες), Thraciae caſtellum, inter Heracleam et Selybriam ſitum II. 556. 715.

DAPHNVTIVM, Thraciae vrbs, Conſtantinopoli XL. ſtadiis abeſt II. 173.

DARAS, vrbs Meſopotamiae LXXXXIX ſtadiis Niſibi, XXVIII. a limite Perſici et Romani imperii remota, ab Anaſtaſio Aug. munita, *Anaſtaſiae* nomen accepit, hod. *Dara* I. 434. Procop. de Aediff. p. 29. ſeq. Id. de bello Perſ. p. 29.

DARDANIA, regio Europae, Macedoniae eorum verſus finitima I. 104, 105.

DEBELTVS, Thraciae vrbs, ad lacum eiusdem nominis, verſus Bulgariae fines, II. 542.

DECATERA (το καϛρον το Δεκατερα το κατω), Boſniae vrbs, hod. *Catarum*, *Catharum* et *Cattara*. Slau. *Cator* II. 90, 91.

DECIMVM, locus in Africa, LXX. ſtadiis a Carthagine abeſt I. 325.

DECIMVM locus X. fere ſtadiis CPli remotus III. 892.

DECTE, oppidulum Bithyniae, inter Sangarium fl. et Nicomediam ſitum III. 143.

DEMETRIAS, Phthiotidis in Theſſalia vrbs II. 213.

DEMNITZICVS oppidum Bulgariae, Iſtro adiacens III. 927.

DENDRA, Seruiae regio, Naiſo vicina II. 185.

DERBLENINI, Slaui Ruſſis tributarii procul dubio *Drebljane* Annalium Ruſſicorum II. 987.

DECENE, regio Zecchiae vel ei ſaltim finitima IV. 250.

DESNEC (Δεσνηκ), Boſniae vrbs II. 159.

DEVRA, Macedoniae caſtellum II. 308.

DIABASIS, locus in finibus Thraciae et Bulgariae a tranſitu dictus II. 585. forte quae *Diabaena* II. 784.

DIABOLIS, Macedoniae, vt videtur, vrbs, non longe a Preſpa remota II. 643. *Deabolis* vocatur II. 669. in Not.

DIACENE, locus Bulgariae, non procul a Centum collibus III. 826.

DIAMPOLIS, Thraciae vrbs, non longe, vt videtur, ab Haemo remota III. 854.

DIDYMII al. *Didyma*, al. *Sidyma*, al. *Duorum collium caſtrum*, oppidum Lyciae circa Cragum fl. III. 434, 435.

DIDYMOTICHVS (Διδυμοτειχος), vrbs Thraciae ad Hebrum fl. hod. *Demotica* I. 708.

DIDYMVS al. *Dindymus* mons Galatiae in quo Sangarius fl. oritur III. 141.

DILIMNITAE, *Dilmaina*, *Dolomitae et Limnitae*, populi Aſiatici, intra Tigrin [procul dubio *Dailomitidem* Abulfedae, quae regio aſpera apud Thabareſtan terminatur, et cuius ſeptemtrionalis pars eſt ad mare Chazarorum, ſ. Caſpium] incolentes, Perſis iuncti foedere I. 581. 582. 585.

DIMYLIA, planities inter Choerobacchos et Cplin ſita III. 896.

DIOCLEA, vrbs et regio Dalmatiae, Seruiae finitima, a Diocletiano qui eo coloniam deduxit, ita dicta. II. 159. 416. 417.

DIOCLENSES vel *Diocletiani*, Slaui, Diocleam incolentes. II. 88. 89. 416.

DIOCLETIANOPOLIS, vrbs Theſſaliae, Caſtorio lacui vicina, alia eiusdem nominis vrbs eſt in inſula lacus exſtructa I. 7[illegible]. Procop. de Aediff. p. 71. 72.

DISTRA, *Driſtra*, *Doroſtolus*, *Doroſtorus* (Διςρα, Δρηςρα, Δριςρα, Δοροςολος, Δοροςορος), vrbs Moeſiae inferioris ſ. Bulgariae ad Iſtrum, inter Saltopyrgum et Sycidabam ſita, hod. *Dryſta*, *Siliſtria* I. 44.

DITZINAS, Bulgariae fluuius, inter Varnam et Meſembriam in Pontum Eux. exit II. 603.

DOBOBICE (Δοβοβικη), Boſniae vrbs, in excelſo monte ſita, an quae *Dubitza* hodie II. 433.

DOBRISCIC (Δοβρισικ), vrbs in terra Zachlumorum II. 406.

DOBRODITIA (Δοβροδιτια), regio Bulgariae, quae a Doroſtolo ad Pontum Eux. patet, hod. *Dobrudſche* II. 887.

DOCEA, Helenoponti, quod nomen pars Ponti imp. Iuſtiniano I. accepit, vt videtur, vrbs maritima III. 387.

DOCONVS, Lazicae fluuius, in Caucaſo ortus, Phaſidi miſcetur IV. 84.

DODONA, oppidum Epiri, in Moloſſorum regione I. 212.

DOLYLVS, oppidum non procul a Nicaea ſitum III. 276.

DOROBICE, *Dodobice*, *Dobobice* (Δοροβικη, Δοδοβικη, Δοβοβικη) fluuius, qui Seruiam et Boſniam ſeparat, Drinus intelligi videtur. II. 381. 432.

DOROSTOLVS v. *Diſtra*.

DORY, maritima regio Tauricae, vbi Gothi Tetraxitae habitarunt I. 245.

DORYLAEVM, Phrygiae Epicteti vrbs, hod. *Eſki-Scheher* III. 164.

DOSTINICA al. *Deſtinicum*, Seruiae vrbs II. 156. 159.

DRACON, Campaniae fluuius, ad radices Veſuuii ortus I. 227.

DRACON, ſecundum Ortelium Troadis fluuius, qui alias *Heptaporus* vocatur III. 17[illegible]. Du Freſne eum in Bithynia ponit, et in ſinum Nicomedienſem exire ait III. 215. not. *h*.

DRA-

DRAGOBINTIA v. *Durgubitia.*

DRAMA, Macedoniae oppidum II. 343.

DRAVVS (Δραος), fluuius in Rhaetia ortus, in Norico adoleſcens, Pannoniam tranſit, et paulo ſupra Sauum Danubio miſcetur, hod. *Draw*, *Drawa*, I. 382.

DRESNECC (Δρεσνεκ), Semiiae vrbs II. 159.

DRECON (Δρηκων), Europae in Hunnorum terra fluuius, Tyram aliorum ſ. Danaſtrin intelligunt I. 503.

DRIPIA (Δριπια), eadem, credo, quae *Drizipera* II. 212.

DRIZIPERA (Δριζιπερα, Δριζηπερα) al. *Druſipera* Thraciae vrbs, in Antonini Itinerario a Bergula ſ. Arcadiopoli XIV. M. paſſ. abeſt I. 707.

DRIZIS (apud Cedren. T. I. p. 397. Δριζιν περα, credo pro Δριζιπερα περα) I. 708.

DROMAENORVM, vrbs, in Aetolia, vt videtur, ſita II. 361.

DRVGVBITAE, Slaui planitiem Theſſalonicenſem incolentes II. 95.

DRVGVBITAE, Slaui Ruſſis tributarii, forte qui *Dregowiczi* alias II. 985.

DRYNVS, fluuius, qui Seruiam a Boſnia dirimit, *Drino* etiam et *Drina* dictus, ad *Ratiſkam* vrbem in inſula munitam in Sauum exit II. 177. alius eiusdem nominis fluuius, *Drymon*, *Drilo*, *Drina Negro* et *Kara Drina* vocatus, a Lychnido lacu veniens, ad Eliſſum vrbem, hod. *Aleſſio* dictam, in ſinum Adriatici maris exoneratur II. 633.

DVBIOS, Perſidis regio, Theodoſiopoli octiduii itinere diſtat IV. 51. 314. Abulf. *Dowin* vel *Dawin*, vrbs Armen. prope Taflis.

DVCISCA v. *Lutziſca.*

DVRGABITIA (Δεργαβιτια, Γεργαβιτια, Δρουγαβιτικα), regio Theſſalonicae finitima, a Drugubitis inhabitata II. 10.

DYRRACHIVM, Illyrici vrbs maritima, olim *Epidamnus*, hod. *Durazzo* dicta I. 756.

E.

EBVSA, vel *Ebuſus*, maior Pityuſarum inſularum in mari mediterraneo, e regione promontorii, quod in Sucronenſi ſinu Ferrariam votant, hod. *Tuiza* I. 342.

ECTAG, i. e. *mons aureus*, mons in terra veterum Turcorum; an qui hod. *Ak-tau*, mons Bucharíae maioris III. 51. *Ectel* vocatur III. 62.

EDESSA al. *Aedeſſa*, *Aegae* olim, vrbs Macedoniae, in regione Emathia ad Erigonium fl. antiqua regia ante Pellam I. 163.

EDESSA, vrbs trans Euphratem, quatuor Schoenorum ſpatio, prope Taurum montem, Plinius eam in Coeleſyria ponit, eandem putant, quam Hebraei *Rachos*, poſterior aetas *Raſe*, vocauit hod. *Vrfa* vel *Orpha* I. 621. III 74.

EION (Ἠιων), oppidum Macedoniae ad oſtium Strymonis, nauale et emporium Amphipolitanorum II. 300.

EITAZALAE (Ἐϊταζαλαι), gens Hunnica, *Viguri* etiam dicti, in Aſia Sep-

Septemtrionali habitarunt I. 574. cfr not. *y*.

ELEGMI, oppidum Aſiae minoris, Bithyniae credo III. 501.

ELISSVS al. *Liſſus*, vrbs Illyridis ad oſtium Drini fluuii, hod. *Aleſſio* II. 417.

ELOS vel *Helos* (Ἑλος), Laconicae vrbs maritima, inter Trinaſium et Acrias ſita, illinc LXXX. hinc XXX. ſtadiis diſtans II. 94.

ELVRI v. *Heruli*.

EMBI, populus Aſiaticus, ſuperiori Iberiae finitimi IV. 315.

EMOTA (Ημοτα), Chrouatiae Zupania II. 795.

EMPELVS, fluuius ex Ibibe (Ida, Phrygiae) monte profluens III. 261.

EMPYTHIVM, Thraciae, vt videtur, caſtellum II. 331.

ENATVM, locus in Thracia I. 385.

ENDIELORVM *ager* (Χωριον Ενδιηλων), locus in Syria, vnius diei iter ab Amida abeſt I. 597.

ENETI, Aſiae populi, Paphlagoniam incolentes III. 421.

ENSINVM, Thraciae caſtellum in Aſtica regione I. 688.

EPHRAEM (Εφραιμ), oppidum Thraciae, Adrianopoli vicinum II. 739.

EPHTHALITAE al. *Nephthalitae*, *Hunni Albi* etiam dicti, populi Perſis a Septemtrionibus finitimi I. 590.

EPIDAMNVS, v. *Dyrrachium*.

EPIGAMBRIA, Thraciae, vt videtur, vrbs III. 841.

EPIRVS *vetus*, regio Graeciae, poſt Illyricas gentes, ſupra Ceraunios montes incipit, et vſque ad ſinum Ambracium patet; *noua* Illyricanas Macedoniae gentes complectitur, hod. *Albania* I. 99.

ERAS v. *Araxes*.

ERAX, fluuius, qui alias *Phaſis* vocatur IV. 288.

ERGINIA al. *Erginus*, Thraciae fluuius, in Propontidem exit I. 688.

ERMICHIONES v. *Hermichiones*.

ERZIGANE v. *Atzinganis*.

ESSVPE, cataracta Danapris, quae ſecundo flumine nauigantibus prima occurrit II. 982.

EVCHANIA, vrbs Thraciae, non procul CPli, a Ioanne Tzimiſce *Theodoropolis* appellata II. 1007.

EVLYSIA, regio ad orientale Ponti Eux. litus I. 545.

EVTZAPELVS, Moeſiae ſuperioris, vrbs, non longe a Naiſſo abeſt II. 658.

EXAMILIVM v. *Hexamilium*.

EXEBA, oppidum Blachicum (*Theſſaliae*) ad Ciſſabum collem II. 668.

EZERITAE, Slaui in Laconica, ad alterum Pentadactyli montis latus habitantes, Milengis oppoſiti, ab Ezero vrbe dicti videntur II. 93.

EZERVM, vrbs Peloponneſi in Malea promontorio II. 99.

F.

FAESVLAE, Etruriae vrbs, III. m. paſſ.

paſſ. ſupra Florentiam ad radices montis Apennini, hod. pagus *Fieſole* I. 176.

FANVM al. *Fanum Fortunae*, vrbs Vmbriae, ad ſinum Ionium, inter Auximum et Ariminum ſita I. 193.

FARGANI, hoc nomine *Varangi* a Conſtantino Porph. vocantur III. 573.

FIRMVM, oppidum Piceni, reductum a mari, hod. *Fermo* I. 134.

FLORENTIA, nobiliſſima Etruriae vrbs, Arno fl. impoſita, hod. *Fiorenza* I. 185.

FORVM CORNELII, Galliae Ciſpadanae oppidum, hod. *Imola* I. 173.

FRANCI, eos olim ad Rhenum, vbi in oceanum euoluitur, habitaſſe, et Germanos vocatos eſſe, Procopius auctor eſt I. 78.

FRANCIA, Germaniam hoc nomine Conſtantinus Porph. intelligit, inque eaque vrbem Aquileiam ponit I. 932.

FRANCOCHORIVM, regio Vngriae fertiliſſima, quae decliuis in campos patentes inter Iſtrum et Sauum extenditur III. 641

FRISONES, inſulae Brittiae incolae IV. 418.

FVRNI, caſtrum, non longe a Tripoli remotum III. 480.

G.

GABADONIA, Aſiae minoris, Phrygiae forte, regio III. 142.

GABRIELIS vicus in Macedonia inter Chriſtopolin et Pheras vrbes ſitus II. 292.

GADES (Γαδειρα), inſula et vrbs nobiliſſima in capite Baeticae, hod. *Cadix* I. 349.

GADITANVM *Fretum*, alias fretum Herculeum, inter mare mediterraneum et oceanum I. 280.

GAIETA vel *Caieta*, vrbs et portus veteris Latii, hod. *Gaëta* I. 480.

GAITA, locus Bithyniae, Nicaeae adiacens III. 278.

GAITIA (Γαΐτια), Boſniae vrbs et regia ſedes, hod. *Iaytza* II. 427.

GALACTOPHAGI, populi maxime boreales III. 1021.

GALATAEI *Latini*, Galatam CPlis ſuburbium incolentes II. 220.

GALATIA al. *Gallograecia*, Aſiae minoris regio, pars ſeptemtrionalis Phrygiae, Buccellariorum thema poſteriori aeuo dicta I. 352.

GALITZA, Seruiae caſtellum, forte hod. *Kollitz* vel *Koilutſch* ad Danubium II. 176.

GALITZA v. *Calitza*.

GALLI (Κελτοι vel Γαλαται), nobiliſſimus Europae populus I. 41.

GALLIA, Gallorum terra, cuius hodierna Francia pars eſt I. 89.

GALVMAENIC (Γαλαμαηνικ), vrbs in terra Zachlumorum ſita II. 406.

GALYCVS, Macedoniae fluuius, non procul Theſſalonica, forte *Platamone* vel *Aliacmon*, qui in ſinum Theſſalonicenſem exit II. 237.

GANGES, Indiae fluuius nobiliſſimus III. 2182.

